R.P.F. FRANCISCI SYLUESTRI FERRARIENSIS ... QUAESTIONES...

Francesco Silvestri, Mattia Aquario



R. P. F.

FRANCISCI SYLVESTRI

FERRARIENSIS

Totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri Theologi, ac philoſophi pręſtantiſſimi,

QVAESTIONES LVCVLENTISSIMAE IN TRES LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS.

Cum Additionibus ad eaſdem, & aliis quæſtionibus Philoſophicis R. P. F. Matthiæ Aquarij publici Theologiæ ac Metaphyſices ordinarij in Florentiſſimo Neapolitano Gymnaſio profeſſoris.





VENETIIS, M DCI.

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

R. P. F.

FRANCISCI SYLVESTRI


FERRARIENSIS

Totius Ordinis Praedicatorum Generalis Magistri Theologi ac philosophi praestantissimi,

QVAESTIONES LVCVLENTISSIMAE IN TRES LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS.

Cum additionibus ad easdem, & aliquot [illegible] Philosophici R. P. F. Matthiae Aquarii [illegible] Theologiae ac Metaphysicae [illegible] in celeberrimo Neapolitano Gymnasio professoris.





VENETIIS. M DCI.

[illegible]

INDEX QVAESTIONVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Quæſtiones primi Libri de Anima.

Quæſtiones ſecundi Libri de Anima.

Quæſtiones tertij Libri de Anima.

FINIS.

INDEX

LOCVPLETISSIMVS RERVM ILLVSTRIVM ET VERBORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Cognoscens

INDEX

Sensus

INDEX

T

V

FINIS.

IN TRES LIBROS DE ANIMA QVAESTIONES,


R. P. F. FRANCISCI FERRARIENSIS. Totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magistri, Theologi, ac Philosophi præstantissimi.

Cum Additionibus R. P. Magistri Matthiæ Aquarij.

QVAESTIO PRIMA.

Num de anima sit scientia.

Vide Achillinum lib. 3. de intelligẽtiis.



CIRCA primum librũ de Anima quæritur primo, Vtrum de anima possit esse scientia. Et videtur quod non.

Cap. 15.

Primo, omne intelligibile est sensibile, vt habetur ex Philosopho de sẽsu & sensato, sed anima non est sensibilis: ergo non est intelligibilis: ergo de ipsa non potest esse scientia.

Tex. com. 5. T. 26. & 27.

Scd'o, de non ente non est scientia, sed anima est non ens: ergo de anima non est scientia: consequẽtia nota cũ maiori, q̃ est philos. 1. Posterior. Minor vero ꝓbatur. Oẽ ens aut est ens in anima, aut ens extra animam: sed anima non est ens in anima: quia nihil est in seipso, vt habetur 4. Physi. nec est ens extra animam, quia nihil est extra seipsum: ergo &c.

Tex. com. 4.

Tertio, cognoscens debet esse denudatum a natura cogniti, vt vult Philosophus 3. de anima, sed anima non denudatur à seipsa: ergo non cognoscit seipsam: ergo non potest de anima haberi sciẽtia.

Tex. com. 8. Tex. 50.

Quarto, omne quod cognoscitur, cognoscitur ꝑ aliquam similitudinem, sed anima non potest habere similitudinem sui in intellectu: ergo nõ põt ab intellectu cognosci: ergo &c. Maior est Phil. 2. & 3. huius: minor vero probatur. Similitudo rei in intellectæ causatur à phantasmate rei, sed animæ nõ est phantasma, cum non sit sensibilis: ergo &c.

Tex. com. 5.

Quinto, si anima cognosceret se, sequeretur qđ idem moueret seipsum, hoc autem est contra mentem Philosophi 7. Phys. ergo &c. Probatur consequentia, quia intelligens patitur ab intelligibili.

Respõsio ad quæsitum.

Circa hanc q̃stionem tria sunt facienda. Primo præmittenda sunt aliqua necessaria. Scd'o respondẽdũ est ad dubiũ affirmatiue. Tertio declarãdus est modus, quo aĩa intellectiua seipsam cognoscit.

Quantum ad primum aduertendum primo, qđ cum anima sit vniuersale quoddam siue vniuocũ, siue analogum ad animã vegetatiuam, sensitiuã, & intellectiuam, non quæritur hoc loco de aliqua particulari anima secundum propriam rationem, qua distinguitur ab alia, sed de anima secũdum cõmunem animæ rationem, & absolute.

Scientia alio modo habe tur de conclusiõe, alio modo de subiecto ipsi°.

Sciendum secundo, quod licet scientia nominet habitum conclusionis per demõstrationem acq̃situm, tamen non solum dicimur habere scientiã cõclusionis, sed ẽt subiecti, aliter tamen & aliter. Dicimur enim habere sciẽtiam de conclusione, sicut de eo, quod scitur, de subiecto autẽ sicut de eo, de quo aliquid prædicatum scitur. Vnde vnus, & idẽ habitus per demonstrationem causatus, est scientia conclusionis demonstratæ, & scientia subiecti conclusionis. Sicut si per demonstrationem causetur in intellectu meo habitus istius cõclusionis, homo est risibilis, ille habitus est scientia illius cõclusionis, sicut eius, quod scitur, & est scientia hominis, quod est subiectum conclusionis, sicut eius de quo scitur risibilitas. Quærere ergo de aliquo incomplexo, Vtrum de ipso possit haberi sciẽtia, est quærere vtrum possit esse subiectum conclusionis demonstratæ siue scitę, & ad hunc sensum quæritur, vtrum de anima scientia esse possit.

De anima potest haberi scientia.

Quantum ad secundum respondetur hac conclusione. De anima potest haberi scientia.

Te com. 43.

Probatur, de eo quod habet principia, partes, & passiones, potest haberi scientia, sed anima hẽt principia. s. ex quibus sit. s. quod qđ est eius, quod est principium demonstrationis, habet etiam partes subiectiuas. s. animam vegetatiuam, sensitiuã, & intellectiuam, habet etiam multas passiones, vt patet per totum librum de anima, ergo de anima potest haberi scientia: consequentia nota cum minori, maior vero est Philosophi. 1. Poster. volentis illas esse subiecti scibilis conditiones.

Quas partes requira t aliquid vt in sciẽtia sit subiectum

Dicetur forte, ꝙ Philos. in 1. Post. per partes nõ intelligit solum partes subiectiuas, sed etiã partes integrantes, vt vult ibidem S. Tho. dicens, quod licet quod ibi dicitur, possit intelligi de partibus ex quibus componitur res, magis tamen videtur intelligendum de secundo genere partium, licet ergo anima habeat partes subiectiuas, quia tamen non habet partes integrantes (cum sit forma simplex) non poterit esse subiectum scientiæ.

Partes integrãtes sunt in duplici differentia.

Respondetur, ꝙ duplices sunt partes integrantes. Quædam enim sunt quæ componunt rem secundum esse reale, sicut materia, & forma componunt res materiales. Quædam vero sunt, quæ componunt rationem. s. genus, & differentia. Animal enim & rationale diffinitionẽ hominis integrãt, & constituunt, licet ergo subiectum debeat habere partes

re partes integrantes secundo modo non tamen primo modo necessario. Deus enim,& substantiæ separatę,& ens non habent partes primo modo,& tamen de ipsis habetur scientia, sic etiam anima habet partes integrãtes diffinitionẽ eius,licet partes eam realiter integrantes non habeat.

Addi. Respondetur secundo,vt dicit S.Tho.in eodem loco,ꝙ licet ea de quibus habetur sciẽtia per priora simpliciter,sint composita secundum se ex aliqbus prioribus,illa tamen de quibus habetur scientia per posteriora simpliciter,& per effectus, non oportet esse composita in seipsis,sed solum quo ad nos: quia videlicet formamus de ipsis cõceptus ex his,quæ sunt priora quo ad nos,& sic apprehendimus ea tanquam composita ex his, quæ primo cognoscimus in effectibus,dum de eis formamus cõceptum compositum,sicut cum dicimus : ens est substantia immaterialis æterna infinita &c. Licet .n.Deus sit in se simplex,de ipso tamen ex conceptibus creaturarum formamus conceptum compositum,& sic partes diffinitionis Dei sunt partes Dei,secundum ꝙ in cognitione nostra cadit. Cum ergo animam cognoscamus à posteriori,& per effectus ac operationes,nõ oportet vt componatur in essentia sua ex aliis prioribus simpliciter,sed secundum ꝙ in cognitione nostra accipitur,componitur ex aliquibus prioribus quo ad nos, inquantum formamus de ipsa conceptum compositum.

Vide D.Th. p.p.q.3. per totã vbi agitur de simplicitate dei & primo sẽten.dist.8.

Sed contra istas responsiones instari potest. Nã ex ipsis sequitur,ꝙ pro eodem acciperet Philosophus principia,& partes, & sic alterum eorũ esset superflue positũ. Patet consequẽtia:quia per principia intelligit Philosophus pricipia,ex quibus deuenimus in cognitionem rerum secundum essentiam simplicium,& secundum istas responsiones idem intelligit per partes,scilicet partes secũdum rationem.

Respondetur,& dicitur primo,ꝙ vtiq; Philos. pro eodem accipit prima principia,& partes. Vnde S.Tho.ibidem dicit,ꝙ subiectum alicuius sciẽtiæ duplices partes habere põt.s.partes ex quibus cõponitur,sicut ex primis,vt dictũ est.i. ipsa principia subiecti,& subiungit,de istis partibus esse intelligendum,id quod Philos.dicit.

Dicitur secundo,ꝙ licet eadem secundum rem sint partes,& principia,alia tamen ratione dicuntur principia,& alia ratione partes. Dicũtur.n.prĩcipia,inquantum ex eorum cognitione intellectus deuenit in cognitionem eorum,quorum sunt principia. Dicuntur autem partes,inquantum ex ipsis componitur subiectum aut secundum rem, aut secundum cognitionem nostram. Remanet itaq; ratio in suo robore.

Quantum ad tertium sciendum est primo,ꝙ sicut in genere entium est aliquid pura potentia,scilicet materia prima,aliquid purus actus.s.Deus, aliquid medio mõ se habẽs,scilicet res mediæ subsistentes,quæ sunt à Deo productæ,& creatæ:ita in genere intelligibilium est aliquid in potentia tantum,scilicet intellectus noster,qui nullo modo potest per seipsum intelligere;aliquid in actu tãtũ.s. Deus:aliquid vero medio modo.s.substantiæ separatę,quę aliqua in actu intelligunt,aliqua vero in potentia saltẽ quantum ad actualẽ cõsiderationẽ.

Notandum secundo,ꝙ cum nihil operetur nisi sit in actu,nihil enim calefacit, nisi sit actu calidũ, intellectus aũt noster cũ sit in pura potentia oportet si debet intelligere,vt fiat in actu per aliquam formam,fit autem in actu per similitudinem rei intelligibilis receptã in ipso, & ideo per ipsam intelligit,quemadmodum ignis per calorem calefacit. Sciendum tertio,quod aliqua intellectus noster directe intelligit,aliqua vero intelligit reflexe. Directe dicitur aliqua intelligere,quando eius intuitus in illa immediate fertur; aliqua autẽ dicitur reflexe intelligere,quando ex aliquo intellecto redit ad cognoscendũ id,quod fuit cognitionis principiũ.

Vide diffusius comm. huius doct. 2.cont. gentes c.98.circa princi.

Dico igitur,quod ille est modus quo anima intellectiua in cognitionem sui venit: Primo.n. intelligit id cuius specie informatur, deinde intelligit se intelligere, tertio cognoscit se habere principia talis actus,quæ sunt intellectus,& species intelligibilis ex consideratione autẽ speciei intelligibilis, dũ eã deprehendit immaterialẽ esse,eo ꝙ per ipsã vniuersaliter intelligat,in suæ essentiæ cognitionẽ deuenit. Simili progressu in communem animæ rationem ascendit. Ex motu.n.rerum viuentium deuenit in cognitionẽ motionis actiuæ in ipso viuente existẽtis, ex cognitione motionis huiusmodi in cognitionẽ principii eius deuenit,& ex eo in communem quandam animæ rationem,quæ in omnibus viuentibus est primum principium,quo seipsa mouent.

Quomodo anima intellectiua deueniat in sui cognitionẽ.

Quomodo anima intellectiua deueniat in cognitionem rẽnis communis animæ.

Aduertendum tamen,ꝙ hunc modum dupliciter imaginari possumus. Vno modo, ꝙ per talem cognitionem reflexam non relinquatur in intellectu aliqua similitudo repræsentans quidditatem animæ,sed tantum similitudo sensibilis sit semper principium cognoscendi animam.

Alio mõ possumus imaginari,ꝙ sicut per demõstrationem cãtur in intellectu quidam habitus cõclusionis,ita ẽt per talem reflexã animæ cognitionem causetur in intellectu qdam similitudo repræsentas animæ quidditatẽ,sicut & phantasia causat in se similitudinem montis aurei ex similitudine montis,& ex similitudine auri. Nam postquam semel cognouit quis animæ quidditatem per reflexionem,potest deinceps cũ voluerit de animæ qdditate considerare,nullam rem pro tunc sensibilẽ quidditatiue cognoscendo:oportet ergo in intellectu esse aliquid principium,per quod possit intellectus fieri immediate in talem actum cognoscẽdi,& sic oportet in intellectu esse similitudinem animę.

Sed hic occurit dubium. Sequitur.n.quod anima poterit directe cognosci. Quod.n.per propriã cognoscitur similitudinem,directe cognoscitur. Dubitatio.

Respõdetur,ꝙ antequã aliqua habeatur cognitio de anima,oportet qdem eam per reflexionem acquiri,sed postq̃ per talem reflexam cognitionẽ cãta est in intellectu animę similitudo,non est incõueniẽs,si tũc directe cognosci possit,sicut & alia quæ per propriam similitudinẽ cognoscuntur,hęc tñ probabiliter dixerim. Inferius aũt clarum fiet. Responsio.

Ad argumenta in oppositũ respondetur. Ad primum quidem dicitur, ꝙ aliquid esse sensibile põt dupliciter intelligi. Vno mõ per se,quia videlicet ipsum cadit sub sensu. Alio modo per aliud, quia .s.aliqd per quod in eius cognitionẽ deuenitur,cadit

Sensibile aliquid dicitur dupliciter.

dit sub sensu. Si esse sensibile primo modo accipiatur, negatur maior, immo dicitur, quod nullũ primo & per se intelligibile est isto modo sensibile. Tale.n.est vniuersale, quod sub sensu non cadit. Si autem secundo modo accipiatur, negatur minor. Dico.n.ꝙ anima non cadit sub sensu, nisi per actus suos qui sunt mouere, & sentire.

Ad secundum negatur minor. Ad probationẽ dicitur primo, ꝙ illa diuisio est diuisio in ens reale, & ens rationis, vt per ens in anima intelligatur id, quod nullum habet esse nisi esse cognitum, per ens vero extra animã intelligatur id, ꝙ aliud esse habet quam esse cognitum.

Dicitur secundo, ꝙ anima est ens extra animã, idest ens reale, sed tunc non valet ista consequentia, nihil est extra se. ergo anima non est ens extra animam, idest ens reale.

Superlatiuũ dupliciter exponitur.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ maior propositio fallit in potentia habente obiectum, quod est vniuersale, vt vult S. Tho. qualis est intellectus qui habet pro obiecto ens.

Dicitur secundo, ꝙ illa maior propositio si admitti vniuersaliter debeat, est intelligẽda respectu obiecti proportionati. Sed tunc dicitur obiectum proportionatũ intellectus nostri, quod nõ est ens commune, sed quidditas rei materialis, vnde anima intellectiua debet esse denudata à natura sensibili, non autem ab omni quidditate.

Ad quartum dicitur primo ad maiorem, ꝙ non oportet cognitum omne per propriam similitudinem cognosci, nisi de cognito primo, & directe intelligatur, sed sufficit, quod per alterius similitudinem intellectus deueniat in eius cognitionem.

Dicitur secũdo, quod similitudo qua primo cognoscitur anima, causata est remote a phantasmate, non quidem animae, sed rei sensibilis, cuius est propria similitudo, proxime autem causata est ab ipsa anima.

Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo, quod anima non est id, ꝙ immediate intelligit, sed intellectus, vnde non oportet quod anima patiatur à se. Sed quod intellectus ab anima per aliam animae potentiam patiatur.

Dicitur secundo, quod intellectus simul cũ specie intelligibili causat intellectionem animae, vel ẽt animę similitudinem, recipiens autem est solus intellectus, vnde non est idem totaliter mouens, & motum.

ADDITIO.

Quaest. I.

CIRCa hoc quaesitum, quod primo ponitur, num de anima sit scientia, Nota quod est antiquum, & spectat ad quaestionem an est, sicut & illud de subiecto, quod Auctor non pertractat, cum ab omnibus fere determinatum sit animam esse subiectũ, circa quod Philosophus versatur in his tribus libris de anima, & licet latius Ioannes de Ianduno in hoc primo de anima disputet de primo quaesito, voluit tamen & ipse Auctor hoc pertractare, tum propter Thomistarum doctrinam, tum etiam propter nonnullas responsiones, quas Iandunus tribuit argumentis aduersariorum, quae non acceptantur in via D. Thom. & praecipue est controuersia inter Auerroistas & Thomistas de intellectione animae in quarto argumento, vt videre potes secundo contra gentes & in quaestio. disputatis de veritate & p.p. quaest. 87. quasi per totam, & principaliter in primo articulo, vbi disputatur quomodo anima intellectiua agnoscit se.

Cap. 98. q. 8. art. 6.

Esset etiam altius quaesitum pertractandum hic, sub qua parte Philosophiae enumerari debeat haec sciẽtia de anima, num sub Mathematica, vt velle videtur Themistius, & Theophrastus, Simplicius & Philoponus, quia ens Mathematicum partim est in materia, partim seiunctũ ab ea, quod propriũ ipsius animae esse videtur, quae partim est in materia, partim ab ea separata: ergo &c. An sit sub Metaphysica, vt sic sentire videtur Aristotel. in libro de partibus animalium, vbi Franciscus Bragadenus Patritius Venetus scientiam de anima Metaphysicam esse docet, vel sit pars Physices, vt Aue. 1. Physico. & Albertus, & omnes fere latini sustinere videntur. D Tho. 2. Physico. vbi vult, considerationem de anima rationali partim spectare ad Physicum, partim autem ad Metaphysi. vide etiam 6. Metaphysi. vbi habet, quod intellectus aliquo modo cadit sub cõsideratione naturalis philosophiae.

Libr. de caelo & mũdo in prooemio primo periher. li. 1. c. 3.

Commẽ: 11. Comm. 36. Lect. 4. Lect. 1.

Pro glossa illius propositionis: cognoscens debet esse denudatum à natura cogniti. vide Zimaram in Theorematibus, & Iandunum 3. de anima, & Magistrum Chrysostomum 3. de anima q. 2. Caiet. p. p. q. 56. artic. 2. in responsione ad 1. argum. vbi diffusius declarat ipsam propositionem, quam S. Thom. assumit ex 3. de anima ad disputandum, quomodo vnus Angelus agnoscit alium.

Theoremate 84. q. 4. Tex. 4.

QVAESTIO II.

Vtrum scientia de anima sit nobilior quacunque alia scientia praeter diuinam.

Magis autem alteram altera, aut certitudine, aut ex eo, quod meliorum quidem & mirabiliorum, &c. Tex. 1.



QVAERITVR secundo, Vtrum scientia de anima sit nobilior quacunque alia scientia, praeter diuinam. Et videtur, quod non.

Vide Iandunum q. 5. huius libri.

Primo, ꝙ nõ quãtũ ad certitudinẽ. Scientiae mathematicae sunt certissimae, & sunt in primo gradu certitudinis, vt habet Com. ergo &c.

Secundo, non quantum ad subiectum. Primus motor est nobilior anima, sed ipse est subiectum lib. 8. Phys. saltem quantum ad aliquas conclusiones: ergo sciẽtia 8. Phy. est nobilior sciẽtia de aĩa.

2. Metaphy. Comm. 16. Vt patet per totum.

Tertio, forma caelestis corporis est nobilior anima: ergo scientia de illa forma est nobilior sciẽtia de anima. Antecedens probatur. Tanto forma est nobilior, quanto perfectius actuat suum subiectũ, sed forma corporis caelestis perfectius actuat suũ subiectum quam anima, quia nõ relinquit illud in potentia ad aliam formam sicut anima: ergo &c.

Quarto, corpus animatum est nobilius anima: ergo scientia de corpore animato est nobilior sciẽtia de anima. Antecedens probatur. Ens com-

pletum in ſpecie eſt nobilius eo,quod non eſt completum in ſpecie,ſed corpus animatum eſt completum in ſpecie,non autem anima:ergo &c.

Tex.1.

In oppoſitum eſt Philo.dicens. Propter vtraq; hæc animæ hiſtoriam rationabiliter in primis ponemus.

Reſpondeo. Cum dignitas ſcientiæ attendatur ex duobus.ſ.ex certitudine rei,& ex obiecto,vt dicit Philoſ.

Tex.1.

Primo oſtendendum eſt,quomodo ſe habeat iſta ſcientia ad alias in certitudine.

Secundo quomodo quantum ad obiectum.

Quid ſit certitudo.

Quantum ad primum,notandum primo, ꝙ certitudo nihil aliud eſt quam determinatio intellectus ad vnum. Tunc.n.aliquis dicitur eſſe certus de aliqua re,quando illi firmiter adhæret,& nullo modo hæſitat,dicor.n.eſſe certus de iſta concluſione. Homo eſt riſibilis, quia ſum ita determinatus ad eam,& ita illi adhæreo,quòd nullo modo ad oppoſitum declino.

Quot ſint habitus intellectus certi.

Sciendum ſecundo,quod inter habitus intellectus,tres ſunt certi.ſ.intellectus,ſcientia,& fides, in his includendo ſapientiam,ſed tamen aliud eſt quod cauſat certitudinem in vno,& aliud quod in alio. In intellectu enim cauſatur determinatio intellectus ex lumine intellectus agentis, facientis claram notitiam principiorum. In ſcientia ex eo, ꝙ concluſiones ſcitæ clare videntur in ſuis principiis. In fide vero ex imperio voluntatis non ex aliqua euidentia. Vnde ſequitur,quod certitudo ſciētiæ conſiſtit in duobus.ſ. in euidentia concluſionis,& in firmitate adhæſionis. Certitudo autem fidei conſiſtit tantum in firmitate adhęſionis,non in euidentia,ſicut qui habet ſciētiam ſubalternatam, habet certitudinem principiorum illius ſcientiæ, non ꝙ illa clare videat,ſed quia illis firmiter adhæret ex electione voluntatis imperantis intellectui vt adhærat.

Certitudo ſcientiæ in duobus conſiſtit.

Certitudo alicuius rei dupliciter, Linconien. 1.poſt.c.17.

Sciendum tertio vt habet Linconien. certitudo alicuius rei poteſt eſſe dupliciter. Aut.ſ.ex parte ipſius rei,quia.ſ.nata eſt cauſare magnam certitudinem ſui in intellectu diſpoſito, & ſibi proportionato. Aut ex parte intellectus:quia.ſ.intellectus illam certiſſime ſine euidenter,& abſque dubitatione cognoſcit. Hæc autem eſt duplex. Quædam.n. eſt certitudo ſimpliciter,quæ.ſ.habetur ex principiis,quæ ſunt concluſionibus priora ſimpliciter, ſiue ſint etiam priora quo ad nos,ſicut accidit in mathematicis,ſiue non. Quædam vero eſt certitudo quo ad nos,quæ inquam habetur ex his q̃ ſunt concluſionibus priora,& notiora quo ad nos tantum. Iſtis ſuppoſitis.

Scientia de anima q̃do eſt nobilior aliis ſcīētiis.

Ad quæſtionem poteſt primo dici,non eſſe mentem Philoſophi,ꝙ ſcientia de anima ſit nobilior omni alia,excepta diuina,& certitudine, & dignitate obiecti diuiſiue,quaſi videlicet ſit qualibet dignior certitudine,& quolibet dignior obiecto,ſed tantum collectiue,vt velit dicere. Scientia de anima cum ſua certitudine, quam habet, & dignitate ſubiecti ſimul ſumptis eſt nobilior quacunque alia ſcientia,quia ſi alia ſcientia eſt dignior ipſa ſua certitudine,& maiori dignitate obiecti,excedit alterius dignitatem,quæ eſt propter maiorē certitudinem cum ignobiliori obiecto, ſimiliter ſi eſſet aliqua alia dignior dignitate obiecti, iſta cum ſua maiori certitudine,licet minori dignitate obiecti,eam excederet.

Licet autem iſtud forte ſit Philoſophi intentū: pro maiori tamen intelligentia prætermiſſis multis opinionibus pono iſtas concluſiones.

Scientia de anima ē certior quacunque alia præter diuinam.

Prima eſt. Scientia de anima eſt certior quacunque alia præter diuinam,certitudine,quæ ſe tenet ex parte rei de qua conſiderat.

Tex.4.

Iſta concluſio probatur. Et primo,ꝙ ſit certior mathematica. Subſtantia eſt prior accidēte cognitione,vt dicitur 6. Metaph.& eſt prior non tātum prioritate temporis,ſed etiam prioritate perfectionis,perfectiori enim modo cognoſcitur,ſed ſubiectum libri de anima eſt ſubſtantia.ſ.anima ſubiectum autem mathematicę eſt accidens, ſ. quantum;ergo &c.

Secundo,ꝙ ſit certior aliis ſcientiis naturalibus probatur. Quanto ſubſtantia eſt purior,& natura ſubtilior,tanto poteſt facere maiorem certitudinē in intellectu ſibi proportionato,quia quanto aliquid eſt magis in actu,& magis abſtractum,tanto eſt magis intelligibile,ſed anima eſt ſubſtantia purior & abſtractior quocunque alio ſubiecto alterius ſcientię naturalis:quia aliæ res naturales ſunt compoſitæ ex materia,& forma:ergo &c.

Opinio Linconienſis.

Iſtam concluſionem poſuit Linconienſis dicens, quæ priora ſunt,propinquiora ſunt luci ſpirituali, cuius ſuperfuſione res intelligibiles ab aſpectu mentis ſunt actu viſibiles,& magis ſunt receptibilia illius lucis, & magis penetrabilia ab aſpectu mentis,vnde & certiora ſunt,& ſcientia certior. Secundū hunc modū ſcientia de ſubſtantiis incorporeis ſeparatis certior eſt ſcientia de ſubſtantijs incorporeis ligatis,& hæc iterum certior eſt quam ſcientia de ſubſtantiis corporeis, vt dicit Ar. quia ſcientia de anima eſt certior aliis ſcientiis naturalibus, quæ ſunt de corporibus naturalib. mobilib.

Probatio.

Scd'a concluſio. Sciētia de anima eſt certior quacunque alia ēt mathematica,& diuina certitudine ex parte intellectus ſe tenēte,quo ad nos. Probaſ. Scientia quæ procedit ex his quæ vnuſquiſque experitur in ſeipſo,eſt certiſſima quo ad nos,nihil.n. magis eſt notū homini,q̃ id quod in ſeipſo experitur. Sed ſcientia de anima eſt hmōi,procedit.n.ex operationibus animæ,quas vnuſquiſq.in ſeipſo experitur,ſcit.n.ſe habere animam vnuſquiſque, & ſe videre,audire &c.ergo &c.

Sed contra iſtam concluſionem quantum ad mathematicam arguitur à quibuſdam,probant.n. ꝙ ſcientia de anima non eſt certior mathematica, quia ex his q̃ nobis certiſſima ſunt,ꝑcedit. Primo certitudo quo ad nos demonſtrationis nō attēdit penes certitudinem quoad nos rerum ex quibus proceditur,ſed penes certiorem applicationē eius à quo proceditur ad id,ad quod proceditur, ſicut medii ad concluſionem. Sed non experimur in nobis certitudinem talium connexionum eſſe: ergo &c.

Add.

Secundo,quia cum dicit Auer.ꝙ mathematicæ ſunt in primo gradu certitudinis,& naturales ſequuntur eas,oportet hoc intelligere etiam de certitudine quo ad nos, aliter mathematicę non eſſent in primo gradu.

Reſpon-

Respondetur,& dicitur ad primum,ꝙ certitudo demonstrationis quo ad nos,attenditur ex certitudine apud nos principiorũ, ex quibus aliquid demonstratur:quia videlicet illa sunt nobis nota, & manifesta,licet etiam concurrat applicatio principiorum ad conclusionem,quia videlicet videtur conclusio in præmissis contineri,& dicitur,quod sicut & animam nobis inesse cognoscimus manifeste,& operationes,ita & manifeste cognoscimus conclusiones,quæ ex istis deducuntur,in ipsis cõtineri.

Ad secundum dicitur,quod mathematicæ dicũtur esse in primo gradu certitudinis: quia procedunt ex his,quæ sunt,& simpliciter,& quo ad nos notiora conclusionibus.Principia.n.sunt cõclusionibus vtroq. modo notiora:naturales autem procedunt ex his quæ cõclusionibus sunt notiora quo ad nos tantum;quia maiori ex parte ex effectibus qui sunt nobis causis notiores,procedunt. Cũ hoc tamẽ stat,ꝙ certitudine quo ad nos tãtum,demonstrationes,quæ in libro de anima fiunt,sint certiores demonstrationibus mathematicis:quia principia,ex quibus demõstrationes de anima fiũt, sunt nobis notiora,& certiora principiis,ex quibus demonstrationes mathematicæ procedunt. Ista conclusio videtur esse de mente S.Tho.in litera.Nam & ipse hanc rationem tangit.

In expositio.Tex.1. Commen.1.

Ex hoc apparet,ꝙ exceptio quam facit Commen.inquiens hanc scientiam omnes alias excedere,& certitudine demonstrationis,& nobilitate subiecti præter diuinam,non intelligitur quantum ad vtrumq. diuisione,quasi.s.scientia de anima nõ excedat diuinam,neque certitudine demonstrationis,neq.nobilitate subiecti.Constat.n. ꝙ eam excedit certitudine demonstrationis,de qua Phil. intendit,scilicet de certitudine quo ad nos.Sed sensus est,quod cum omnes alias quantum ad vtrumque excedat,diuinam non excedit quãtũ ad vtrũque,sed tantum quantum ad certitudinẽ demonstrationis.s.quo ad nos,quantum vero ad nobilitatem subiecti eam non excedit,sed magis exceditur ab ea.

Tertia conclusio.Scientia de anima non est certior mathematica ex parte intellectus certitudine simpliciter.Probatur.Demonstrationes mathematicæ procedũt ex causis formalibus,quæ sunt priores simpliciter,quia abstrahunt à materia, & motu,ergo &c.

6.Metaphy. Tex.1.

Hanc quoque conclusionem Linconien. tangit dicens,ꝙ in mathematicis est rarior errror , eo ꝙ res mathematicæ sunt bene visibiles ab intellectu,quia dicimus,ꝙ res diuinæ sunt magis visibiles ab aspectu mentis sano non obnubilato phantasmatibus,sed ab aspectu mentis ægro,qualis est aspectus noster,mõ cum grauamur mole corporis ex affectu rerum corporalium,sunt res inuolutæ phantasmatibus magis visibiles.Intellectui igitur humano qualis est adhuc in nobis sunt res mathematicæ certissimæ,ad quas comprehendẽdas nos iuuant phantasmata: sed intellectui talis qualis debet esse secundum statum sui optimum sunt res diuinæ certissimæ.

Sciendum tamen,ꝙ Phil.comparat sciẽtiam de anima tantum scientiis naturalibus,nõ autem mathematicæ aut metaphysicæ,& ideo absolute, & absque exceptione dicit ipsam propter vtraq;alias antecedere.Et S.Thom.ait,ꝙ sciẽtia de anima est nobiliorum:quia anima est nobilior inter inferiores creaturas.

Quantum ad secundum principale. Sciendum primo,ꝙ subiectum alicuius scientiæ potest considerari dupliciter.Vno modo quãtũ ad id,quod est. Alio modo quantum ad rationem formalem, qua consideratur in tali scientia. Scientia ergo accipit dignitatem à subiecto,non quantum ad id, quod est,sed quantum ad rationem sub qua cõsideratur in tali scientia.Non.n. inconuenit vnam scientiã considerare subiectum aliquod,quod secundũ suã entitatem est nobilius subiecto alterius scientiæ, secundum tamen rationem formalem, qua consideratur in tali scientia,est ignobilius.Sicut si aliqua scientia consideraret de homine inquantum habet magnitudinem,& alia cõsideraret de equo inquantũ substantia.Scientia considerans de equo esset nobilior scientia considerante de homine, quia sub nobiliori ratione ista considerat de equo, quam illa de homine.

Scientia accipit dignitatẽ ab obiecto,non quãtum ad id ꝙ est, sed quũ ad rationẽ sub qua in tali scientia consideratur.

Notandum secundo,ꝙ de anima potest esse duplex consideratio.Vna secundum,ꝙ consideratur quadam abstracta consideratione.s.secundum se, & quantum ad passiones quæ sunt solius animæ,sicut intelligere,& velle,& etiam quantum ad passiones coniuncti,in ordine tamen ad ipsam animam, vt sunt passiones ipsius.Alia consideratio potest esse ipsius animæ quantum ad passiones eius, secũdum quandam concretionem ad corpus, secundũ ꝙ sunt actus corporis.Prima cõsideratio pertinet ad librum de anima.Secunda ad alios libros naturales de corpore animato.

Addit. S.Tho.in proemio de sensu,& sensato,& est Arist. ibidem.

Pono igitur istam conclusionem. Sciẽtia de anima est nobilior ex parte subiecti quacunque alia scientia præter diuinam.Quod autem anima vt cõsideratur in libro isto sit nobilior quacunque re inanimata,satis clarum est,cum consideretur secundum propriam suam rationem,secundum quã est viuentium principium,& sub ipsa contineatur anima intellectiua quæ est nobilior quacunque re inanimata:sed ꝙ sit nobilior corpore animato probatur.Quanto ratio formalis alicuius obiecti est abstractior,tanto est nobilior,sed rõ formalis animæ, secundum ꝙ consideratur de ipsa in libro de anima,est abstractior ratione formali corporis animati,& etiam ipsius animæ,secundum ꝙ consideratur in paruis naturalibus:ergo est nobilior,consequentia nota cum maiori:quia omnis sciẽtia est per abstrationem à materia.minor probatur,nam in isto libro consideratur de anima, quantum ad passiones eius,in ordine tantum ad ipsam animã. In aliis autem libris naturalibus consideratur de rebus animatis,vt illis passiones cõiuncti attribuũtur,tanquam per corpus exercitæ,sed illa ratio est abstractior:ergo &c.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur,ꝙ commentator loquitur de certitudine simpliciter ex parte intellectus,in quo sensu concessum est scientiam de anima non esse certiorem mathematica.

Ad secundum dicitur,ꝙ licet primus motor sit nobi-

nobilior anima secundum suam substantiam, considerat tamen in 8. Physſ. ignobiliori modo quã anima in libro de anima. Cõsideratur enim ibi de primo motore in ratione principii motus, sed inquantum causa motus localis est, & quantum ad conditiones, quę ex motu de ipso cõcludi possunt, quæ est minus nobilis consideratio, quam sit consideratio de anima, inquantum est principium formale viuendi, sentiendi, & intelligendi.

Si autem instetur, quod nobilior est causalitas effectiua, quæ conuenit primo motori, causalitate formali quæ conuenit animæ:

Respondetur, quod licet respectu eiusdem effectus nobilior sit causalitas effectiua, præsertim primi efficientis, si tamẽ ad diuersos effectus comparentur, potest econtrario esse. Sic est in proposito. Esse enim principium formale intrinsecum intelligendi, aut etiam sentiendi, nobilius est quã esse principium effectiuum motus localis inquantum huiusmodi.

Forma est altera nobilior dupliciter. Ad tertium respondetur, quod vnam formam esse nobiliorem altera potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum substantiam suam: Alio modo in ratione formæ. Si primo modo accipiatur nobilitas, negatur antecedens, ad probationẽ negatur maior. Si secundo modo, negatur consequentia, qua secundum illam rationem non consideratur de forma in istis scientijs, sed conceditur antecedens, quia forma corporis cœlestis implet totam capacitatem materiæ, non autem anima.

Ad quartum dicitur, quod licet corpus animatum sit nobilius anima secundum se, tamen secundum formales rationes quibus de illis consideratur in scientia naturali, est è conuerso, vt dictum est in quæstione.

ADDITIO.

VT clarius perpendere possis determinationem huius quæsiti, nota hos duos terminos, scilicet nobilitatis & certitudinis, de nobilitatis termino vide Auerr. 2. cœli, vbi habet, quòd nobilitas abstractorum cõsistit in seipsis, sed nobilitas aliorum entium consistit in actione eorum, & 2. Physi. ait, nobilitas non accidit formis nisi secundum quòd sunt finis, & tũc forma habet rationem finis, quando res ab ea dignitatem, & nobilitatem non simpliciter, sed secundum naturam vniuscuiusque rei obtinet; dignitas enim simpliciter, & perfectio, & nobilitas simpliciter non inueniuntur nisi in primo principio, quod est Deus, vt notat Auerr. 5. diuinorum. (Com m.61. Comm.74.)

De hoc etiam termino nobilis, loquens Auerr. 2. cœli, ait quòd nobile modicum est nobilius multo ignobili, vt docuit Phil. primo de partibus animalium, res enim illas superiores etsi leuiter attingere possumus, tamen ob eius generis excellentiam cognoscendi, magis oblectamur quam cum hæc omnia iuncta nobis tenemus. vide etiam D. Thom. 1. sent. vbi docet, quomodo duplex est nobilitas simpliciter dicta, scilicet secundum essentialia, & secundum quid, scilicet accidẽtalia, & de ver. vide quoque primo contra gent. vbi scripsit, quomodo nobilitas cuiuslibet rei attenditur secundum modum, & gradum suæ naturę. (Cap. de perfecto, cõmẽ. 79. Cap 5. diu. 17. q. 1. art. 1.)

De altero termino vide Ar. 1. post. vbi docet, quomodo vna sciẽtia dicitur certior altera, aut quia dicit quia, & propter quid, aut quia est de his quę ex paucioribus constant, aut quia est de forma, & 2. Metaph. certitudo Mathematica non est in omnib. expetenda, est enim certitudo determinatio intellectus ad vnũ ait D. Th. 3. sent. & potest esse ex causa & ex subiecto. 21. q. 4. ar. 8. & diuersimode reperitur in Deo, in Angelis, & in hominibus, vide quoque de ver. quomodo declaratur ibi, quòd tota certitudo scientiæ dependet ex cognitione principiorum, & sequere Themistium & Albertum, quòd in tex. est sermo de certitudine secundum se, & intellige coniunctim, quod propter vtraque hæc simul sumpta scilicet propter certitudinem, & nobilitatem, & non propter alteram tantum sigillatim, scientia de anima excedit alias, vide Dominum Caie. & Romanũ Egidium, Caiet. de Tienis. (q. 11. artt. 1. c. 18. c. 22. Comm. vlt. dist. 25. q. 2. art. 2. q. 11. art. 5. In prologo huius libri.)

QVAESTIO III.

An scientia de anima sit difficillima.

Omnino autem, & penitus difficillimorum, &c. Tex. IV.



QVÆRITVR tertio, Vtrum scientia de anima sit difficillima. Et videtur quod non. (Ioan. q. 6. Iauellus q. 5.)

Primo, scientia de materia prima est difficilior scientia de anima; ergo scientia de anima non est difficillima. Antecedens probatur. Quanto aliquis est magis remotum ab actu, tanto est difficilioris cognitionis: quia vnumquodque intelligitur in quantum est in actu, sed materia est maxime remota ab actu, cum sit ens in pura potentia: ergo &c. (q. præcedenti.)

Secundo, scientia de anima est certissima certitudine quo ad nos, vt supra dictum est: ergo est etiam facillima. Antecedens est Philosoph. vt superius declaratum est: consequentia patet, quia certiora quo ad nos sunt euidentiora, & per consequens faciliora cognitu.

Tertio, quod per superabũdantiam dicitur, vni soli conuenit, sed scientia metaphysica est difficillima, vt dicitur in prooemio Metaphysicę: ergo nõ scientia de anima.

In oppositum est Philos. Omnino autem, & penitus difficillimorum &c.

Pro declaratione huius quæstionis, sciendum est primo, quod vt habet Philosoph. 2. Metap. difficultas cognoscendi aliquam rem potest contingere aut ex parte ipsius rei, aut ex parte intellect⁹. Ex parte quidem rei, quia vnumquodque est intelligibile, inquantum est in actu, quanto est aliquid minus in actu, tanto est minus intelligibile, vnde quod parum habet de actu, est cum difficultate cognoscibile: ex parte vero intellectus, quando ipsa res est maxime in actu, & per consequens maxime intelligibilis, sed tamen intellectus non est tantæ virtutis, vt possit eleuari ad eius cognitionẽ. Sicut est de intellectu nostro respectu substantiarum separatarum. Illæ. n. sunt maxime intelligibiles secũdum se, sed propter debilitatem intellectus nostri

non

non poſſunt à nobis quidditatiue cognoſci.

Cognitio alicuius duplex vna perfecta alia imperfecta.

Sciendum ſecundo, quòd poteſt eſſe duplex cognitio alicuius rei. Vna imperfecta, qua. ſ. cognoſcitur quantum ad an eſt, & quantum ad aliquod prædicatum commune, non tamen cognoſcitur quidditatiue eſſentia rei. Sicut cum cognoſcitur ꝙ homo eſt, & quòd eſt ſubſtãtia alia perfecta. ſ. quã tũ ad quia eſt: quia. ſ. quidditatiue, & perfectè cognoſcitur eſſentia rei, ſicut cũ cognoſcitur, ꝙ homo eſt animal rationale.

Sciendum tertio, ꝙ difficultas cognoſcendi aliquam rem poteſt accipi dupliciter. ſ. intenſiue, & extenſiue. Intenſiue. ſ. quando cum difficultate poteſt penetrari eſſentia rei. Extenſiue, quando circa eãdem rem ſunt multæ difficultates numero. Iſtis notatis pono iſtas concluſiones.

Quo ſciẽtia de anima ſit difficillima. Tex. 4.

Prima concluſio. Scientia de anima eſt difficillima extenſiue, patet ex quæſtionibus quas enumerat Philoſophus & ſequentibus, quæ ſunt multæ.

Secunda eſt. Scientia de anima eſt difficillima ex parte intellectus noſtri, quantum ad cognitionem perfectam quidditatis ipſius animæ. Probatur. Quanto aliquid eſt remotius à ſenſu, tanto eſt difficilioris cognitionis modo dicto, ſed anima eſt remotiſſima à ſenſu: ergo &c. conſequentia nota, & maior patet: quia cognitio intellectiua depẽdet à ſenſu, minor etiam patet, quia anima non eſt corporea vt ſit ſenſibilis &c.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio. Scientia de anima ex parte ipſius animæ eſt facillima. Probatur. Quanto eſt aliquid magis in actu, tanto eſt magis cognoſcibile, ſed anima ẽ maxime ĩ actu, immo actus: ergo &c.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio. Scientia de anima ex parte noſtri quantum ad cognitionem an eſt & imperfectam eſt facillima. Probatur. Cauſa cuius effectus ſunt notiſſimi nobis, eſt nobis notiſſima: ſed effectus animæ ſunt nobis notiſſimi, quilibet enim experitur ſe videre, audire &c. ergo cognitione an eſt & imperfecta, anima eſt notiſſima quo ad nos. Videtur hoc eſſe de mente S. Tho.

Addi. De verita q. 10. art. 8. ad octauum.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur: Ad primum dicitur, ꝙ alterius rationis eſt difficultas cognitionis materiæ, & alterius difficultas cognitionis animæ, quia illa eſt ex parte materię, iſta eſt ex parte intellectus. Conceditur ergo antecedens & totum argumentum, loquendo de difficultate quæ ſe tenet ex parte rei, ſed de illa difficultate nõ loquimur in propoſito.

Ad ſecundum dicitur primo, quod non inconuenit vnam ſciẽtiam eſſe facilem, & difficilem diuerſis modis.

Dicitur ſecundo quod ſcientia de anima eſt certa quo ad nos, & facilis quantum ad cognitionem imperfectam, & hoc modo locutus eſt Philoſophus ſuperius: eſt autem difficilis quo ad cognitionem perfectam, & hoc modo loquitur hic. Vel eſt facilis ex parte ipſius animæ, difficilis autem ex parte intellectus ſecundum cognitionem perfectam.

Superlatiuũ dupliciter exponitur.

Ad tertium dicitur: ſuperlatiuum dupliciter exponitur. Vno modo negatiue. ſ. per negationem comparatiui. Alio modo poſitiue. ſ. per negationẽ poſitiui comparatiue ſumpti. Primo modo, tu es fortiſſimus iſtorum, exponitur, tu es fortis, & iſti ſunt fortes, & non aliquis iſtorum eſt fortior te, ergo &c. Alio modo probatur. Tu es fortis, & iſti ſunt fortes, & non aliquis iſtorum eſt ita fortis ſicut tu, ergo &c. Si ergo accipiatur ſuperlatiuum vt exponitur primo modo, negatur maior, ſ. ſufficit enim quod illud, quod alicui conuenit ſecundum exiſtentiam, alteri non conueniat ſecundum magis, & ſic in propoſito ſcientia de anima eſt difficillima, non quia nõ habeat parem in difficultate, ſed quia non habet ſuperiorem. Si autem ſuperlatiuum ſecundo modo accipiatur, conceditur totũ argumentum. Poteſt etiam aliter dici, quod ſcientia de anima eſt difficillima non abſolute, ſed in reſpectu ad ſcientias naturales. Vnde Philoſ. non dicit ſimpliciter ipſam eſſe difficillimam, ſed de numero difficillimorum, & tunc ad maiorem dicitur, quod illud quod dicitur ſecundum exiſtentiam, vni ſoli conuenit abſolute, tamen pluribus poteſt conuenire reſpectiue.

ADDITIO.

1. Metaph. Tex. 2.

QVIA difficultas intelligendi aliquid ex duobus oriri poteſt, vt docuit Ariſt. & ex parte ipſarum rerũ, vt eſt materia, motus, tẽpus, infinitum, negatio, priuatio, & relatio, &c. & ex parte noſtri intellectus, qui ſe habet ad entia illa diuina, vt oculus noctuæ ad lumen ſolis, & quia anima præcipue intellectiua cum ſit de numero diuinorum, eius ſcientia eſt difficilis ex parte noſtri intellectus, & non ex parte ipſius rei, eſt tamen certa ex parte rei ac rationis. Siquidem ſcientiarum certiſſimæ ſunt, quę maxime primorum ſunt, & quæ ſunt ex paucioribus his, q̃ ſunt ex additione, hinc Simplicius dixit in 1. Phyſic. & Philoponus auctoritate Ammonii in principio libri de anima, ꝙ ſcientia de anima & ſcientia mathematica cõueniunt in certitudine: quia res conſiderant quodãmodo in materia exiſtentes, & quodammodo abſtractas, quæ verba verificantur ſecundum viam Auer. de intellectu materiali, qui quodammodo eſt coniunctus materiæ, quodammodo eſt ſeparatus, nam ſecundum eſſentiam eſt abſtractus, ſed ſecundum operationem eſt coniunctus, quia nihil intelligit ſine imaginatione, hoc accepit Auerr. ab Ariſto. 6. Metaphy. vbi habet ꝙ ſcientia naturalis eſt circa ſubſtantiam, quæ eſt ſecundum rationem, vt ſecundum magis non ſeparabilem ſolũ, vbi Commen. ponderat ly ſecundum magis, propter intellectum vnde non poſſum illorum non demirari impudentiam, qui ita audacter proferunt omnem formam, & omnem animam, aut animæ partem eſſe à materia inſeparabilem ex mente Ari. cum tamen vbique locorum Ar. præſeruet ſe ab intellectu vt patet in verbis adductis & 12. Metaph. vbi ponit differentiam inter cauſas formales, & mouẽtes, ex hoc ꝙ cauſę formales ſunt ſimul cum ſuis effectibus, cauſę agentes ſunt priores, & ſubdit, ſi autem aliquid manet, poſterius perſcrutãdum eſt, in quibuſdam enim nihil prohibet, vt ſi anima eſt tale non omnis, ſed intellectus, omne nanque impoſſibile forſan, & in ſecundo de anima loquens de intellectu inquit: Et de perſpectiua potentia alia ratio eſt; hoc enim ſolum videtur contingere ſeparari, ſicut perpetuũ a corruptibili.

Ex prologo primæ philoſophię, & ex primo poſter. c. 22.

Sententia Auer. de intellectu poſ lib. 1. pri. & anima cõm. 12

6. Metaphy. tex. 1

12. Metaph. Tex. 26.

Vide D. Th. in expoſitio tex. illius ad uerbum ſupra. 1. de anima. Tex. 13. p. p. q. 62.

Quid ſit difficile vide D. Thom. dicentem, difficile eſt

est quod transcendit potentiam, & difficile, & onerosum mensurantur secundum virtutem suscipientis. pri. sent. di. 40. ar. 4. q. 3 de quęsito principali, vide Iandunū q. 6. & Mag. Chry. q. 5. Caie. Thienensem in exp. tex. 4. Suessanum, & conclude cum Domino Caiet. Card. solutionem quæsiti, ꝙ hæc scientia est certissima ratione luminis intellectualis, licet sit difficillima &c.

[margin: ...m resp. ad 1. arg. Opinio Ca. Alb. & Themisti: est eadem de hoc quæsito.]

QVAESTIO IV.

Num accidentia conferant ad cognoscendum quod quid est substantię.

Accidentia conferunt magnam partem, &c. *Tex. XI.*

[margin: Suessanus disputatione 3. super 7. Metaph. 9. Metaphy. Tex. 4.]



QVÆRITVR quarto, Vtrum accidentia conferant ad cognoscendum quod quid est substantiæ. Et videtur quod non.

Primo, quia tunc accidens prius cognosceretur quam substātia: sed hoc est contra Philoso. dicentem, ꝙ substantia est prior accidente cognitione, ergo &c.

Secundo, eadem sunt principia essendi & cognoscendi, sed accidens nō est principium essendi substantiæ: ergo non est principium cognoscendi.

Tertio, quod quid est, est principium cognoscēdi accidens, ergo accidens non est principium cognoscendi substantiam, alioquin idem esset notius & ignotius. In oppositum est Phil. Respondeo.

[margin: Tex. 11.] Circa modum quo accidentia conferūt ad substantiæ cognitionem varie possumus opinari.

Primo namque possumus dicere, ꝙ res sensibilis particularis causat similitudinem sui in sensu exteriori, & per illum causat phātasma in phantasia, quod quidem est repræsentatiuum accidentis concreti, & est accidens: phantasma autem simul in intellectu possibili, per quem cognoscitur quidditas substantiæ, & per hunc modum accidens confert ad cognoscendum quod quid est, quia phātasma quod est accidēs, causat speciem in intellectu, per quam cognoscitur quod quid est.

Sed licet quod dicitur verum, non sufficit tamē hoc ad mentem Philos. cum secundum expositionem omnium, maxime S. Thom. illud dicat Philo. quia cum differentiæ rerum sint occultæ, oportet per differentias accidentales in cognitionem illarum deuenire, ex quo patet, quod per cognitionem accidentis oportet deuenire in cognitionem substantiæ.

Possumus secundo dicere, ꝙ cognitio accidentis confert ad cognitionem substantiæ, non quidē quia prius ab intellectu cognoscatur accidens, quam substantia: sed quia ad cognoscendum quod quid est per intellectum, oportet prius cognoscere accidens per sensum. Sed hoc nō videtur etiam esse ad mentem Philoso. hoc loco, quia secundum expositionem S. Thom. illud habet veritatem, eo ꝙ differentiæ rerum sint ignotæ, & propterea oportet, ꝙ vtamur eis loco differētiarum essentialium. Modo non possumus illis taliter vti, nisi cognoscamus ea vniuersaliter, quod non potest esse per sensum: ideo &c.

Possumus tertio dicere, ꝙ absolute primum cognitum absolute ab intellectu est accidens concretiue dictum, vt vult Herue. & per accidens hoc modo cognitum deuenimus in cognitionē quod quid est substantię. [margin: Quolib. 3 q. 12.]

Sed iste modus supponit falsum, scilicet ꝙ accidens prius absolute loquendo cognoscatur, quam substantia, vt declaratur à Phil. [margin: 7. Metaphy Tex. 4.]

Ideo est alius modus dicendi. Pro quo notandū ꝙ de aliqua re potest esse duplex cognitio. Vna confusa, qua scilicet cognoscitur res quantum ad aliquod prędicatum commune, vt ꝙ homo est substantia, aut corpus, aut aliquod huiusmodi; Alia distincta, qua inquam res quantum ad omnia sua principia essentialia cognoscitur. [margin: Cognit. duplex, confusa scilicet, & distincta.]

Dico igitur primo, quod ad cognitionem confusam substantiæ confert cognitio intellectiua accidentis.

Probatur. Id quod ponitur in diffinitione alicuius est eo prius cognitum: sed substantia ponitur in diffinitione accidentis: quia accidens diffinitur per additamentum, vt habetur ex Philosoph. ergo prius cognoscitur substantia quā accidens, non ergo accidens ducit in omnem cognitionem substantiæ. Hoc sic intelligo, quod non prius cognitio est accidentis absolute accepti, quam substantiæ, nec prius cognoscitur proprium accidens, quam suum subiectum cognitione confusa. [margin: 7. Metaphy. Tex. 4.]

Dico secundo, quod cognitio confusa accidentis confert ad cognitionem distinctam substantię, & hoc intellexit Phi. Manifestum est enim, ꝙ cum non habeamus differentias rerum, incipimus ab accidentibus, vt illas inuenire possimus.

Sed sciendum, quod isto modo possunt accidentia conferre ad cognoscendum quod quid est dupliciter. [margin: Confusa accidentiū cognitio dupliciter ad quod quid est cognoscendū confert.]

Vno modo quando vtimur ipsis loco differentiarum essentialium, quæ totaliter nobis incognitę sunt, sicut cum dicimus, homo est animal bipes, & tunc sunt accipienda accidentia, quæ in plus se habeant, quam diffinitum, vt docet Phil. & S. Tho. ibidem, quia accidentia propria demonstrantur ꝑ diffinitionem subiecti: vnde non possunt poni loco differentiarum. Hoc modo diffinit ibi Philo. numerum ternarium, quod est numerus impar vtroque modo primus, esse autem vtroque modo primum non conuenit solum numero ternario, sed & numero binario. Neque enim componitur ex numeris, neque alio numero mensuratur, tamen hoc totum numerus impar vtroque modo primus conuertitur cum ternario. [margin: 1. Poste. Tex. 17.]

Alio modo conferunt accidentia ad quod quid est, non quia accipiantur loco differentiarum essentialium, & tunc sumenda sunt propria accidentia; quia tunc effectus ducit in perfectam cognitionem causæ, quando illi adæquatur, sola autem accidentia propria adæquantur quidditatibus: vnde &c.

Sed hic occurrunt dubia. Primum est. Species intelligibilis repræsentat rem absque conditionibus materialibus, & quantum ad principia essentialia: [margin: Primum dubium.]

tialia: ergo intellectus informatus specie alicuius rei poterit cognoscere quod quid est, non cócurrẽ tibus accidentibus.

Secundum dubium.

Secundum dubium est. Si intellectus ex cognitione accidentis deuenit in cognitionem quod qd est, sequitur ꝙ quidditas rei cognoscatur p discursum, sed hoc est contra Philosophum vocãte m cognitionem quod quid est simplicem intelligentiã, ergo &c.

3.huius, Tex.31.

Ad primum dubium respondeo primo, ꝙ si aliqua species ponatur repræsentatiua quidditatis rei perfecte & distincte ad cognoscẽdam talem quidditatem, non requiritur cognitio accidentis, vt dicit S. Thom.

Exp. tex. 11.

Dico secundo, ꝙ omnis species repræsentat qd ditatem sine conditionibus materialibus: non tamen omnis repræsentat quidditatem distincte, repsentãdo genus proximum & vltimam differentiã, & tunc accidens confert ad distincte cognoscendũ illam quidditatem.

Ad secundum dicitur primo, ꝙ quidditas alicuius dupliciter potest cognosci. s. in quadam confusione non cognito proximo genere, & vltimis differentiis, sicut si aliquis de natura hominis apprehenderet, quia est substantia. Alio modo potest cognosci distincte per resolutionem in proximũ genus, & vltimam differentiam, & hoc modo cognoscit aliquis hominis quidditatem, cum cognoscit hominem esse substantiam animatam sensibilem rationalem.

Dicitur secundo, ꝙ cognitio quidditatis quantum ad id quod immediate repræsentatur per speciem intelligibilem, est simplicium intelligentia, siue per illam speciem repræsentetur quidditas confuse, siue distincte, sed cognitio quidditatis quando species non repræsentat primo omnia genera, & vltimas differentias, potest acquiri per discursum. Alioquin frustra Philos. traderet modũ venãdi diffinitiones per diuisionem, & compositionem.

2. Poster. Tex.18.& sequ.

Rñdetur tertio, qđ licet quidditas rei simplici apphẽsione cognoscatur p suã spẽm intelligibilẽ, & non possit per discursum inquiri diffinitio quantum ad entitatem, vt voluit Philos. tamen non simplici aprehensione cognoscitur quantum ad intẽtiones logicas, diuidendo ipsam in genus & differẽtiam. Ipsa enim quidditas est vna secundum rẽ, distinctio autem in genus, & differentiam est per opus intellectus: & quia difficile est videre quomodo conueniat in genere propinquo cum alia quidditate, & per qđ vltimo differat ab aliis: ideo oportet inuestigare diffinitionem, & forte ista est mẽs Philos.

3.de anima Tex.21.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur, ꝙ substantia est prior cognitione quam accidens secundum se simpliciter, quo ad nos cognitione confusa: cum hoc tamen stat, ꝙ cognitio confusa accidentis præcedat cognitionem distinctã substantiæ.

1. poster. Tex.18.

Ad secundum dicitur, ꝙ licet omne principium essendi sit principium cognoscendi nisi sit materia, non tamen econuerso.

Ad tertium dicitur, quod nõ est incõueniẽs substantiam esse principium cognoscendi accidens, sicut causa est principium cognoscendi effectum à priori, & accidens esse principiũ cognoscendi substantiam sicut effectus ducit in cognitionem causæ à posteriori. Ad argumentum ergo negatur consequentia: ad probationem dicitur quod non est inconueniens aliquid esse notius & minus notum diuersimode, vnde in proposito quod quid est, est prius notum simpliciter quam accidens, sed accidens est prius cognitum quo ad nos, ideo quod quid est, est principium cognoscendi accidens à priori. Accidens autem est principium cognoscendi quod quid est à posteriori.

ADDITIO.

NOta hic pulcherrimum dictum Auerr. quod conditio accidentium essentialium est, vt cognitio eorum sequatur cognitionem substantiæ, quod non potest aliter intelligi, nisi quãdo sit cognitio a priori, vnde 4. Metaph. docet accidentium attributionem ad substantiam esse essentialem, & si vis scire quomodo accidentia dicunt de substantia essentialiter, lege Auer. vbi supra, quia docet quod prædicatio de substantia conuenit cum prædicatione substantiali in hoc, quod est, secundum cursum naturalem, accidentia enim existunt in substantijs per se, & attribuuntur eis essentialiter, & secundum quod substantiæ disponuntur per illa sua accidentia substantiarum, attributio autem accidentis ad accidens non est essentialis.

1. cœli comment. Comm. 24

Et notat quoque Auerr. prædicationem esse duplicem, naturalem scilicet, & præter naturam, cum sit communis animi conceptio logicorum, prædicatum se habere loco formæ, subiectum vero induit modum materiæ, ideo propositiones specificantur à prædicatis, & nõ à subiectis, & quia respectus superioris ad inferius est respectus continentis ad contentum, & totius ad partes, talis autem respectus est sicut respectus formæ ad materiam, similiter quia dispositio accidentis ad substantiam est respectu formæ secundum quid perficientis subiectum tanquam materiam, & cum substantia de mente Commentatoris non sit causa accidentium, neque secundum agens, neque secundum finem, sed tantum subiectum: inde sequitur quod quotiescunque superiora prædicantur de inferioribus, aut accidentia de substantijs, siue sint propria, siue communia, omnes istæ prædicationes sunt naturales: quia in talibus prædicatur id, quod debet prædicari, & subijcitur quod debet subijci secundum naturam, nam, secundum naturam illud aptum est prædicari, quod habet respectũ formæ, & illud est aptum subijci, quod habet respectum materiæ.

7. primæ philosoph com. 59. 4. Metaph. Comm. 2. Quæ sunt p̃dicationes naturales.

Ex quo sequitur, quod quoties prædicantur inferiora de superioribus, aut subiectum de accidentibus, aut accidentia de accidentibus, aut idem de seipso, omnes istę p̃dicationes sunt nõ naturales, nam in talib. prædicatur id, quod non habet habitudinem formę, & subijcitur id, quod non hẽt habitudinem materiæ, de primis duobus clarum est, nam quando prædicatur inferius de superiori, aut subiectum de accidenti, non est habitudo prędicati ad subiectum, habitudo formæ ad materiam, de tertio etiam vbi prædicatur accidens de accidenti non est habitudo subiecti ad prædicatum, habitudo materiæ ad formam, quodlibet enim accidens est forma in se, & ideo si vnum sit materia alterius, hoc est per accidens, videlicet respectu subiecti tertii, cui ambo accidunt

Quæ sunt p̃dicationes non naturales. Quodlibet accidens est forma in se.

Primo priorũ in degressione de 4. figura contra Caiet.

dunt, similiter prædicatio in qua idem prædicatur de seipso, est præter cursum naturalem, cum enim materia sit primo diuersa à forma, impossibile est, vt idem respectu suimet habeat habitudinem materię, hinc Cõment. vocauit eam in fine abhominationis, sed Boetius vocat verissimam prædicationem, quia non est naturalis subseruiens arti, vt videre poteris apud Caiet. in prędicab. c. de gener.

QVAESTIO V.

An logicus diffiniat tantum per causam formalem.

Differenter autem definiet physicus, &c. Tex. XVI.

Iandunus q. 12. Chrys. q. 11.



QVÆRITVR quinto, Vtrum logicus diffiniat tantum per causam formalem, & videtur quòd non.

Primo diffinitio prędicatur de eo cuius est diffinitio in recto. Sed forma nõ p̃dicatur de eo cuius est forma in recto, quia est pars, ergo non pôt aliqua diffinitio dari per causam formalem tantũ: ergo &c.

Secundo, Logicus diffinit per genus & differentiam. Sed genus est materia, & differentia est forma, ergo non diffinit tantum per formam.

In oppositum est Philoso. text. 16. Respondeo.

Pro declaratione istius difficultatis notandum primo, quod sicut formæ est perficere, materiæ vero perfici, ita omne quod est perfectiuum alicuius, induit quodammodo rationem formæ, quod vero perficitur rationem materiæ.

Quis ordo inter causas.

Sciendum secundo, ꝙ inter causas est talis ordo, quod finis est perfectio agentis, eo quòd est sibi ratio, vt agat. Omne enim agens agit propter finem. Agens est perfectio formæ, quia quanto agens est nobilius, tanto producit nobiliorem formã, forma autem est perfectio materiæ, eo quod dat sibi esse. Diffinitio ergo dicitur formalis, non tantum, quia datur per causam, quæ vere est forma, sed quia datur per id, quod est perfectiuũ alterius, diffinitio autem materialis dicitur quæ datur per id quod perficitur ab altero. Vnde quãdoque diffinitio, quæ datur per materiam, & formã dicitur materialis, & quæ datur per efficiens dicitur formalis. Sicut cum dicitur, tonitruum est continuus sonus in nubibus, est materialis, cum autẽ dicitur, tonitruum est extinctio ignis in nube, est formalis. Aliquando diffinitio, quæ datur per causam finalem, est formalis, & quæ datur per alias causas est materialis, sicut hæc materialis est, Domus est coopertimentum factum ex lapidibus, lignis &c. à tali arte: formalis vero est coopertimentum prohibens nos à frigore, & ab æstu.

2 Physic. Tex. 79.

Quo tuplex ẽ diffinitio.

Diffinitio logica potest dupliciter dici.

Sciendum tertio, quod aliqua diffinitio potest dici logica dupliciter. Vno modo quia etsi datur per aliqua realia: datur tamen per illa in ordine ad intentiones logicas, inquantũ vnum est genus, & aliud differentia.

Alio modo dicitur diffinitio logica: nõ quia detur per principia, secundum quod substant intentionibus logicis, sed quia datur per principia similia principiis diffinitionis logicæ: & talis dicitur diffinitio logica similitudinarie.

Sciendum quarto ſm Albertum 1. de anima tract. 1. c. 7. ꝙ forma potest accipi dupliciter. Vno modo pro forma partis: quę. s. cum materia constituit totũ: sicut est anima bouis, forma quę dat esse lapidi & similes. Alio mõ pro forma totius considerata in quadã rõne abstracta à re, sicut est humanitas, animalitas &c. Inter has formas est differentia, quia prima non prędicatur de re in recto essentialiter: secunda autem prædicatur essentialiter in recto. Non. n. Sortes est anima sua: sed bene Sortes est hõ, & est humanitas sua ſm rem: licet differat ab illa ſm modum significandi: hoc secundo modo genus est forma speciei, animal. n. dicit totam naturam hominis, sed sub ratione quadam indeterminata: similiter differentia. s. rationale dicit totam naturam hominis, sed sub ratione quadam speciali determinante, & contrahente.

Logicus res naturales diffinit tantum p causam formalem.

Istis notatis pono duas conclusiones, quarũ prima est. Logicus diffinit res naturales tantum per causam formalem. Probatur. Logicus diffinit per genus & differentiam, sed ista sunt principia formalia speciei, vt dictum est, ergo &c.

Diffinitio data per formam partialem, aut per causã se ad modum formæ habentem est logica.

Secũda cõclusio. Diffinitio data per formã partialẽ, aut p vnã cãm se hñtẽ ad modũ formæ respectu alterius, est diffinitio logica secundo mõ superius dicto & reductiue, sicut cum dr̃, ira est appetitus vindictæ. Probatur. Diffinitio data per principia similia principiis diffinitionis logicæ, est logica similitudinarie, sed diffinitio data tantum per formam partialem, aut per aliquid se habens per modum formæ, est hmõi: ergo &c. Maior nota ex dictis. Minor vero probatur, quia diffinitio logica datur per cãm formalem tantum. s. per genus, & differentiã: si ergo detur alia diffinitio, quę sit per formam tantum, vtriusque diffinitionis principia erunt similia, quia scilicet vtraque erunt tantum principia formalia: ergo &c.

Dubium.

Sed occurrit dubium. Sicut logicus diffinit per principia formalia, ita & Metaphysicus: ergo diffinitiones formales rerum naturalium non magis sunt logicæ, quam metaphysicæ.

Respõdeo primo, ꝙ metaphysicus diffinit per principia formalia, inquãtum absolute talia sunt. Logicus autem, vt illa ad intentionem generis, & differentiæ ordinem habent.

Rñdetur scd̃o, ꝙ qa illę diffinitiones, q̃ p formã tm̃ dantur, relicta materia, sunt imperfectæ, vtpote non dicentes totam essentiam rei, iõ reduci debent ad diffinitiones sciẽtiæ perfectioris. Logica aũt est minus perfecta scientia, quam met. qa &c.

Auer. cõ. 4.

Vbi aduertendum, ꝙ hic loquimur non de diffinitione rerum immaterialium, aut secundarum intentionum, sed de diffinitione rerum materialium. Nam talis diffinitio, quæ datur per solã formam, est logica, & imperfecta. Si. n. in diffinitione formæ existentis in materia, nõ ponatur materia, illa erit diffinitio imperfecta, sed de diffinitione substãtiarum immaterialium aliter esset dicẽdũ, si à nobis quidditatiue cognoscerentur, quia diffinirentur per solam causam formalem, eo ꝙ nõ ha-

bent

bent materiam;sed illa esset diffinitio metaphysi.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur minor de forma totius,secũdum quam diffinit logicus. Illa enim in concreto prædicatur de eo cuius est forma.

2.Metaph.

Ad secundum dicitur,quòd licet genus habeat rationem materiæ in comparatione ad differẽtiã, quia habet rationẽ determinabilis, tamen non est materia:sed est forma speciei.

ADDITIO.

Quæ diffinitio sit manca seu diminuta.

PRO maiori dilucidatione huius quæsiti lege Themistium in expositione huius contex. vbi docet, ꝙ ea diffinitio, quæ materiam tãtum sectatur, eius est, qui naturam explorat, sed deficiens, & manca est, nisi formæ meminerit, sed formam quidem semper in diffinitione collocare debemus, quæ locum principem obtineat, ita tamen vt à materia non recedamus, etiam si forma rõne possit seiungi, etenim formæ naturali semper materia opus est, quòd clarius etiam Auerr. expressit, dicens: Diffinitio si omittit formam, & recipit materiã, diminuta est; si vero sumat formam, & dimittat materiam, videtur dimittere aliquod non necessarium, sed non est ita: quoniam forma debet accipi in definitionibus, secundum dispositiones in quibus existit: quia cum diffinitiones sint duobus modis, quorum vnus est primo, & simpliciter, secundus est non primo, neque simpliciter, sed secundum modum conuenientem naturæ rei, cuius est diffinitio: vnde 4. Physic. docuit Ar. quod diffinitiones, quæ dãt quidditatem debent habere tria propria, quorum vnum est, vt per illam soluantur quæstiones contingentes in re; secundum, vt per illam appareant accidentia essentialia, quia diffinitiones completæ innatæ sunt reddere causas omnium accidentiũ: tertiũ est, vt ex diffinitione appareat difficultas idest motiuum difficultatis, & hoc est proprium rerum, difficilium diffiniri, & 7. Metaph. scribitur, quòd partes diffinitionis ita se habent ad partes rei, sicut tota diffinitio ad totam rem, quæ verba non intelliguntur, quòd partes diffinitionis sint partes rei, quia animal nõ est pars hominis, neque rationale, sed partes diffinitionis sumũtur à partibus rei, & partes diffinitionis significant partes rei, vnde animal sumitur ab vna parte, & rationale ab alia, animal enim est, quòd habet naturam sensitiuã, cum animal sit animal per sensum, rationale vocatur, quòd habet rationem, natura autem sensitiua, vt est materialis respectu rationis, & inde est, quòd genus sumitur a materia, & differẽtia à forma, species autem à materia, & forma simul, nam homo est, quòd in natura sensitiua habet rationem, & cum forma dupliciter accipi possit, pro forma partis, quæ cum materia constituit totum, vt anima vegetatiua, quæ dat esse viuum ipsi plantæ, & pro forma totius considerata in quadam ratione abstracta à re, sicut est humanitas, & animalitas, prima non prædicatur de re essentialiter in recto, secunda prædicatur essentialiter in recto, & sic genus est forma speciei; de hac re vide D. Tho. contra gen. c. 95. & Auctorem in expositione illius. c. vbi pulcherrime tractat rẽ istam applica ad quæsitum.

Quid sequitur si diffinitio omittit formam.

Tex. 32. Quæ sũt necessaria ad veram diffinitionem.

Tex. 32. Quæ sunt partes diffinitionis.

2 de anima. Tex. 17.

Forma duplex totius & partis.

Vide quoq; libellum de ente & essentia cap. 3.

QVAESTIONES.

IN SECVNDVM LIBRVM DE ANIMA

Cum Additionibus ad easdem.

QVAESTIO PRIMA.

An substantia sufficienter diuidatur in materiam, formam, & compositum.

Dicimus itaque vnumquodque genus eorum quæ sunt substantiales &c. Tex. 11.

Magister Chrys. q. 2.



CIRCA Secundum librum de Anima quæritur primo, Vtrum substantia sufficienter diuidatur in materiam, formam, & cõpositum. Et videtur quòd non.

Primo diuisio debet dari per membra opposita, sed inter ista membra non est oppositio, cum duo constituant tertium, s. materia & forma cõpositum: ergo &c.

Secundo, principia generis nõ continentur sub genere, quia sunt ante ipsum, sicut principium est prius principiato, sed forma & materia sunt principia substantiæ: ergo &c.

Tex. 11.

Tertio, substantiæ separatæ sunt substantiæ, & tamen non sunt materia, nec forma, nec compositum: ergo &c. Quarto, Phil. dicit 7. Metaph. quod materia secundum se non est quid. Tex. 2.

In oppositum est auctoritas Phil. Pro solutione istius quæstionis Primo notabo aliqua. Secundo dicam ad quæsitum.

Quantum ad primum. Sciendum primo, quod hic non diuiditur substantia absolute, & vniuersaliter, sed substantia materialis particularis, quæ dicitur substantia prima & hoc aliquid, vt patet per Phil. in textu diffinientem materiam, quod secundum se non est hoc aliquid, formam quod est fm quam iam dr̃ hoc aliquid, & tertiũ quod ex his & 7. Met. tex. 7. diuidit substantiã in multos modos, quorum vnus est secũdum ꝙ subiectum primum est substãtia, postmodo subiungit, tale vero modo quodam

quodam materia dicitur, & alio modo forma, tertio modo quod ex his.

Sciendum, ꝙ ista diuisio non est diuisio generis in suas species, quod de suis specieb. vniformiter prædicatur: sed alicuius analogi, quod per prius ꝑdicatur de vno quam de altero.

Triplex est analogum.

Tripliciter autem aliquid dicitur analogũ. Primo secundum rationem, & non secundum esse: & hoc est quando vna rõ refertur ad plura per prius & posterius: & tamen non habet diuersitatem in esse: sicut est analogia sani. Rõ enim sani per prius refertur ad animal quam ad medicinam, & vrinã; non tamen diuersificantur in esse, quia non habet esse nisi in animali. Non est enim commensuratio humorum formaliter, nisi in animali. Aliud est analogum secundum esse, sed non secundum rationem, quando. s. pluribus æqualiter cõuenit vna ratio, sed habet esse perfectius in vno quam in altero: sicut est analogia corporis ad corpus corruptibile, & incorruptibile. Ratio. n. corporis ęqualiter conuenit illis, non tamen habet æquale esse in illis, sed in vno esse incorruptibile, in altero esse corruptibile. Tertio aliquid est analogum secundum rationem, & secundum esse. s. quando nomen non dicitur æqualiter secundum rationem de analogatis, & habet perfectius esse in vno quam in altero, sicut est analogia entis ad substantiam, & accidẽs.

Sciendum tertio, ꝙ in analogia primi modi, licet nomen conueniat analogatis, non tamen dicitur ratio de omnibus formaliter & in recto, sed sufficit, quod analogata habeant aliquem respectum ad illam rationem, vt est formaliter in vno analogatorum, & quod recipiat prædicationem illius in obliquo, sicut dicimus quod medicina est sana, & vrina est sana, non quia medicina, & vrina habeãt formaliter commensurationem humorum: sed quia medicina est causatiua commensurationis humorum in animali, & vrina illius significatiue.

Quam analogiam dicat substantia particularis ad materiam, formam, & cõpositum.

Ex istis infero, quod analogia substantiæ particularis ad materiam, formam, & compositum est analogia primi modi. Non enim potest esse analogia secundi, aut tertii modi, quia in illis ratio analoga formaliter inuenitur in omnibus analogatis: ratio autem idest hoc aliquid. s. esse per se subsistens completum in specie non conuenit formaliter materiæ & formæ, vt satis patet. Vnde relinquitur, quod sit analogia primi modi. Dicuntur ergo materia, & forma hoc aliquid, siue substantia prima, non quia ipsis formaliter conueniat ratio substantiæ primę: sed quia materia est pars materialis, & potentialis substantiæ primæ, forma autẽ pars formalis, qua hoc aliquid est hoc aliquid.

Arguitur cõtra.

Sed contra prædicta arguitur primo: diuisum debet prædicari de diuidentibus, sed substãtia particularis non prædicatur de materia, & de forma, ergo substantia particularis materialis, hic non diuiditur.

Cap. de substantia.

Secundo: substantia prima non dicitur de subiecto, vt dicitur in prædicamentis, ergo non debet diuidi in partes subiectiuas.

Ad primum dicitur, quod diuisum analogum debet prædicari de diuidentibus, sed non eodem modo. Dicitur secundo, quod substantia prima prædicatur de cõposito, materia, & forma, sed de composito tanquam de eo cui per se primo, & formaliter conuenit ratio substantiæ primæ, de materia autem, & forma modo dicto.

Substantia prima dupliciter potest accipi.

Ad secundum respondetur primo, ꝙ substantia prima potest accipi dupliciter. Vno modo pro natura cui conuenit ista intentio singularitatis, sicut pro substantia indiuidua quæ est Sort. aut natura absolute considerata, & hoc modo non dicitur de subiecto. Alio modo pro intentione indiuidualitatis, & isto modo potest dici de pluribus, & diuidi in plura. Respondetur secundo, quod ista diuisio nõ est diuisio alicuius naturę cõmunis, sed diuisio nominis in sua significata, mõ duplex est nomen conueniens naturæ singulari. Quoddam est nomen quod in sua significatione includit determinatum indiuiduationis principium, sicut hoc nomen Sortes, & tale non potest conuenire pluribus, & de hoc loquitur Philos. in prædicamentis. Aliud est nomen quod in sua significatione non includit determinatum principium indiuiduationis sed significat naturam cum modo existendi indiuiduali, sicut hoc nomen hypostasis, & hoc nomẽ persona, & tale potest conuenire plurib. & dici de pluribus: simile est de hoc nomine substantia prima, siue primum subiectum. Quod ergo dicitur, nõ est contrarium Philosopho in prædicamentis, qa ibi loquitur aut de natura hac particulari indiuidua, aut de noĩe includente in sua significatione principium determinatũ indiuiduationis, hic aũt loquitur aut de intentione, aut de nomine non includẽte determinatum principiũ indiuiduationis.

Nomen conueniens naturæ singulari est duplex.

Quantum ad secundum principale, patet ex dictis, ꝙ est diuisio sufficiens. Non. n. inuenitur aliqua substantia materialis, quæ nõ sit aut materia, aut forma, aut compositum.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur, ꝙ diuisio vnius generis, quia est per differẽtias, debet dari per opposita, sed diuisio analogi, quæ est quædam explicatio modorum, quibus analogũ continet sub se plura, vt dicit Alber. non de necessitate datur per actu opposita.

Ad secundum dicitur, ꝙ principia generis, licet non sint sub genere directe, sunt tamen sub illo indirecte, & reductiue. Ad tertium patet ex dictis, quia hic non diuiditur substãtia vniuersaliter, sed substantia materialis.

Ad vltimum dicitur, ꝙ materia non est quid, id est substantia in actu, vt exponit S. Thom. ibidem, cum hoc tamẽ stat, quòd sit substantia, quæ est potentia.

ADDITIO.

SCIAS hic, quod vt Auerroes docuit, diuisiones non sunt necessariæ in scientia, ex natura scientiæ, sed inducuntur ab auctoritatibus, propter debilitatem intellectus scholarium, via. n. diuisionis, & exempli vsitatur in diffinitionibus, & descriptionibus, non secundum quod declaratur illud, quod est naturaliter ignotum a noto: sed secundum quod declaratur illud, quod est minoris latentiæ, eo quod est ignotum naturaliter, & hac de causa Aristoteles vtitur ista diuisione

Cap. 2. 1. post.

Quomodo diuisio ẽ necessaria in scientia.

sione in præsenti loco,& vbique locorum Phil.non vtitur diuisione,nisi ad declarandum ea, quæ sunt latentiora primis cognitionibus,& apertiora primis quæstionibus,& cum diuisio non sit nisi duplex,vna secundum quantitatem,altera vero secundum qualitatem, de qua est sermo in præsenti,& 7.Metap.vbi etiam Phil. partitus est substantiam in quatuor membra,videlicet in quod quid erat esse,idest in quidditatem,vel essentiam, siue naturam rei,& in vniuersale,quod dixit esse substãtiã, secundum opinionem ponentium ideas esse substãtias: tertium membrum,quod dixit Ar.esse substantiam,est genus,alludendo etiam ad opinionem illorum,qui ponebant vnum,& ens substantias omnium rerum,tãquã genera omnium:quartum membrum est subiectum siue substantia particularis,quę etiam diuiditur in materiam,& formam,& compositum:ex his 8.quoq; Metaph.videtur innuere eandem diuisionem, & 12. Metaph.vbi postquam diuisit substãtiam in immobilem, quæ est genus abstractorum,& in substantiam sensibilem æternam,& sensibilem generabilem, & corruptibilem,innuit quasi eandem diuisionẽ,ex quibus locis poteris manifeste accipere errare illos,qui ponunt actum entitatiuum,quia sub nullo menbrorum diuisionis substantiæ contineri videtur,vt patet discurrendo per singula.

Tex.17.

Opinio Platonis dicentis ideas esse substantias.

Tex.3.
Tex 6.

Pro illa responsione, quòd substantia prima potest accipi dupliciter,pro natura substracta, & pro intentione indiuidualitatis,vide D.Tho.p.p.vbi quærit de diffinitione personæ tradita à Boet.in libr. de duabus naturis,& videbis clarius, & latius istam doctrinam,& 1.sente.& in quæstionibus disputatis, facit etiam quod dicit Caie.in prædicamentis c. de substantia, vide etiã Auctorem 4.cont.gen.in expositione c. 39. vbi disputat,quomodo Christus assumpsit substantiam indiuiduam,prout substantia indiuidua sumitur pro substantia,quæ est singularis.

Contra ponentes actũ entitatiuũ. Dist. 25 de potẽtia Dei quæst.9.ar 1. Substãtia dicitur cuius actus est substare accidẽtibus 1 sen. dist.23.q. 1. art.1.

Vide primo sen.dist.25.art.1 vbi etiam D.Tho.ait, quòd substantia dicitur quadrupliciter,scilicet essentia cuiuscunque rei,indiuiduũ substantiæ,substantia secunda,& commune vtrique,& de potentia Dei q.9.ar.1.asserit,quod substantia,subsistentia,& essentia sumuntur dupliciter,vt quod,& vt quo,& 3. sen.di.6.q.1.ar.1.q.1.ait, quod substantia dicitur dupliciter,s.vt diuiditur contra accidens,& vt genus, prima prædicatur de partib. substantiæ,non autem secunda,& de potentia q.9.ar.2.ait quòd diuisio substantiæ in primam & secundam,est diuisio analogi in diuersos modos essendi,non autem diuisio generis in spẽs,& 2.sent.dis.37.q.1.ar.1.ait, quòd substantia dicitur dupliciter.s.res primi prędicamenti. i. materia,forma,& compositum,& significans quid, videre hæc omnia iuuant ad intelligentiam quæsiti.

Substantia est res habens quidditatem, cui debetur esse per se & non in alio p.p.q.3.a. 5.

QVAESTIO II.

Num anima sit actus primus corporis physici habentis vitam in potentia.

Erit vtique primus actus corporis physici, organici,&c. Tex. VII.

QVÆRITVR Secundo, Vtrum anima sit actus primus corporis physici habentis vitã in potentia. Et videtur quod non.

Iandunus q.3.

Primo,quod non sit actus primus. Actus quem præcedit alius actus in eodem subiecto, non est actus primus, sed animam præcedit alia forma in materia,scilicet forma corporeitatis:ergo &c.

Caietanus

in expositione primi capitis huius lib. Expositio.

Secundo suppono quod dicit S. Thom.in text. quod Philosoph.dicit animam actum primũ, non solum vt distinguat eam ab actu qui est operatio: sed etiam vt distinguat eam à formis elementorum,quæ semper habent suam operationem, nisi impediantur. In quibus verbis vult, quod ideo formæ elementorum non sunt actus primus, quia nisi impediantur, semper habent suam operationem. Tunc arguitur sic.Forma quæ semper habet suam operationem,nisi impediatur, non est actus primus:sed anima quantum ad partem vegetatiuam semper habet suam operationẽ, scilicet operationem nutritiuæ,ergo anima vniuersaliter non erit actus primus.

Tex.6.

2.contra gẽtes cap 89.

Tertio,quòd nõ sit actus primus corporis. Anima est actus materiæ,quia forma substantialis immediate vnitur materiæ,vt dicit S.Thom. in multis locis:ergo non est actus corporis : tenet consequentia : quia corpus dicit compositum ex materia, & forma, materia autem non est composita, sed pura potentia,vt dicit Philos.

q de anima art 9. 1.p.q.76.ar. 4 & 5.

Quarto,si anima esset actus corporis, esset forma accidentalis:sed hoc est contra Philosophum dicentem, Necesse est ergo animam substantiam esse:ergo &c.Probatur consequentia. Forma adueniens enti in actu,est forma accidentalis, vt dicit S.Th.in lect. 1. Sed si anima est actus corporis, aduenit enti in actu:quia corpus dicit aliquod ens in actu; ergo &c.

1 Phys. Tex.69. 2 de anima Tex 4.

Quinto in diffinitione formæ non debet poni compositum,vt dicit S. Tho. ibidem.Sed corpus dicit compositum; ergo non debet poni in diffinitione animæ.

Si dicatur,quod in diffinitione formæ bene poni potest aliquod subiectum compositum, non tamen compositum ex illa forma & subiecto,sicut in diffinitione simitatis bene ponitur hoc compositum quod est nasus,non tamen compositum ex simitate & naso.Contra,quia S.Tho. vult,quod anima est actus corporis, sed quod habet esse corpus per ipsam animam,ergo in diffinitione animæ ponitur compositum ex ipsa anima,& materia: ergo &c.

Replicatur.

Sexto,quod non sit actus corporis habẽtis vitã in potentia. Per corpus enim habens vitam in potentia aut intelligit corpus habens primum actũ vitæ,sed in potentia ad operationes vitæ, aut intelligit corpus non habens vitam in actu,neque quãtum ad primum actum vitæ, neque quantum ad secundum.Si accipiatur primo modo, tũc corpus actu animatum poneretur in diffinitione actus,quod est contra S. Thom. Si secundo modo, est contra Philosophum dicentem . Est autem non abiiciens animam potentia ens vt viuat, sed quod habens. Est etiam contra S. Thom. dicentem super illo text. Dicitur enim aliquid esse in potentia dupliciter. Vno modo cum non habeat principium operationis. Alio modo cum habet, sed non operatur secundum ipsum : corpus autem cuius actus est anima,est habens vitam in potentia,non quidem

Lect. 1.

2.de anim. Text. 10. ibidem S.T.

primo modo, sed secundo, & sic videtur contradictio in verbis S. Thom. quia primo dicit, quod substantia corporea viuens non ponitur in diffinitione animæ, postea dicit, qđ corpus cuius actus est anima, est corpus habens primum actum vitæ, & per consequens substantia corporea viuens.

In oppositum est Phil. in tex. 6.

Anima est substantia. 1. Physic. Tex. 18. Respondeo ad istam quęstionem quinque conclusionibus. Quarum prima est. Anima est substã tia. Probatur primo. Partes substantię sunt substã tia, sed anima est pars corporis animati: ergo &c. consequentia nota cum minori, quia corpus viuũ componitur ex habente vitam, & ex eo quo habet vitam, sed per animam intelligimus id quo viuens viuit: ergo &c. Maior autem est Philos. dicentis, quòd substantia non componitur ex non substantiis. 1. de anima Tex. 8.

Secundo arguitur sic. Forma quæ dat esse specificum substãtiale, est substantia. Sed anima dat tale esse: ergo &c. consequentia nota cum maiori: qa sicut esse accidentale est tantum a forma accidentali, ita esse substantiale est tantũ a forma substantiali. Minor probatur. Forma quę per separationẽ sui à materia remouet primum esse substantiale, dat per sui vnionem esse substantiale: sed anima p separationem sui a materia primum tollit esse specificum animatũ, remota enim anima bouis, bos non est amplius bos, nisi æquiuoce, vt vult Philos. ergo &c.

Secunda conclusio. Anima est actus. Probatur, anima est substantia, aut ergo materia, aut forma, aut compositum. Non compositum, quia compositum est quædam species in rerum natura, quod autem habet speciem, non vnitur alteri ad constitutionem alterius speciei, nisi corrumpatur, Non etiam materia, quia materia est primũ subiectũ, anima autem est in subiecto: quia est id quo viuẽs viuit: relinquitur ergo quod sit substantia quæ est forma siue actus.

Aduertendum autem secundum mentem Commentatoris comment. 4. quod aliter dicitur accidens esse in subiecto, & aliter forma substantialis, quia accidens non est pars substantiæ compositæ, & subiectum accidentis est corpus compositũ ex materia & forma, & est aliquid existens in actu, & non indiget in suo esse accidente: forma autem est pars substantiæ compositæ, & subiectum ipsius in potẽtia, non habens esse in actu, secũdum quod est subiectum, nisi per formam, & indiget forma, vt sit in actu.

Anima est actus. Tripliciter res componitur. Secundo arguitur ratione Themistii: Corpus animatum componitur ex anima & corpore. Tripliciter autem res componitur ex his quæ insunt: aut enim componitur ex illis tanquam ex partib. integralibus sicut domus ex lapidibus & lignis: aut ex illis per mistionem sicut mulsũ ex aqua & melle: aut tanquam ex forma & materia, sicut statua ex ęre, & figura. Compositio corporis animati ex corpore & anima non potest esse primo modo, quia totum corpus non esset animatum, in tali. n. compositione partes remanent distinctæ & separatæ locis, & per consequens vna tota non potest esse in tota altera, vt possit illam totam denominare. Non potest etiam esse secũda compositio, quia in tali compositione partes corrumpuntur, & ex illis corruptis resultat tertium: relinquitur ergo ꝙ sit compositio tertio modo, scilicet tãquam ex materia & forma: aut ergo corpus erit forma animæ, aut econuerso, sed manifestum est corpus non posse esse formam animæ: ergo &c.

Anima est actus prim'. Tex. 3. Tertia conclusio. Anima est actus primus. Probatur ratione Philosophi. Anima est actus sicut scientia: sed scientia est actus primus scientis, inquantum sciens: ergo &c. Maiorem declarat Philosoph. quia ex eo quod animal est in animali, inest ei vigilia, & somnus, sicut ex eo quod scientia est in sciente, inest ei consideratio, & quies: vigilia enim assimilatur considerationi, quia sicut consideratio est vsus scientiæ, ita vigilia est vsus sensuũ: somnus vero assimilatur scientiæ, quando sciens actu non considerat, in somno enim quiescunt virtutes animalis. Minor vero probatur: sed supponitur primo, quod habitus scientiæ comparatur ad considerationem, sicut potentia ad actum, licet in comparatione ad intellectum sit actus. Ille. n. qui hẽt habitum scientię, adhuc est in potentia ad considerationem. Secundo supponitur, quod licet absolute actus sit prior potentia: tamen in vno & eodem potentia præcedit actum, vt dicitur in Metaph. tunc arguitur sic. Semper in vno, & eodem potentia præcedit actum: sed scientia est potentia respectu considerationis: ergo prius est in susceptiuo, scilicet in intellectu quam consideratio, sed tam scientia, quam consideratio est actus intellectus: ergo scientia est prior actus, quam consideratio, & per consequens est primus actus scientis, in quantum sciens est. 9. Metaph. Tex. 13.

Anima est actus corporis. Quarta cõclusio. Anima est actus corporis. Pro declaratione istius conclusionis. Sciẽdum primo, quod cum sit vnica forma substantialis in composito, & perfectius compositum cõtineat etiam perfectionem inferioris gradus, sicut homo continet perfectionẽ animalis viuentis, & corporis, est. n. animal viuens & corpus, oportet quod forma perfectior det omnia esse, & omnes perfectiones inferiorum formarum: vnde oportet quod anima, cũ sit perfectior forma corporali, det suo susceptiuo præter esse viuens etiam esse corporeum.

Quid facit forma vna in cõposito. Sciendum secundo, quod omnia ista esse in vno & eodem sunt idem secundum rem, distincta tantum secundum rationem, sicut etiam ipsa forma est vna secundum rem, continens formas inferiores virtualiter. Vnde in homine esse corporeum, esse viuẽs, esse animal, esse intellectiuum sunt vna & eadem res: plura tamen sunt secundum rationem.

Sciendum tertio, quod licet omnia ista sint idẽ realiter, tamẽ illa res sub ratione esse imperfectioris comparatur ad seipsam sub ratione esse perfectioris, sicut materia ad formale, & sicut potentia ad actum. In homine enim esse corporeũ comparatur ad esse viuens, sicut potentia ad actum, similiter viuens ad sensitiuum, & sensitiuum ad intellectiuum.

Sciendum quarto, ꝙ cum vna & eadem res sit quæ est anima, & forma corporalis, dans esse animatum

matum,& esse corporeum,de illa re non inconuenit dari diuersas diffinitiones secundum aliam, & aliam ipsius consideratiqnem. Vnde alia est diffinitio animæ,inquantum est forma corporalis,& alia inquantum est anima. Philosophus ergo hic diffiniens animam,inquantum anima est,dicit, ꝙ anima est actus corporis,inquantum compositum ex materia:& ipsamet anima, vt dat esse corporeū comparatur ad ipsam animam,vt dat esse animatum sicut in potentia ad actum.

Istis notatis,probatur conclusio sic. Anima inquantum anima,aut est actus materiæ, aut actus corporis. Nō potest dici ꝙ sit actus materiæ puræ: quia esse animatum præsupponit esse corporeum ergo oportet quod sit actus compositi ex materia & esse corporeo.

Sciendum tamen,ꝙ anima non est sicut actus corporis,quasi illud sit vere materia, & anima vere forma ipsius compositi:sed sic, ꝙ compositum ex materia,& anima,vt dat esse corporeum,se habet ad modum potentiæ respectu animæ:vt dat esse animatū, sicut imperfectum cōparatū ad perfecto habet rationem potentiæ.Secūdū rē.n. corpus quod habet esse corpus per animā, est corpus animatum,& anima est pars illius:sed secundum ꝙ anima dat diuersa esse distincta secūdum rationē, sic diuersimode habet rationem potentiæ,& rationem actus.

Anima est actus corporis habentis vitam in potentia. Quinta conclusio.Anima est actus corporis habentis vitam potentia.

Pro notitia istius conclusionis.Sciēdum primo, ꝙ subiectum aliter comparatur ad formam, dum est sub ipsa forma:& aliter dum est separatum.Cū enim est separatum,non solum habet rationem potentiæ respectu formæ,sed etiam dicitur in potentia ad illam.s.quia non habet formam,sed potest illam habere:quando autem habet formam,non dicitur quidem in potentia,quia non caret ipsa forma,sed se habet tantum ad formam,sicut potentia ad actum:sicut quando lignum non est actu calidum,dicitur in potentia ad calorem:quando autē est actu calidum,non dicitur amplius in potentia ad calorem,semper tamen comparatum ad calorem habet rationem potentiæ,& calor rationem actus.

Tex.10. Sciendum secundo vt dicit Philo.in litera,ꝙ duplex est potentia:quædam est abiiciens actum, id est separata ab actu, qui est forma: sicut potentia sciens dicitur qui non habet scientiam. Quædam est potētia non separata ab actu primo, sed solum ab actu [illegible] dicitur potentia sciens, qui habet ha[illegible]:sed non actualiter considerat. Sic [illegible] dicitur aliquid in potentia ad vitam dup[illegible]. Vno modo,quando actu non habet vitam: sicut semen plantæ. Alio modo sicut habens vitam in actu,in potentia tamē ad operationes vitæ:sicut homo quando actu non sentit. Dico igitur,quod anima est actus corporis habentis vitam potentia non separata ab actu primo, sed coniuncta actui,sicut calor non est actus calidi potentia remota ab actu caloris,sed calidi potentia coniuncti actui:quia est actus eius quod actualiter substat calori,quod tamen cōparatur ad calorem, sicut potentia ad actum. Anima ergo est actus corporis potētia vitam habentis, id est corporis quod comparatur ad vitam,& animam, sicut potentia ad actum:non tamen corporis separata ab anima:& quòd est in potentia ad operationes vitæ.

Ex istis sequitur,quod anima potest dici actus corporis habentis vitam actu: & actus corporis habentis vitam potentia,accipiendo vitam ꝓ primo actu vitæ. Possumus enim per viuens in actu, duo intelligere,scilicet compositum ex anima, & corpore,quod dicitur substantia corporea viuens: & corpus quod actualiter informatur per vitam: sicut per calidum actu possumus intelligere, aut compositum ex subiecto & calore, aut subiectum tantum ,puta lignum quod actualiter informatur calore. Si primo modo accipiamus viuens actu, tunc anima nullo modo est actus viuentis actu. Non enim anima informat compositum ex anima,& corpore.Si autem accipiatur secundo modo:sic est actus viuentis actu,& actus viuentis potentia.Quia enim ipsum corpus comparatur ad vitam,& animam,sicut potentia ad actum: ideo anima dicitur esse actus viuentis potentia,quod scilicet comparatur ad vitam & animam,sicut potentia ad actum. Quia vero corpus cuius anima est actus,est actu sub anima:anima potest dici actus viuēti actus,& animati in actu. Est enim actus corporis,ꝙ actualiter ipsa anima informatur: Philosophus autem dicit ipsum actum viuentis potentia,vt excludat viuens actu primo modo, non autem secundo modo. In diffinitione.n. formæ non ponitur compositum,sed subiectum, quod informatur ab ipsa forma,& etiam quia est actus eius, quod est in potētia ad operationes vitales. Probatur itaque conclusio. Anima est actus viuentis,aut ergo viuentis actu,aut viuentis potentia modo exposito, sed non viuētis actu:quia compositum nō ponitur in diffinitione formæ,sed subiectum:ergo &c.

Anima pōt dici actus corporis habentis vitā actu, & habentis vitā potentia.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo,ꝙ anima inquantum anima,non ast actus materiæ primæ simpliciter, sed actus corporis,licet illa res quæ est anima, sit act⁹ materię primæ.

Dicitur secundo,ꝙ maior est vera, si illi actus simul informent eandem materiā,modo in proposito non est anima simul cum alia forma substantiali,sed adueniente anima corrumpitur quælibet forma præcedens:vnde est actus primus.

Anima distinguitur a formis elementorum.

Ad secundum potest dupliciter responderi. Primo quòd Philosophus dicit animam esse actum primum,excludendo eam à formis elementorum, dans intelligere quod anima vniuersaliter non est actus secundus,quia si vniuersaliter esset actus secundus,aut scilicet operatio,aut forma operationi coniuncta,oportet quod habens quācūq. animam puta sensitiuam,semper haberet operationes illius animæ,quod tamen videmus esse falsum: excluditur ergo anima à formis elementorum: quia non est de ratione animæ in communi semper habere suam operationem,licet aliqua anima semper habeat suam operationem. Vnde ad argumentum negatur minor de anima vniuersaliter sumpta, scilicet quod anima uniuersaliter sumendo

animam ſemper ſuæ operationi cõiungatur, quaſi hoc de ratione animæ ſit. Nam ſi aliqua anima ſemper coniungatur ſuæ operationi, hoc non habet ex communi ratione animæ, ſed ex propria natura.

Reſpondetur ſecundo, & forte melius, quòd anima vegetatiua licet habeat ſemper actum nutriendi, non tamen ſemper augmentat, aut generat: iõ poteſt dici actus primus. Vnde dicitur ad maiorẽ, ꝙ habet veritatem de forma, quæ eſt ſemper coniuncta cuilibet ſuæ operationi. Modo anima vegetatiua non ſemper habet quamlibet ſuam operationem, vt dictum eſt: ideo &c.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ anima & eſt anima & eſt forma corporea, inquantum continet virtualiter formam dantem eſſe corporeum. Inquantum eſt anima dat eſſe animatum. Inquantum forma corporea, dat eſſe corporeum.

Dupliciter de anima loqui poſſumus, ſcilicet ſecundũ entitatem eius & vt eſt anima.

Dicitur ſecundo, ꝙ de anima poſſumus loqui dupliciter. ſ. aut ſecundum ſuam ſubſtantiam & entitatem abſolute, aut vt anima eſt. Si loquamur de anima primo modo, tũc anima eſt actus materiæ. Non eſt. n. alia forma in animato, quę informet immediate materiam. ſed ipſa ſola anima. Si vero loquamur de anima inquantum anima eſt, ſcilicet vt dat eſſe animatum, tunc non eſt actus materiæ, ſed corporis, eſſe enim animatum præſupponit eſſe corporeum, ſicut perfectum præſupponit imperfectum. Philoſophus autem diffinit animã inquãtum anima eſt, vnde ponit in diffinitione ipſius id quod ſibi conuenit in ratione animæ, non autem quod ſibi conuenit ſecundum quòd eſt virtualiter forma corporea, aut ſecundum ſuam ſubſtantiam abſolute.

Dicitur tertio ad auctoritatem S. Tho. ꝙ anima immediate vnitur materiæ primæ ſecundum ſuã ſubſtãtiam, etiam inquantum forma corporea, nõ autem inquantum anima eſt.

Vide Auctorem 2. cont. gen. cap 81. vbi reperies pulchrã doctrinam.

Ad quartum negatur conſequentia. Ad probationem dicitur primo, quòd anima ſecundum ſuã ſubſtantiam, non aduenit enti in actu, ſed materię primæ, vnde iſto modo non eſt actus corporis: anima autem inquantum anima aduenit enti effecto in actu per ipſam animam, non autem per aliam formam ſubſtantialem, inquantum ipſa anima, vt dat eſſe animatum, præſupponit in materia ſuum eſſe, inquantum dat eſſe corporeum.

Dicitur ſecundo, quod proprie loquendo anima non aduenit corpori, tum quia corpus cuius actus eſt anima, non eſt corpus per aliam formam quam p ipſammet animam: tum quia eſſe corporeum, quod eſt ab ipſa anima, non eſt diſtinctum realiter ab eſſe animato. Et ſi dicatur: forma aduenit ei cuius eſt forma: ergo ſi anima eſt forma corporis, aduenit corpori: Dicitur, ꝙ forma ſecundũ ſuam ſubſtantiam aduenit ei, quod eſt vere ſubiectum, non tamen ſecundum omnem ſuam conſiderationem aduenit realiter ei, quod ſecundum rationem eſt ſuum ſubiectum: ſic anima ſecũdum ſuam ſubſtantiam aduenit materiæ primæ, quę eſt proprium & verum eius ſubiectum, ſed inquantum anima, non aduenit ſuo ſubiecto, quod eſt ſubiectum ſecundum noſtrum modum intelligẽdi, niſi forte aduenit ſecundum rationem. Poſſet ẽt dici, quod forma aduenit ſuo ſubiecto, niſi ipſa forma ipſum ſuum ſubiectum efficiat, anima autem inquantum formæ corporeæ vicem gerit, efficit formaliter id, quod eius inquantum eſt anima ꝓprius eſt & ſuſceptiuum.

Ad argumentum ergo dicitur, quod iſta propoſitio S. Thom. Forma adueniens enti in actu eſt forma accidentalis, eſt vera de forma, quæ ſecundum entitatem ſuam informat ſubiectum factum in actu per aliam formam, non autem de forma ꝗ ſecundum vnam ſuam conſiderationem intelligitur aduenire ſubiecto facto in actu per ipſammet formam ſecundum aliam conſiderationem ſui. Modo dicitur, quod anima non aduenit corpori facto in actu per aliam formam, ſed inquantum dat eſſe animatum, intelligitur aduenire habenti eſſe corporeũ ab ipſa anima, vnde in illo ſenſu in quo maior eſt vera, negatur minor.

Ad quintum dicitur, ꝙ reſponſio ibi data bona eſt.

Vide p.p q. 76. art. 4. in reſpõ. ad primum.

Ad improbationẽ dicitur, quod in diffinitione animæ ponitur compoſitũ ex materia, & ipſa anima, non quidem inquantum anima eſt, ſed vt virtualiter formam corpoream continet. Dictum autem S Tho. eſt intelligendum, ꝙ in diffinitione formæ non debet poni compoſitum ex ſubiecto & ipſa forma, ſecundum conſiderationem qua diffinitur. Vnde cum diffiniatur anima à Philoſopho ſub ratione animæ, non abſolute ſecundum ſuam ſubſtantiam poteſt poni in eius diffinitione compoſitum ex ſubiecto, & ipſa anima ſecundum ſuam ſubſtantiam, & inquantum dat eſſe corporeũ, non autem compoſitum ex materia & ipſa, inquãtum anima eſt.

Ad ſextum patet ex dictis in quæſtione, quod in diffinitione animę ponitur corpus habens primum actum vitę, in potentia tamen ad operationem vitalem.

Vide hic dominum Caiet c. 1.

Ad huius improbationẽ dicitur, vt dictum eſt, quod per corpus actu animatum poſſumus duo intelligere. ſ. aut compoſitum ex corpore, & anima, inquantum anima eſt, aut ipſum corpus quod actualiter ſubſtat animę. Si primo modo accipiatur negatur conſequentia. Si ſecundo modo, negatur illud eſſe contra mentem S. Tho. immo eſt de mẽte ipſius, & de mente Philoſophi. Vnde non eſt cõtradictio in verbis S. Tho. Stat. n. ſimul, quod compoſitum ex corpore & anima, inquantum anima eſt, non ponatur in diffinitione animę, ꝙ [illegible] eius diffinitione ponatur corpus, quod [illegible] informatur anima inquantum eſt fo[illegible].

Comm. te. 1

ADDITIO.

Opinio illorum qui dicunt tam primum quam ſecundum actũ eſſe ſubſtantiam.

NOTA quod quidam volunt diſtinctionem traditam ab Ariſtote. & ab omnibus fere expoſitoribus hic de duplici [illegible] eſſe intelligend[illegible]m hoc mõ, videlicet quod tam primus actus quam ſecundus ſit ſubſtantia, quia indaguturus Ariſt. communem animæ diffinitionem diuiſit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum, & cum declaraſſet materiam eſſe potentiam, formam vero actum, ſtatim ſubdiuiſit actũ in primũ, & ſecundum, tunc dicunt quod ille actus eſt diuiſus qui eſt ſubſtantia, quandoquidem ille actus diuiditur

ditur, qui eſt membrum condiuidens ſubſtantiam, ſed ſubſtantia non diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, quia membra diuidentia debent participare naturam diuiſi, igitur vterque actus tam primus quam ſecundus eſt ſubſtantia, conſequenter actus ſecundus non eſt operatio, & accidens, vt communiter aiunt.

Anima eſt in ſubiecto informatiue eſſentialiter ſubſtātiue.

Vlterius Phyloſoph. cum text. 4. probaſſet, quod anima non eſt corpus, quoniam corpus non eſt in ſubiecto, anima vero in ſubiecto eſt, & in principio quinti cõtex. colligens definitionem animæ inquit, anima ſubſtantia eſt, ſubſtantia autem actus, actus autem qui huiuſmodi corporis eſt, hic autem duplex eſt, primus, & ſecundus, ſi quis ergo bene conſideret verba Ariſtot. cum inquit, anima ſubſtantia eſt, ſubſtantia autem actus, hic autem duplex: ergo diuiditur ille actus qui ſubſtantia eſt, quoniam inquit ſubſtantia actus, hic autem qui ſubſtantia eſt, diuiditur in primum, & ſecundũ: ſequitur ergo actum ſecundum eſſe ſubſtantiam, & non accidens, vt volunt aduerſarij.

Præterea: ſi actus ſecundus eſt operatio, & accidens, ſequitur qđ diuiſio actus facta ab Ariſt. in primũ, & ſecundum eſt ſuperuacanea, probatur conſequentia, quia diuiſio actus in primum & ſecundum non ob aliam cauſam fuit neceſſaria, niſi vt determinaretur, quod anima eſt actus primus, & non ſecundus: ſi ergo actus ſecundus operatio eſt, tunc habito in prima diuiſione, quod anima eſt ſubſtantia, cognitum fuit quod anima non eſt accidens, & per conſequens operatio; eſt igitur tam actus primus quam ſecundus ſubſtantia. & non ſunt diſtincti niſi ratione, vt forma operans, & forma non operans.

Vide Cai. ſequentẽ vtrãque opinionem, & ait ꝙ impugnata eſt ſubtilior, ſed conſidera quia eſt contra S. Tho. Vide etiam in quoli. 12. art. 10 & in ſpiritualib. art. 9.

Sed pace horum dixerim, hi ſunt in manifeſto errore, quoniam actus qui ab Ariſ. diuiſus eſt in primum, & ſecundum, non eſt actus ſubſtantialis, ſed eſt actus in communi ad ſubſtantiam, & accidens, & ex hac re conſiderata ſoluuntur obiectiones adductæ, & hanc veritatem ſequutus eſt D. Thom. Caiet. Thienen. Egi. Ro. & multi alij: vide materiam iſtam p. p. q. 76. quaſi per totam, & in diſputatis de anima articulo 19. & in 2. cont. gent. capitu. 61. vide etiam auctorem in expoſi. illius capitul. vbi declarat eandem diffinitionem animæ: cauſa breuitatis relinquo multa hic dicenda pro ſolutione iſtorum argumentorum, ſed quia fundãtur ſuper ruinoſo fundamento ut videre potes tu qui ſequeris doctrinam Thomiſticam facilime ſolues, negando falſum aſſumptum, quod ab aduerſariis præſupponitur, argumenta ergo formaliter non ſoluo breuitate vtens.

QVAESTIO II.

An deffinitio ſecunda de anima, qua dicitur; Anima eſt quo viuimus, & ſentimus, et mouemur, et intelligimus primo, ſit conueniens.

Anima autem hæc, quo viuimus, &c.
Tex. XXIV.

p. p. q. 76. ar. 1. in corp. contra Auer. & 2. cont. gen. c. 69. & 70.

QVÆRITVR Tertio, Vtrum ſecunda diffinitio animæ, qua dicitur, Anima eſt quo viuimus, &c. vt in titulo, ſit conueniens. Et videtur quòd non.

Diffinitio ſuperioris debet conuenire cuilibet inferiori: ſed iſta diffinitio non conuenit omni animæ, non. n. vegetatiua eſt quo primo ſentimus, neque anima ſenſitiua eſt primum, quo intelligimus, ergo &c.

In hac quæſtione primo declarabitur vnum dubium, ſcilicet an Philoſophus per iſtam diffinitionem demonſtret primam diffinitionẽ de anima, demonſtratiue propter quid, an magis demonſtratione quia. Secundo dicetur ad quæſitum.

Demonſtratio ẽ duplex quia & propter quid. 1. Poſte. Tex. 30.

Quantum ad primum ſciendũ primo, ꝙ duplex eſt demonſtratio, vt patet ex Philoſopho. ſ. demonſtratio propter quid, & quia. Demonſtratio ꝓpter quid ſecundum philoſophum ibidem, eſt ſyllogiſmus procedens ex veris cauſis immediatis &c. Demonſtratio autem quia, eſt, quæ aut procedit ex cauſis nõ immediatis effectui, aut procedit ex effectibus. Exemplum primi, vt ſi quis probet pariete non reſpirare, quia non eſt animal. Exemplum ſecundi, vt ſi quis concludat, ꝙ planetæ ſunt prope: quia non ſcintillant.

Sciendum ſecundo, ꝙ triplex eſt diffinitio de mente Philoſ. 1. Poſt. tex. 22. & vt tangit S. Tho. in principio 2. de anima lect. 1. Vna quæ eſt cõcluſio demonſtrationis, ſicut hæc, tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus. Alia quæ eſt demonſtrationis principium, ſicut hæc, tonitruum eſt extinctio ignis in nube. Tertia eſt demõſtratio poſitione differens, quæ ſcilicet includit & cõcluſionem & principium demonſtrationis, ſed non habet ordinem propoſitionum, ſicut hæc. Tonitruum eſt cõtinuus ſonus in nubibus, propter extinctionem ignis in nube.

Addi. Triplex eſt diffinitio, vt vide. e pote riꝰ poſter.

Sciendum tertio, quod non ſemper diffinitio q̃ eſt demonſtrationis principium, eſt perfectior illa quæ eſt demonſtrationis concluſio. Eſt enim aliquando perfectior, aliquãdo imperfectior. Si enim vna ſit concluſio demonſtrationis quia, & per effectum, & alia principium, data ſcilicet per [illegible] tunc illa quæ eſt concluſio eſt [illegible] principium. In demonſtratione [illegible] propter q[illegible] eſt econuerſo.

[illegible] opinio, quæ dicit q[illegible]or.

Opin. Apolinaris.

Primo, quod Philoſophus hic non intendit tradere diffinitionẽ animæ, in cõmuni, ſed diffinitionem particularem cuiuſlibet ſpeciei animæ.

Secundo, quod prima diffinitio eſt diffinitio quia, & ſecunda propter quid, vnde per ſecundam demonſtrare primam, eſt demonſtratio propter quid.

Tertio, ꝙ inueſtigare proprietates animę p diffinitionem communem animę, eſt procedere per cauſam remotam, vnde demonſtrare demonſtratione quia, procedere autem per proprias, & ſpeciales diffinitiones, eſt demonſtrare demonſtratione propter quid.

Quarto, ꝙ prima diffinitio animę non eſt cauſa ſecundę, ſed magis econuerſo: vnde non conuenienter poteſt per illam demonſtrari.

1 Phyſic. tex. 2.

Secundum horum probant. quia alioquin Philoſophus non ſeruaſſet ordinem traditum procedendi à notioribus nobis ad notiora naturę. Si. n. prima diffinitio animę diceret cauſam, & propter quid, tunc illa eſſet ſecundum naturam notior, & ſic

ſic Philoſophus incepiſſet à notioribus ſecundum naturam.

1. Poſter. Tex 90.

Tertium autem, & quartum probant, quia propria cauſa, vt vult Philoſophus eſt: quãdo affirmatio infert affirmationem, & negatio negationem, propter hoc enim quia animal eſt remota cauſa reſpirationis, ideo negatio infert negationem, non autem affirmatio affirmationem. Valet enim, nõ eſt animal: ergo non reſpirat: ſed non valet, eſt animal, ergo reſpirat, quia ſunt multa animalia non reſpirantia, vt vult Philoſoſophus. Sed ſecũdũ primam animæ diffinitionẽ, licet negatio inferat negationem, non tamen affirmatio affirmationem. Valet enim, non eſt actus corporis, ergo non eſt principium vegetãdi: ſed non valet, eſt actus, ergo principium viuendi ſolum, aut vegetãdi, & ſentiẽdi, ergo illa deffinitio nõ eſt principium cauſa propria ſecundæ, & per conſequens non eſt demonſtrationis propter quid.

2. de anima. Text 91.

1. de anima. Tex. 12.

Poteſt ſecundo argui, quia volens Philoſophus oſtendere quomodo prima diffinitio animæ eſt cõcluſio demonſtrationis, dat exemplum, in quo vna diffinitio eſt concluſio demonſtrationis propter quid.

Contra opinionem iſtã arguitur.

Contra iſtã opinionem arguitur. Et primo contra ſecundum dictum. Omnis demonſtratio procedens ab effectu ad cauſam, eſt demonſtratio quia: non demonſtratio propter quid. Sed demõſtratio, qua demõſtratur prima definitio de anima per ſecundam, eſt huiuiuſmodi. ergo &c. conſequentia nota cum maiori. Minor vero probatur. Sicut ſe habet eſſe ad operari, ita eſſe principiũ eſſendi ad eſſe principiũ operãdi: quia ſicut ſe habet effectus ad effectum, ita cauſa ad cauſam. Sed eſſe in vno, & eodem eſt prius ſaltem natura ipſo operari, & cauſa operari, non autem econuerſo: ergo eſſe principium eſſendi eſt prius quam eſſe principium operãndi, & cauſa eius. Sed ſecunda deffinitio datur ꝑ eſſe principiũ operandi: prima autem per eſſe principium eſſendi, quia per eſſe actum primum: ergo ſecunda diffinitio erit effectus primæ, & per conſequens demonſtrare primam per ſecundam, eſt ꝓcedere ab effectu ad cauſam.

Quid quæritur hic vide.

Contra tertium dictum arguitur. Non enim quæritur, vtrum demonſtrare aliquid de anima per ꝓpriam diffinitionem, ſit magis demonſtrare propter quid, quam demõſtrare per primam diffinitionem quę eſt communis, ſed quęrimus de vna diffinitione in comparatione ad aliam, vtrum demonſtrare primam per ſecundam, ſit demonſtrare demonſtratione quia, an demonſtratione propter quid.

Secundo, quia non dicimus, quod demonſtrare ſecundam diffinitionem per primam, ſit demonſtrare per cauſam propinquã, ſed quod demõſtrare primam per ſecundam, eſt demonſtrare per effectũ, demonſtrare autem ſecundã per primam, eſſet demonſtrare per cauſam, ſiue ſit cauſa communis, ſiue propria, ſicut ꝓbare ꝙ aliquid eſt animal, quia reſpirat, eſt probare ꝑ effectum: probare autẽ ꝙ lapis nõ reſpirat, quia non eſt animal, eſt probare per cauſam remotam.

Contra quartum arguitur, ꝙ diffinitiones propriæ, ſiue diffinitio ſecunda non ſit cauſa propria primæ, vt videtur velle iſta opinio.

Per ſe illa eſt propria cauſa, quando negatio infert negationem, & affirmatio affirmationem, ſed non ſic eſt de ſecunda diffinitione reſpectu primæ: ergo &c. Minor probatur, quia valet affirmatiue, hoc eſt primum principium viuẽdi: ergo eſt actus primus, ſimiliter, eſt primum principium ſentiendi: ergo actus primus, ſed nõ valet negatiue à qualibet illarum. Non valet enim, non eſt principium ſentiendi, ergo non eſt actus primus.

Si dicatur ꝙ bene valet ſumendo omnes partes ſimul, non eſt principium viuendi, ſentiendi, &c. ergo non eſt actus primus.

Hoc inquam non valet, tum quia hic non datur diffinitio communis ſecundum iſtam opinionem, tum etiam quia ſecundum opinionem valet à qualibet diffinitione particulari ad diffinitionem vniuerſalem, & quælibet eſt propria.

Quomodo Ariſt. ſibi nõ eſt contrarius.

Ad rationes iſtius opinionis dicitur, ad primã, ꝙ Philo. non peruertit ordinem: quia licet in tradẽdo doctrinam oporteat incipere à notioribus nobis terminis, & etiam à notioribus propoſitionibus, quando non intendit doctor vnam per alteram demonſtrare, quando tamen intendit vnam per alteram demonſtrare, debet prius ponere concluſionem probandam, & declarare, vt videatur quid ſit probandum, dato etiam, ꝙ illa ſit minus nota quo ad nos, quia poſtmodum per demonſtrationem fiat nota.

Ad ſecundam rationem dicitur primo, ꝙ S. Th. non dicit, ꝙ ſit prima diffinitio cauſa propria ſecũdæ, ſed ſufficit ſibi, ꝙ prima ſit cauſa, ſiue propria communis: & ſecundæ effectus.

Dicitur ſecundo, ſi quis vellet ſuſtinere illam eſſe cauſam propriam, ꝙ illa diffinitio non eſt tenẽda copulatiue, ſed diſiunctiue, & tũc affirmatio infert affirmationem. Valet. n. eſt actus primus corporis viuentis: ergo eſt principium viuẽdi, vel ſentiendi &c.

Ad alia reſpõdet ipſe doctor, ſcilicet quod exemplum Philoſ. tenet quantum ad hoc quod diffinitio demonſtretur, ſed non eſt ſimile quantum ad modum demonſtrandi, quia diffinitio de anima demonſtratur demonſtratione quia: diffinitio autem quam adducit de tetragoniſmo, eſt concluſio, & demonſtratur per aliam adductam demonſtratione propter quid.

Ideo eſt alia opinio Sancti Thomæ, quod prima diffinitio demonſtratur per ſecundam demõſtratione quia. Quæ opinio apparet vera ex his, q̃ adducta ſunt contra opionem.

Viuere dupliciter capitur. Tex. 37.

Quantum ad ſm, ſciendum ꝙ viuere dupliciter accipitur. Vno modo pro eſſe rei viuentis, ſecundum ꝙ dicit Philo. viuere viuentibus eſt eſſe. Alio modo pro operatione rei viuentis, ſicut nutrire, ſentire, & hiuſmodi.

Vtroque autem modo dupliciter accipi poteſt. Vno modo, vt vitam in communi ſignificat, quomodocunque illud contingat, ſicut dicimus quod ſentire eſt viuere, & ſimiliter intelligere. Alio mõ, vt dicit vitã, quæ per vegetatiuã animã daſ. Viuere enim quandoque pro eſſe vegetatiuo particulariter ſumitur, quia per illud primo res dicuntur viuere, vt à Philoſ. dicitur.

c Scien-

Sciẽdum secundo, quod licet corpore dicamur viuere, non tamen primo, quia non dicimur viuere corpore, nisi inquantum habet animam, sicut licet corpore & sanitate dicamur sani, non tamen dicimur primo sani corpore, quia nõ sumus sani corpore, nisi quia habet sanitatem.

Anima est principium viuendi, sentiendi, & intelligendi.

Dicitur itaque primo, quod anima est principium viuendi idest esse vegetatiui, per quod tangitur gradus viuendi, qui conuenit plantis: sentiẽdi, in quo tangitur gradus viuendi animalium imperfectorum: mouendi, in quo tãgitur gradus animalium perfectorum, & intelligendi, in quo tangitur gradus viuendi rationabilium.

Licet autem quidam velint, quod in hac secunda animę diffinitione, ly viuimus, vniuersaliter accipiatur, non autem particularem vegetatiui gradum explicat.

Hoc tamen non videtur mihi ad mentem Ar. esse. Oportet enim secundum istos, verba Aristo. extorquere, vt sit sensus. Anima est quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus, idest, est quo primo viuimus, siue sit quo primo viuimus tãtum, siue quo primo sentimus: siue quo primo mouemur, siue quo primo intelligimus. Cum tamen Arist. non disiunctiua dictione, sed copulatiua vtatur.

Item secundum hãc expositionem bis ponitur viuimus, cum tamen in litera semel tantum ponatur: ideo melius est, vt ly viuimus, gradum vegetatiuum explicet, alijs viuẽtium gradibus, qui in diffinitione enumerantur condiuisum. Sic enim planus est tex. & nullo modo extortus.

Dicitur secundo, quod anima non est quodcũque principium viuendi, sed primum, ad differentiam corporis, quo non dicimur primo viuere, sed secundario.

Commen. Tex. 31.

Dicitur tertio, posito quod ista diffinitio sit diffinitio animæ in communi, & non sint quatuor diffinitiones, quod videtur esse de mente Phil. q post istam diffinitionem dicit. Quare & secũdum vnũquodque quærendum quid sit vniuscuiusque anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut bestiæ: quibus dat intelligere, quod nondum vsque ad illum locum diffinitio potest accipi copulatiue, scilicet anima est quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo, ita quod ly &, copulatim teneatur. Et tunc, ista diffinitio licet conueniat animæ in communi, non tamen cõuenit omni animæ, sed forte solum animæ intellectiuæ: quia per intellectiuam animam primo habemus omnia ista, nõ autem per aliam animam.

Dupliciter secundo diffinitio accipi potest, scilicet copulatiue & diuisim.

Replicatur.

Et si arguatur, quia diffinitio superioris conuenit cuilibet inferiori.

Duplex est diffinitio. Vna quę datur per genus & differentiam. Alia quæ datur per actus propriorum inferiorum.

Dicitur quod duplex est diffinitio. Vna quæ datur per genus & differentiam, & de hac verum est, quod conuenit cuilibet inferiori, sed ista diffinitio non est talis. Alia vero, quæ datur per actus suorũ inferiorum, sicut si diffiniretur animal diffinitione exprimẽte proprios omnium animaliũ actus, & tunc dicitur, quod diffinitio totalis superioris nõ conuenit cuilibet inferiori, sed diuersis secundum diuersas partes, quia licet operationes inferioris attribuantur superiori, non tamen propria vnius speciei operatio attribuitur cuilibet speciei sui generis, sicut quia homo ridet, dicimus animal ridere, non tamen dicimus, bouem aut asinum ridere. Modo dicitur quod ista diffinitio de anima datur per actus proprios inferiorum suorum, ideo non oportet conuenire cuilibet animæ secundum omnes partes suas, sed sufficit quod secundum hoc, q est esse principium vegetandi, conueniat vegetatiuæ; secundum hoc, quod est esse principium sentiẽdi animæ sensitiuæ, & sic de alijs.

Si autem vellemus, quod teneretur disiunctim, vt ly &, idem sit, quod vel, tunc erit sensus. Anima est quo viuimus, vel sentimus, mouemur, vel intelligimus primo, & tunc conuenit omni animæ. Anima enim vegetatiua est, quo viuimus, vel sẽtimus &c. & similiter anima sensitiua &c. & intellectiua.

Quia tamen Philos. ponit in illa diffinitione copulatiuam dictionem, scilicet ly &, credo quod sit tenenda compulatiue, & non disiunctiue, cum etiã & sic saluari possit.

Ad rationem in oppositum potest dupliciter responderi. Vno modo, quod maior est falsa de diffinitione superioris, data per effectus suorum inferiorum. Secundo, quod minor est falsa, accipiendo diffinitionem illam per disiunctionem.

ADDITIO.

Ex decisione huius quæsiti clare habemus definitionem animæ, vtramque non conuenire intelligentiæ, vt aliqui Auerroistarum arbitrati sunt, colligentes hoc ex ratiocinio Philosophi probantis animam esse corporis actum, quia omne id per quod alicui propria operatio inest, corporis actus est, sed per intelligẽtiam cœlo propria operatio inest: igitur intelligentia est actus cœlestis. 2. de anima Tex. 24.

Præterea, quod largitur ipsi rei vnitatem, largitur etiam & esse, quoniam ab eodem est esse, & vnum esse, vt scribitur in hoc 2. de anima, sed intelligẽtia largitur corpori cœlesti vnitatem, igitur largitur ei ipsum esse, minor patet ex Auerr. dicente quod ex intelligentia, & orbe fit magis vnum, quam ex materia & forma corruptibilium. Tex. 6. & 4. Meta tex. 3. 2. cœli commen. 3.

Rursus; in abstractis idem est forma, finis, & agens, sed causalitas formæ est dare esse rei, igitur intelligentia dabit formaliter esse cœlo, ad hoc facit etiam authoritas Auerr. 1. Physi. dicentis, quod cœleste corpus constituitur per intelligentiam, sed intelligentia non constituitur per cœleste corpus, iam vero sicut negatur de intelligentia quod constituatur à cœlo, ita affirmatur de ipso, quod constituatur ab intelligentia, sed negatur quod intelligentia secundum esse, constituatur à cœlo: ergo affirmatur de ipso, quod constituatur ab intelligentia secundum esse, quod ita intelligentia erit forma informãs, & sic erit actus corporis, & id quo corpus viuit &c. & per consequens diffinitio animæ conuenit sibi. Comm. 63.

Soluuntur rationes eorum, qui dicunt intelligentiam esse actũ corporis

Sed isti sic asserentes sunt in manifesto errore, quia definitio animæ vtraque non competit nisi formis informantibus corpus organicum, quale non est corpus cœleste, vnde 12. Met. ait Auerr. omne compositum est nouum & corruptibile, si intelligentia esset forma dãs esse cœlo, tunc cœlum esset compositum, & sic nouum, & consequenter corruptibile.

Propterea soluendo breuiter rationes adductas, dicimus ad primum, quòd non bene adducunt rationem Arist.

Ari.sed ordine præpostero,quia illud quod dicimus est conclusio,accipiunt pro medio,non enim Philosophus ibi ita ratiocinatur,forma est causa vt res sit, anima est forma;ergo est causa vt res sit, quoniam ibi non intendit concludere,quòd sit causa vt res sit,sed quòd sit causa in triplici genere causæ,vt forma,finis,& agens,vnde conceditur quòd intelligentia sit forma assistens, vt nam ei tribuens ei operationem,quæ est motus,eo magis ꝙ intelligentia non est principium quo mouendi, & intelligendi,sed principium,quod mouet,& intelligit.

Quomodo ex intelligentia & ex orbe fit magis vnum quàm ex materia, & forma.

Ad aliam dicimus,quòd Auerr.intelligit quòd ex intelligenti & orbe fit magis vnum,scilicet indiuisibile,& æternum, quam ex materia,& forma materiali.

Ad tertiam dicimus,quòd intelligentia est efficiens, quia est principium motus,est finis,quia cœlum est ꝓpter intelligentiam, & est forma assistens, authoritas Auer.ducit ad hoc,quòd cœlum dependet ab intelligẽtia quo ad eius dispositiones,& quo ad esse, non quidẽ formaliter,sed inquantum est agens conseruans ipsum.

Vide D.Tho p.p.q.70.art.3.vbi disputat de animatione cœlorum,& de potentia Dei q.6.art.6.& 2.contra gentes c.56.vbi ex professo quærit,si substantia intellectualis possit vniri corpori,& per quem modũ, facit etiam pro hoc quæsito videre Capreolum 2.sen.dis. 15.& Zimaram Theor.70.& Soncinatem in q.sup.12. Metaph.q.11.

QVAESTIO IIII.

Vtrum in animalibus imperfectis,forma quæ est in parte abscissa,prę-extiterit in toto animali.

Iauellus q. 9.huius.



QVÆRITVR Quarto. Vtrum in animalibus imperfectis,forma quæ est in parte abscissa præextiterit in toto animali. Et videtur quòd non.

Primo. Qua ratione forma vnius præextiterit in toto, eadem ratione forma alterius partis: tunc quæro de illis formis, aut vtraque informabat materiam totius,aut vna tantum. Si vtraque informabat:ergo vna materia simul informatur pluribus formis substãtialibus, quod est contra mentem S.Tho. Si vnam tantum informabat:ergo forma materialis alia erat in materia,& non informabat, hoc autem est inconueniens;ergo &c.

1.part.q 76. art.4.

Secundo. Quãdo abscinditur pars animalis,aut acquiritur illi aliquid,quod in ea non præfuit, aut nihil. Si nihil,ergo nõ magis debet abscissa esse aliquid per se existens in actu, quam dum erat in toto,quod est inconueniens,quia pars in toto habet esse in potentia,separata autem habet esse in actu. Si aliquid acquiritur parti,non apparet quid sit illud,nisi forma:ergo prius nõ habebat formam: ergo forma partis non præexistebat in toto. Tenet consequentia,quia si præextitisset in toto coniuncto,fuisset maxime in ipsa parte,cuius postmodũ efficitur forma in actu.

Tex.10.

Respódeo, quod ista quæstio mota est,vt declarentur verba Philosophi dicentis, quòd ideo partes plantarum,& animalium imperfectorum decisæ viuunt,quia in toto est anima in actu vna,in potentia vero plures,ex quo vult quod anima partis separatæ præexistat in toto.

Pro declaratione huius, Primo ostendendũ est, quare in quibusdam forma totius secundum eandem speciem saluatur in partibus, in quibusdam autem non.

Secundo declarabo, quomodo formæ partium separatarum præexistant in toto.

Forma perfectior plures & magis diuersas habet operationes.

Sciendum igitur primo, quod quãto forma est perfectior,tanto plures,& magis diuersas habet operationes,& ideo requirit etiam subiectũ magis diuersum. Sicut quia anima est perfectior forma elementari:ideo requirit corpus organicum propter diuersitatem operationum, quod non requirunt formæ elementorum, & inter animas quãto aliqua fuerit pfectior,tanto requirit maiorem diuersitatẽ in partibus corporis. Anima enim intellectiua,quia est perfectior anima canis,ideo requirit magis organizatum corpus.

Sciendum secundo,quod cum forma non requirit magnam diuersitatem organorum, subiectum est eiusdem rationis & dispositionis in toto, & in partibus,& quia eadẽ in illis est dispositio totius, & partis,ideo forma quæ est in toto secũdum omnem perfectionem,secundum quam est in toto,est etiam in qualibet parte. Sicut forma ignis, omnes operationes quas habet in toto igne,habet etiam in qualibet parte ignis. Sicut enim totus ignis potest calefacere & desiccare,ita & pars ignis,sed cũ forma requirat subiectum,habens diuersitatẽ organorum,non est secundum omnes suas perfectiones in qualibet parte,sed secundũ vnam perfectionem in vno,& secundum aliam in alio,sicut in homine anima est in oculo secundum potentiam visiuam,in aure secundum potentiam auditiuam,& sic de aliis. Ratio itaq; quare in aliquibus forma totius saluatur in qualibet parte, in aliquibus autem non,est quia in aliquibus dispositio totius inuenitur in qualibet parte,sicut in igne, in aliquibus autem alia est dispositio totius,alia est dispositio partium,sicut in animalibus perfectis. In animalibus autem imperfectis,& in plantis, licet habeat aliqualem diuersitatem partium,non tamen habet magnam diuersitatem, sed est quasi eiusdẽ dispositionis in omnibus partibus ideo anima talium potest in partibus abscissis saluari. Quia tamẽ maiorem diuersitatem requirit anima animalium imperfectorum,quam anima plantarum,inde est,quod anima diu saluatur in partibus plantarum,non autem saluatur diu anima in partibus animalium,quia parti animalium deficiunt instrumenta quibus saluatur vita, puta os,aut aliquod aliud instrumentum.

Aliqua forma substantialis habere potest extensionẽ ꝑ accidens ꝓpter sui imperfectionẽ.

Quantum ad secundum sciendum primo,quod licet quælibet forma substantialis sit secundum essentiam simplex,aliqua tamen per accidens potest habere quandam extensionem,ad extensionẽ sui subiecti proximi,& per consequens quandam diuisibilitatem, & hoc accidit propter imperfectionem ipsius formæ, sicut albedo extenditur ad extensionem subiecti, & diuiditur ad eius diuisionem.

Sciendum secundo,quod quodlibet continuum & extensum,habet quãdam vnitatem in actu, sed continet multa in potentia. Continet.n. multas partes,

partes,quæ sunt in illo in potentia. Sicut lignum vnum est quidem vnum in actu, quia in actu habet vnam formam,& vnum esse,est tamen plura in potentia,quia continet plures partes,in quas pōt diuidi,quæ cum fuerint separatæ à toto, efficiuntur in actu.

Sciendum tertio, quod triplex est potentia,in qua aliquid dicitur esse:vna est potentia materia prima,in qua dicuntur esse omnes formæ, & talis est potētia,in qua nihil est essentiæ formæ, ad quā est in potentia: alia est potentia mixti, in qua sunt corpora simplicia,mixta enim resoluuntur in elementa,ideo elementa dicuntur esse in mixto in potentia,& talis est potentia in qua est forma simplicis aliquo modo.s.in virtute,mixta enim continēt virtualiter in se formas elementorum. Similis est potētia materiæ dispositæ ad formam. In ligno. n. calefacto & desiccato est forma ignis in virtute,calor.n.& siccitas habēt in se virtutem formæ ignis. Tertia est potentia in qua dicūtur esse partes. Sūt enim partes potentia in toto,& hæc est potentia in qua est essentia eius, quod est in illa,sed nō est esse proprium & distinctum eius:sicut in vna quantitate sunt partes secundum essentiam suam: realiter enim partes integrāt totum, sed non sunt secūdū esse proprium & distinctum. Vnde dicuntur illæ partes esse in tota quantitate in potentia,non quia existentia partium non sit in toto:sed quia in toto non existunt per esse proprium,& distinctum, sed per esse totius:si autem separentur à toto,existunt per esse proprium & distinctum.

Istis notatis,dico. Primo ad quęsitū, ꝙ quia inter animas,formæ plantarum,& animalium imꝑfectorum sunt imperfectæ, ideo habent quandam extensionem,& diuisibilitatem, vnde diuiduntur ad diuisionem corporis,sicut albedo diuiditur ad diuisionem parietis in quo est.

Dico secundo, ꝙ partes ipsius animæ in quas est diuisibilis,sunt in potentia in toto.

Anima est vna in actu & plures in potentia.

Dico tertio,ꝙ animam esse vnam in actu, & plures in potentia,in plantis & animalibus imperfectis,sic intelligitur,quod anima vnius plantæ,& vnius animalis imperfecti est vna actu, quia habet vnum esse actuale:sed est plures in potentia, quia habet plures partes,in quas potest diuidi,quę sunt in ipsa in potentia, & si diuidatur, erit plura in actu,quia habebit plura esse in actu secundū diuersas partes. Sicut accepto quodam ligno,est ibi forma vna in actu,quia habet vnum esse substantiale in actu,est tamen illa forma plures in potentia,vnde si diuidatur lignum,quæ erat vna in actu,amittit vnum esse quod habebat,& efficitur plures in actu,quia in vna parte ligni pars illius formæ habebit esse proprium & distinctum, similiter se habebit alia pars formæ in altera parte ligni.

Ex istis patet responsio ad quæsitum scilicet ꝙ formæ præexistunt in toto,non quidem actu, quia in vno cōposito est tantum vnum esse substātiale, plures autem formæ actu dant plura esse subantialia sed modo dicto. Cuius ratio est,quia essentia formæ non aduenit nouiter materiæ,nisi per alterationem præexistentem. In diuisione autem aīalium,aut plantarum nō apparet alteratio,per quā debeat acquiri substantialis forma, vnde oportet,quod aliquo modo præfuerit illa forma in materia.

Posset etiam dici secūdum Albertum, ꝙ forma huiusmodi,scilicet plantarum, & animalium imperfectorum, diuiditur per accidens ad diuisionē corporis. Alber. 1. de anima c. vltimo.

Duplex est quod diuiditur per accidens.

Sed aduerte quod duplex est quod diuiditur ꝑ accidens. s. quod habet quantitatem per accidēs, & est minus in minori,& maius in maiori, & hoc modo anima nō diuiditur,quia non est forma materialis. Est aliud diuisibile per accidens, quod licet in se sit indiuisibile, tamen secundum totā suā facultatem inest diuersis partibus corporis, ideo illis diuisis, remanet in illis secūdum totam suam facultatem,& hoc modo anima diuisibilis est, & est simile,sicut si in signato puncto in linea diuidatur linea in puncto illo,punctum est quidem secundum se indiuisibile, tamen per diuisionē remanet punctum in vtraque linea.

Addi. Vide pulcrā difficultatem.

Sed non videtur hoc posse stare, Tum quia tota facultas formæ nō potest remanere nisi remaneat essentia formæ; essentia autem formæ substantialis non potest induci per solam diuisionem. Tum quia similitudo illa de puncto non valet. Nō enim per diuisionem lineæ remanet punctum,in quo fit diuisio,sed illo corrupto,resultant duo puncta in actu:modo diuisa arbore, non corrumpitur anima eius,esset enim inconueniens,quod abscisso paruo ramusculo a magna arbore, corrūperetur anima arboris.

Et ideo magis dicēdum,quod in istis anima est extensa,& per diuisionem partes accipiunt esse actu,quod prius habebant in potentia.

Dubium.

Sed posset aliquis dubitare, quomodo per solā diuisionem potest pars plātæ habere formam in actu,quam prius habebat tantum in potentia,cum ad generationem plantæ requirantur multæ aliæ rationes,& dispositiones in materia.

Respondetur,quod quia forma partis erat in toto secundum essentiam suam,licet non haberet esse propriū,ideo erat in potentia propinqua actui. Nihil enim est magis proprinquum formæ,quam esse, vnde per solam diuisionem potest poni in actu:per illam enim vnitur ipsa esse, ad hoc autem quod forma educatur de potentia materiæ,requiruntur multæ alterationes præuiæ, qa essentia formæ non præexistit in materia, ipsa enim materia prima est in potentia,&'ad essentiam formæ,& ad esse ipsius.

Vna materia informatur plurib.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur,quod vtraque informabat materiam,quia vtraque erat pars vnius formæ, quæ informabat. Ad improbationē huius dicitur,quod non est inconueniens vnam materiam informari pluribus formis in potentia,quę sint partes vnius formæ in actu. Illæ enim non informant,quia dent proprium esse,sed quia forma vna diuersis partibus materiæ dat vnū esse per diuersas partes suas potentiales.

Ad secūdum dicitur, quod cum separatur pars à toto in plantis & animalibus imperfectis. acquiritur aliquid: & cum dicitur quod illud nō potest esse nisi forma,negatur:imo dicitur quod essentia formę præexistebat in materia: sed per diuisionē

acquiritur

acquiritur in illis proprium & diſtinctum eſſe.

ADDITIO.

CIRCA hæc quæ dicuntur in hoc quæſito, poſſet aliquis dubitare de anima intellectiua, num & ipſa ſit extenſa, quia cum in homine non ſit niſi ipſa, quæ largitur ei eſſe diuiſibile, quantum, extẽſum, figuratum, & corruptibile, ex quo ſequitur ipſam eſſe extẽſam, quãtam, diuiſibilem cum nemo dat quæ non habet, ſi anima intellectiua hæc omnia tribuit homini, ſequitur qđ & in ſe hæc omnia habeat.

Dubitatio de eſſe extẽſo animæ.

Niſi dicamus, quòd in anima inueniri hęc omnia puta eſſe corporeum, materiale, quãntum, figuratum, &c. poteſt dupliciter intelligi: vno mó formaliter; alio modo virtualiter, & quod quamuis in ea non inueniantur hæc formaliter, ſunt tamen in ea virtualiter, ſicut trigonum non eſt in tetragono formaliter, ſed virtualiter, & ſic anima dat quod habet virtualiter, quandoquidẽ cũ ſit tantæ excellentiæ, vt det ei eſſe corporeum, extẽſum, figuratum, &c. nec non quod eſſe intellectuale, & indiuiſibile, inquantum formaliter excedit omnes alias formas, hinc ſequitur quòd compoſitum ſit quantum, & figuratum ſubiectiue, & forma illius compoſiti ſit indiuiſibilis formaliter. quilibet Philoſophus hoc agnoſcere poteſt, quòd inter formas pure diuiſibiles, quales ſunt intelligentię, formas pure diuiſibiles, quales ſunt formę omnino materiales, mediat forma indiuiſibilis formaliter, & diuiſibilis virtualiter, cui ex formali indiuiſibilitate conuenit eſſe non quantum, & ex virtuali diuiſibilitate conuenit facere formaliter ens extenſum ſubiectiue.

Quomodo anima intellectiua dicitur quanta.

Anima intellectiua excedit oẽs alias formas.

Triplex genus formarum naturaliter cognoſcitur.

Aduerte diligenter, quòd cum dicimus animam intellectiuam dare eſſe extenſum compoſito, intelligitur non de eſſe actualis exiſtentiæ, ſed de eſſe eſſentiæ: illud namque eſt indiuiſibile, & immateriale, ſicut anima ipſa, hoc vero diuiſibile, & immateriale, illud eſt vnum ſimplicitate communicatum tantum compoſito, & materiæ, hoc verum eſt vnum compoſitione ex materia, & forma.

Duplex eſt eſſe qđ largitur a ia intellectiua exiſtentiæ & eſſentiæ.

Nota figmentum, quod aliqui inſcij imaginati ſunt, quod Ariſt. ponat aliam animam ſentientem, quæ conſtituit cœlum in eſſe, & ab hac anima cęlum eſt animal, eſt enim neque graue neque leue, ſed quintum corpus, & continet virtute ſpecies rerum ſenſibilium, quòd illæ inter ſe actu ſecretæ ſint, ſed quia ipſius ſubſtantiæ virtute omnia ſenſibilia exiſtente, & per has ſpecies de ſenſibilibus faciat iudicium, quia ſenſus nõ ſuſcipiunt ſimulacra ab externis obiectis, ſed per imagines, quas habent de ſenſibilibus iudicant, & huius ſententiæ volũt fuiſſe Simplicium aſſerentem ſub communi animæ diffinitione, quam 2. de anima Ariſtot. tradidit cœleſtem animam contineri, quia cum trifariam conſiderari poſſit, primo vt entis principium eſt, ea ratione qua ens, quo pacto à primo Philoſ. conſideratur, ſecundo vt rebus quæ ortum, & interitum patiuntur cooperetur, & de ea 8. Phyſ. factus eſt ſermo, demum vt eſt principiũ quo cœlum eſt cœlum, atque vitæ actiones exercet, & ita in libris de anima ſpectatur, & ſic in cœlo duas exiſtere animas docent, quarum altera ſenſitiua eſt, per quam cœlum eſt animal, & illas explet actiones, quæ ei ut animal eſt, conueniunt, altera intelligentia vocatur, quę orbiculari corpori tributa eſt, diuinitatis particeps, propter hanc enim cœlum in gyrum mouetur & intelligit, ſed ſi vis videre falſitatem horum, lege D. Thom. p.p. quæſt. 70. art. 3. & 2. contra gent. cap. 69. in diſputatis quæſt. de potentia quæſt. 6. articul. 6. & quolib. 12. artic. 6. & quolib. 12. artic. 9. & de ſpir. creaturis art. 6. 2 q. quæ cœli lect. 3.

Opinio ponẽtium animã ſentientẽ in cęlo.

3. de anima lect. 3.

Qõo anima cõſideratur a phyſico.

Intelligẽtia eſt particeps diuinitatis.

QVAESTIO V.

Vtrum ſint quinque genera potentiarum animæ.

Potentia dicimus vegetatiuum, &c.
Tex. XXVII.



QVÆRITVR Quinto, Vtrum ſint qnque genera potentiarum animæ. Et videtur quod non.

Primo, quot ſunt animæ, tot debent eſſe potentiæ animæ: quia paſſio multiplicatur ad multiplicationem ſubiecti: ſed tantũ ſunt tres. *p.p.q.78. art.1.*

Secundo, quælibet potentia appetit ſuum obiectum: ergo appetitiuum non debet diſtingui contra alias potentias.

Tertio. vt habet S. Tho. Quando differentię eſſentiales obiectorum diuidunt aliquod ſpeciale obiectum animæ, diuerſificant potentias, ſed non genera potentiarum: ſed obiectum ſenſitiui & intellectiui diuidunt ſpeciale obiectum animæ: diuidunt enim apprehenſibile, vt dicit S. Tho. quęſtione pręallegata: quod eſt ſpeciale obiectum animę, non enim omne obiectum animæ eſt apprehenſibile: ergo ſenſitiuum & intellectiuum nõ ſunt duo genera potentiarum. *De veritate q.2.ar.10.*

Quarto, genera potentiarum diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem operationum: ſed ſunt tantum tria genera operationum: ergo &c. Maior eſt S. Th. Minor probatur. Operationes animæ diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem eſſe rerum viuentium, vt dicit S. Thom. ſed ſunt tantum tria eſſe rerum viuentium, vt ipſemet dicit: ergo &c.

Quinto, ſicut ſe habet ſenſitiuum ad intellectiuum, ita appetitus ſenſitiuus ad intellectiuum: ſed ſenſitiuum & intellectiuum faciũt duo genera potẽtiarum animæ: ergo & appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus, & per conſequens erunt ſex. *Lect.5.*

Sexto, Philoſophus dicit, quod principium mouens in animalibus, eſt ſenſus, aut intellectus, aut appetitus: ergo non debet poni motiuum ſecundũ locum generis diſtinctum ab illis. *3. de animã Tex.48.*

In iſta quæſtione duo faciam. Primo præmittã aliqua. Secundo dicam ad quæſitum, vt appareat quæ fuerit mens S. Tho. propter hoc enim moueo iſtam quæſtionem. *Reſponſio ad quæſitũ in diſput. in q. de anima art.13.*

Quantum ad primum, quia S. Th. diuerſimode diſtinguit genera potentiarum animæ in diuerſis locis.

Sciendũ primo, quod licet aliquæ potentiæ animæ ſint paſſiuæ, ſunt tamen ſic paſſiuæ, quod ſunt etiam aliquo modo actiuæ, patiuntur quidem à ſuo obiecto, ſicut intellectus ab intelligibili, ſed tamen aliquarum operationum ſunt productiuæ. Nam intellectionem producit intellectus, potentia viſiua viſionem, & ſic de alijs.

Scien-

Sciendum secundo, q differentia est inter actus potentiarum actiuarũ, & inter actus potentiarum passiuarum, quod actus potentiarum passiuarum sumunt speciem ab obiectis, quæ comparantur ad ipsas potentias, sicut actiua & passiua, actus autem potentiarum actiuarum possunt sumere speciem, & ab obiectis, quæ comparantur ad ipsas potentias, sicut finis, & etiam à principijs, magis autem à principiis: Sicut calefacere & infrigidare accipiunt speciem à suis principiis, & à suis finibus, q̃ sunt calor & frigus. Similiter ēt ab illis habent distinctionem. Ideo enim calefactio distinguitur ab ĩ frigidatione: quia calefactio terminatur ad calorem, & est à calore, frigefactio autem terminatur ad frigiditatem, & est à frigiditate, sicut à principio formali. Quia ergo omnes potentiæ animæ sunt aliquo mō Actiuæ, licet aliquæ absolute sint passiuæ, ideo possunt distingui per operationes, secundum quod ipsæ operationes distinguuntur per principia, & etiam secundum quod distinguuntur per obiecta. Hic ergo in secundo de anima distinguit S. Thom. potentias animæ per operationes, secundum quod illæ distinguuntur in ordine ad esse viuentium, quod est principium, & ratio operandi rebus viuentibus, sicut simpliciter in omnibus esse est prima ratio operandi. Distinguit enim ipsas inquantum sunt potentia operatiuæ. In aliis autem multis locis distinguit istas potentias per operationes, vt accipiunt distinctionem ab obiectis. — Lect. 5.

Quantum ad secundum sciendum, quod de potentiis animæ possumus loqui dupliciter. Vno modo quantum ad modum operandi, & sic sunt tantum tria genera potentiarum, vt dicit S. Thom. s. potentię vegetabiles, sensibiles. & intellectuales. Vegetatiuæ enim agunt mediantibus qualitatib. actiuis, & passiuis, sicut sunt calidum & frigidum. Sensitiuę, licet non indigeāt qualitatibus. s. actiuis & passiuis, ad eliciendum actum sentiendi, indigent tamen organo corporali. Intellectiuæ autem nec indigent qualitatibus actiuis & passiuis, nec organo corporali. Alio modo possunt considerari, quantum ad genus operationum, & sic sunt quinque genera potentiarum, sicut quinque genera actionum. Ipsę autem operationes possunt distingui dupliciter. s. in ordine ad esse viuentium, & in ordine ad obiecta, vt dictum est. Primum modum assignat S. Thom. alii vero alium. Quantum ad primum modum distinguuntur sic. In viuentibus enim est triplex esse. s. esse materiale, secundũ quod res recipiuntur in viuente materialiter, sicut esse plantarum. Aliud est esse penitus immateriale, secundum quod res recipiuntur in viuente secundum esse penitus immateriale. s. sine materia, & conditionibus materialibus indiuiduantibus, & absq; organo corporali, & hoc est esse intelligibile. Aliud est esse medio modo se habens, secundum quod recipiuntur in viuente res sine materia, non tamen sine conditionibus materialibus, & sine organo corporali, & hoc est esse sensitiuum. Primum esse sequuntur operationes animæ vegetatiuæ. Secundum operationes partis intellectiuæ. Tertium operationes partis sensitiuæ. Sed q̃a omne esse est secundum aliquam formam, ad formam autē quamlibet sequitur aliqua inclinatio, & ad inclinationem operatio, sicut ad formam leuis sequitur inclinatio ad locum sursum, & ad inclinationem sequitur motus sursum, ideo esse intellectiuum, & esse sensitiuum, est secũdum aliquā formam, esse sensitiuum est secundum formā sensibilem, & esse intellectiuum est secundum formam intelligibilem. Ad istas autem formas sequitur inclinatio, quę dicitur appetitus, & ad inclinationem operatio, quæ est motus localis: operationibus igitur vegetatiuæ attribuitur vnum genus potentiarum, quod dicitur vegetatiuum, operationibus partis sensitiuę, sensitiuũ, & intellectiuę, intellectiuum, inclinationi, quæ est appetitus, appetitiuum, motui locali secundum locum, motiuum.

Marginalia (left column): Lect vlt. 1. de anima, & de verita. q. 10. art. 1. ad secundum. — p. p. q. 87. artic. 1. Addi. — Triplex esse in viuentibus. — Omne esse est à forma.

Secundum modum distinguendi. s. per obiecta, assignat S. Thom. sic. Quędam enim est operatio viuentis, cuius obiectum est corpus animę coniunctum, & circa hoc est vnum genus potentiarum, quod dicitur vegetatiuum. Potentiæ enim vegetatiuæ agunt in corpus coniunctũ animę. Nam etiā generatiua agit in corpus coniunctum animæ, aut s. in semen, aut in corpus quod generatur, cui coniungitur ipsa anima, per virtutem quæ est in semine. Quædam est, cuius obiectum est corpus sensibile, & circa hoc est sensitiuum. Alia est cuius obiectum est omne ens, & huic correspondet genus potentiarum, quod dicitur intellectiuum. Sed obiectum sensus & intellectus dicitur ipsa res exterior, secundum quod nata est esse in intellectu, & sensu per suam similitudinem. Quædā vero est, cuius obiectum est res extrinseca, secũdum quod in ipsam tendit anima, sicut in finem, quod est primum in intentione. s. res sub ratione appetibilis, & huic correspondet appetitiuum. Sed & alia est, cuius obiectum est res extrinseca, vt ad ipsam comparatur anima, sicut ad terminum motus & operationis, & huic correspondet alterum genus, quod dicitur motiuum secundum locum. Istis duobus modis distinguit genera potentiarũ animæ S. Thom.

Sed pro declaratione primi modi, Sciendum primo, quod esse est duplex, esse. i. existentiæ, & esse essentiæ. Esse existentiæ est existentia actualis, secũdum quam res dicitur existere in rerum natura. Esse essentiæ est ipsa essentia, secundum quam res dicitur esse talis, sicut humanitas est essentia hominis, & id quo homo est homo: Operationes igitur animæ non distinguuntur secundum esse existentiæ rerum viuentium, sed distinguuntur in ordine ad essentiam, siue ad esse essentiæ, cuius principium est forma. Vnde S. Thom. in littera, loquens de esse materiali, dicit secundum esse materiale, quod est per materiam contractum, vnaquæque res est, hoc solum quod est. Sicut hic lapis non est aliud, quam hic lapis; constat autem quod secundum esse existentiæ res non dicitur talis naturæ, sed solum existens.

Sciendum secundo, quod esse essentiæ dupliciter potest considerari. Vno modo, in ordine ad subiectum in quo est. Alio modo, in ordine ad operationem, quæ consequitur ad ipsum. Si consideretur in ordine ad suum subiectum, sic ex seipso est

Marginalia (right column): P. p. q. 78. artic. 1. — Quid est obiectum sensus. — Esse est duplex, existētiæ, & essentiæ. — Esse essentię dupliciter cōsideratur.

est perfectum, & non indiget alio esse accidentali ad perficiendum suum suppositum, humanitas.n. ipsa perficit suppositum humanum, & non indiget alio esse accidentali ad ipsum perficiendum, & secundum esse isto modo sumptum, distinguuntur tres animæ. Si aũt consideretur in ordine ad operationem: sic ex seipso nõ est sufficiẽs & ad operationem: sed requirit in subiecto aliquod esse accidentale, hoc autem est diuersimode in diuersis. Esse enim substantiale vegetatiuum requirit tantum esse accidentale, quod dant potentiæ vegetatiuæ supposito, ad hoc vt ex ipso procedat actio. Esse autem substãtiale sensitiuum, & intellectiuũ, præter esse accidentale quod dant potentiæ, requirit etiam esse accidentale, quod dant res per suas similitudines, vnde ad hoc vt homo producat intellectionem, requiritur quod habeat esse substantiale intellectiuum, quod est ab anima, requiritur etiam, quod habeat esse accidẽtale intellectiuum, quod est a potentia intellectiua, & esse quod est a specie intelligibili, & omnia ista esse accipiuntur in vim vnius esse perfecti secundum ordinem ad operationem. Simile est etiam de esse sensitiuo.

Cum ergo dicit S.Th. quod operationes animæ considerandæ sunt secũdũ esse rerum viuentium.

Mens D. T. explicatur. Dico primo, ꝙ accipitur esse secundum ꝙ ordinem habet ad operationem, non secundum ꝙ habet ordinem ad subiectum.

Dico secundo, quod accipitur non tantum ipsũ esse substantiale, sed accipiuntur omnia esse, quæ faciunt ad operationem, scilicet & esse accidentale tanquam vnum esse.

Et quod hoc sit ad mentem S.Thom. apparet hic. Loquẽs enim de esse immateriali dicit. Huiusmodi autẽ immateriale esse etiam habet duos gradus in istis inferioribus, nã quoddam est penitus immateriale. s. esse intelligibile, in intellectu.n. res habet esse & sine materia, & sine conditionibus materialibus indiuiduantibus, & etiam absque organo corporali. Ex quo patet, ꝙ S. T. loqtur de esse immateriali, & intellectuali, quod ẽ a similitudine, s͠m quam res dicitur esse immaterialiter in intellectu. Præterea, inferius de illo esse loquens, dicit, ꝙ esse intellectuale est à forma intellectuali, & esse sensibile à forma sensibili: forma autem intellectualis, & sensibilis sunt formę accidentales. Vnde relinquitur, quod per esse intellectuale, accipiat omnia prædicta, tamquam vnum esse, quod esse est cõpletiuè a specie intelligibili, & hãc spẽm sequitur appetitus. Appetitus.n. intellectiuus consequitur formam apprehensam per intellectum, & appetitus sensitiuus, formam apprehensam per sensum, vt in plerisque locis dicit S. Thom.

Esse intellectuale est à forma intellectiua.

Lect. 5.

Sciendum vltimo, quod cum ponit Philos. sensitiuum, & intellectiuum duo genera potentiarum animæ per sensitiuum non intelligit omnes potentias animæ sensitiuæ, neque per intellectiuum omnes potentias animę intellectiuę, sed per sensitiuũ intelligit potentias apprehensiuas, & cogniscitiuas partis sensitiuæ: similiter per intellectiuum, potentias apprehensiuas partis intellectiuæ.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur antecedens: tum quia vna anima potest habere plures potentias, tũ quia animæ distinguuntur secundum diuersa esse tantum, genera autem potentiarum distinguuntur secundum genera operationum.

Ad ꝓbationem dicitur, ꝙ passio multiplicatur secundum multiplicationẽ materialem subiecti, non autem ad multiplicationem essentialem: nam vnius rei possunt esse plures passiones, præcipue quando recipiunt speciem ab extrinseco.

Quomodo passio multiplicetur.

Ad secundum respondetur, ꝙ duplex est appetitus. s. naturalis sequens formam naturalem, & animalis sequẽs formam apprehẽsam. Si loquamur de appetitu naturali, & in antecedente, & cõsequente conceditur totum, quia de illo non loquitur Philos. Si de appetitu animali, negatur antecedens. Si autem in antecedente accipiatur appetitus naturalis, & in consequente appetitus animalis, negatur consequentia.

Appetitus è duplex, naturalis, & animalis.

Ad tertium dicitur primo, quod si volumus loqui de prima diuisione potentiarum, secundum prima genera obiectorum; sic erunt tantum tria, scilicet vegetatatiuũ cognoscitiuum: appetitiuũ, sed si loquamur de generica quacũque diuisione potentiarum, siue sit secundum prima genera, siue non, sic sunt quinque.

Dicitur secundo quia mens S. Thom. est, quod quando differentiæ essentiales obiectorum diuidunt aliquod obiectum speciale, scilicet cuius species non possunt amplius diuidi differentiis essentialibus, tunc differentiæ nõ faciunt diuersitatem secundum genus. Modo cognoscibile non est adeo speciale obiectum, sensibile enim est quædam species cognoscibilis, & diuiditur in plures species, vnde non sequitur ratio.

Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod non est sensus S. Th. quod distinguãtur tantum secundum esse, sed in ordine ad esse, & ad formas, secũdum quas sunt talia esse, vnde non dixit, operationes animæ distingui oportet secundum distinctionem esse viuentium, sed sic oportet operationes considerare, secundum esse, quod inuenitur in viuentibus, hoc est secundum quod requirit esse viuentium.

Ad quintum dicitur ad antecedẽs, quod non est omnimoda similitudo, immo in proposito negatur similitudo. Cuius ratio est, quia sensitiuum & intellectiuum distinguuntur distinctione obiectorũ, inquantum obiecta sunt, distinguuntur enim differentiis apprehẽsibilis, quia obiectum sensus est apprehensibile particulare, & obiectum intellectus est apprehensibile vniuersale. Appetitus aũt rationalis & sensitiuus, non distinguuntur differentiis appetibilis, inquantum appetibile est, quia de eodem potest esse vterque appetitus, sed secũdum diuersum modum operandi. Voluntas enim libere appetit, sed appetitus animalis naturali necessitate.

Similitudo inter sensitiuum & intellectiuum.

Ad sextum dicitur, quod duplex est principiũ, mouẽs. s. imperans, ac efficiẽs motũ, & exequens. In tertio Phil. loquitur de virtute imperante, & efficiente motum, hic autem de virtute exequente.

Principium mouens duplex imperans & efficiens.

Vel melius dicendum est, ꝙ motiuum secundũ locũ ab intellectiuo, & appetitiuo formaliter tãtũ est distinctum, non autem realiter.

ADDI-

ADDITIO

CIRCA quæsitum hoc de numero potentiarum animæ, dubitare posset aliquis de subiecto harum potētiarum, num sit anima ipsa, vt ratio dictare videtur, quandoquidem sicuti se habent potentiæ corporis ad corpus, ita se habent potentiæ animę ad animam, sed corpus est subiectum corporalium potentiarum, igitur & anima erit subiectum potentiarum animæ, vel erit ipsum coniunctum, vt ex lib. de Somno & vigilia videtur sentire Philosophus, dicens, quòd sentire non est proprium animæ, neque corporis, sed coniuncti, & sic potentia sensitiua est in coniuncto, sicut in subiecto: vnde sequitur quòd nō sola anima est subiectum suarum potentiarum.

'Dubitatio de subiecto potētiarum animæ.

Lib. 2. de Sōno & vigilia cap. 1.

Nisi dicamus, quòd illud est subiectum operatiuæ potentiæ, quod est potens operari, omne enim accidēs denominat proprium subiectum: idem autem est qđ potest operari, & quod operatur, vnde oportet quòd eius sit potentia, sicut subiecti cuius est operatio, vt ipsemet Philosophus fatetur in libro de Somno & vigilia: manifestum est autem, quod quædam operationes sunt animæ, quæ exercentur sine organo corporali, vt intelligere, & velle, vnde potentiæ quę sunt principia harum operationum, sunt in anima sicut in subiecto: q̃dam vero operationes sunt animæ, quæ exercentur p organa corporalia, sicut visio per oculum, auditus per aurem, & simile est de omnibus aliis operationibus nutritiuæ, & sensitiuæ partis, & ideo potentiæ, quæ sunt talium operationum principia, sunt in coniuncto, sicut in subiecto.

Accidens denominat subiectum proprium. Cap. 1.
Quæ potentiæ sunt in anima, & q̃ in coniuncto.

Licet opinio diuini Platonis fuerit, quòd sentire est operatio animæ, quam opinionem recitat D. August. dicens, quòd anima quædam sentit non per corpus, immo sine corpore, vt est timor, & huiusmodi, quædam vero sentit per corpus, quamquam dupliciter intelligi possint hæc verba, videlicet quod anima quæda sentit cum corpore, quædam sine corpore, vno modo quod hoc quod dico cum corpore, vel sine corpore, determinet actum sentiendi, secundum quod exit a sentiente, & sic nihil sentit sine corpore: quia actio sentiendi non potest procedere ab anima, nisi per organum corporale, alio modo potest intelligi, ita quòd prædicta determinent actum sentiendi ex parte obiecti, quod sentitur, & sic quędam sentit cum corpore, idest in corpore existentia, sicut cum sentit vulnus, vel aliquid huiusmodi, quædam vero sentit sine corpore, idest non existentia in corpore, sed solum in apprehensione animæ, sicut quando sentit se tristari, vel gaudere de aliquo audito.

Opinio Platonis de operationibus animæ Lib. 12. ad literā Verba Augustini exponuntur.

Anima sensitiua quędā sentit sine corpore.

Vnde soluitur dubitatio præmissa, dicendo, quòd omnes potentiæ dicuntur esse animæ, non sicut subiecti, sed sicut principii: quia per animam coniunctū habet, quod per tales operationes operari possit.

Et si quis instaret, quòd operationes potentiarum animæ attribuuntur corpori propter animam, quia vt scribitur in hoc lib. anima est quo sentimus & intelligimus primo, sed prima principia operationum animæ sunt potentię: ergo potentiæ per prius sunt in anima.

Text. 24.

Dicat, quod omnes huiusmodi potentiæ per prius sunt in anima quam in coniuncto, non sicut in subiecto, sed sicut in principio.

Si quis adhuc instaret dicendo, quòd cum genera potentiarum distinguantur secundum diuersitatem operationū, sed tantum sunt tria genera operationū, quia operationes animæ distinguuntur secundum diuersitatem esse rerum viuentium, sed tantum sunt tria esse rerum viuentium, vt habet. D. Thom. in hoc libr. igitur tria tantum sunt genera potentiarum animæ: ergo non quinque, vt determinauit Auctor, Dicas ad hoc, quod non intelligit D. Thom. quod operationes distinguantur tantum secundum esse, sed in ordine ad esse, & ad formas secundum quas sunt talia esse, unde non dixit, operationes distingui oportet secundum distinctionem esse uiuentium, sed sic, oportet operationes considerare, secundum quòd inuenitur esse in uiuentibus, hoc est secundum quod requirit esse uiuentium. Vide D. Caietanum dubitantem quomodo appetitiuum coincidit cum omnibus generibus, & speciebus potentiarum animæ, & Apollinarem Cremonensem, & Romanum Egidium, Iauellumque in loco correspondenti.

Pulcra dubitatio lect. 5.
Exponūtur verba D. T.

2. de anima cap. 3.
Vide Auct. 2. cont. gen. cap. 24.

QVAESTIO VI.

Vtrum potentiæ animæ distinguantur per actus, & actus per obiecta.

Priores enim potentijs actus, & operationes secundum rationem sunt. Tex. XXXIII.

QVÆRITVR Sexto, Vtrum potentiæ animę distinguantur per actus, & actus per obiecta. Et videtur quod non.

Primo. Nullum prius distinguitur p id quod est posterius: sed actus sunt posteriores potētiis; ergo per actus non distinguuntur potentiæ.

p. p. q. 77. articu. 3.

Secundo. Distinctio formalis est per differentis intrinsecas, sed obiecta non sunt intrinseca actibus nec potentiis, ergo per obiecta non distinguuntur actus & potentiæ.

Tertio, Si distinguerentur per actus, remotis actibus non essent distinctæ, remotis enim principiis distinctiuis aliquorum, illa non remanent distincta, sed hoc falsum est, quia tunc homine dormiente, nō esset distinctio inter visum & auditū; ergo &c.

Quarto. Si diuersitas obiectorum esset causa diuersitatis potentiarum: vnitas obiectorum esset causa vnitatis potentiarum: sed hoc est falsum, quia idem obiectum respiciunt intellectus, & voluntas. Idem enim cognoscit intellectus, & voluntas appetit, & tamen sunt potentiæ distinctæ: ergo &c.

Quinto. Maior diuersitas est inter lapidem, & hominem, quam inter saporem & caliditatem, & tamen illa non diuersificant potentias; ergo nec etiam ista obiecta.

In ista quæstione duo faciam. Primo ostēdam, a quo specificentur potentiæ. Secundo, vnde habeant distinctionem.

Quantum ad primum. Sciendum primo, quod duplex est forma. Vna intrinseca, & altera extrinseca. Quia enim formæ est perfi-

Duplex est forma.

perficere,& denominare,omne perfectiuum, & denominatiuum alterius,habet rationem formę. Est autem aliquid perfectiuum, & denominatiuum alterius existens in eo quod perficit & denominat,sicut albedo existens in pariete perficit ipsum secundum esse album,& anima intellectiua perficit hominem,cuius est pars essentialis & denominans. Aliquid vero est perfectiuũ alterius, & denominatiuum existens extra illud,quod dicitur perficere,& denominare, inquantum perfectio alterius consistit in ordine ad ipsum,sicut calor est forma calefactionis extrinseca, & calefactio habet perfectionem suam,ex ordine ad calorem a quo procedit,aut ad quem terminatur, & dicitur calefactio, quia est a calore,aut quia terminatur ad calorem, & locatum dicitur locatum a loco existente in locante.

Dupliciter aliquid dat speciem alteri & differentiam.

Sciendum secundo,quod dupliciter dicitur aliquid dare speciem alteri,& differentiam.Vno modo effectiue,sicut si diceremus, quod producens hominem dat homini speciem & differentiã. Alio modo formaliter, sicut dicimus,quod albedo dat esse album parieti formaliter,& anima intellectiua dat homini esse hominem, & cum duplex sit forma,scilicet intrinseca & extrinseca,cuilibet conuenit dare speciem ei, cuius est forma.

Sciendum tertio, quod aliud est esse speciem, & differentiam,& aliud dare speciem,& differentiam,species enim,& differentia dicunt intrinsecum rei, & sunt idẽ quod res,humanitas enim,& rationale est idem quod homo. Sed id quod dat speciem,potest esse extrinsecum, sicut calor dat speciem calefactioni,& tamen non est intrinsecus calefactioni,& si illud sit intrinsecum,non est tamen ipsa res,sicut intellectiuum vel anima intellectiua dat speciem homini,non est tamen hõ, & dicitur formam dare speciem rei,quia ab ipsa forma res habet primo,quod sit talis,ab anima.n.intellectiua homo habet quod sit homo.

Obiectũ est duplex scilicet formale & materiale.

Sciendum quarto, quod duplex est obiectum potentiæ,scilicet formale,& materiale. Formale est illud, sub cuius ratione obiectum refertur ad potentiam. Materiale vero est id,in quo obiectũ formale reperitur,sicut potentię visiuæ obiectum formale est color,vt dicetur inferius,quia vnumquodque videtur inquantum coloratum,obiectũ autem materiale est corpus cui accidit color. (Quæst.12.)

Operatiões specificãtur ex obiectis formalibus.

Istis notatis ponuntur duæ conclusiones.

Prima conclusio est ista.Operationes specificãtur ex obiectis formalibus, non autem ex obiectis materialibus.

Probatur prima pars,supponendo,quod in ꝑcedenti quæstione dictum est,scilicet quod obiectum potentiæ passiuæ comparatur ad actum talis potentiæ,vt principium,eo quod mouet potentiam,obiectum autem potentiæ actiuæ comparatur ad actũ illius potentiæ sicut finis,& terminus, eo quod producitur per ipsum, sicut domus producitur à domificatore.

Tunc arguitur sic. Omnis operatio recipit speciem ex principio,aut termino:sed obiecta formalia potentiarum comparantur ad operationes earum, aut sicut principium,aut sicut terminus: ergo operationes accipiunt speciem ex obiectis formalibus.consequẽtia nota.Maior probatur,quia terminus comparatur ad operationem, sicut actus,& forma,patet etiam exemplariter. Calefactio est calefactio,quia est a calido ad calidum:in frigidatio est in tali specie,quia est à frigido in frigidum.Similiter sanatio dicitur, quia est ad sanitatem:ęgrotatio,quia est ad ægritudinem.Minor vero probatur,quia potentiarum animæ, aliquæ sunt actiuæ,scilicet potentiæ vegetatiuæ, aliquæ passiuæ,vt sensus & intellectus: sed obiectum potentiæ actiuę est terminus operationis,obiectum autem potentiæ passiuæ principium per suppositum:ergo &c.

Secunda pars vero conclusionis probatur sic. Illa quæ cadunt sub vna potentia,non diuersificãt potentias,sed obiecta plura materialia,cadũt sub vna potentia. Vna enim potentia visiua videmus lapides,ligna,homines,& cœlum, quæ sunt obiecta materialia:ergo &c.

Secunda conclusio. Potentiæ specificantur per operationes specificatas ex obiectis formalibus. (Potẽtię specificantur p operatiões.)

Probatur. Illud cuius esse non est nisi propter aliquem finem,accipit modum & speciem à fine, sicut quia serra ordinatur ad hanc operationem, quæ est seccare dura,ideo est ex tali materia, & habet talem figuram. Sed potentiæ non sunt nisi propter suas operationes, ergo specificantur ex suis operationibus. Idem ergo est dicere, quod specificantur ex operationibus, & dicere, quod quia natura intendebat hanc operationem, quæ est videre,ideo producit potentiam visiuam proportionatam tali operationi,sicut quia artifex intendit secare dura,ideo facit serram ex ferro, & cum tali forma.

Ex hoc sequitur corellarie,quod falsa est opinio illorum,qui dicunt,quod potentiæ distinguũtur,& specificãtur ex obiectis, & actibus tantum quo ad nos,scilicet quod actus & obiecta nõ sunt aliquo modo causa specificationis, & distinctionis potentiarum,sed sunt signa,quibus cognoscimus,quod istę potentiæ formaliter distinguũtur, vt enim dictum est, finis est aliquo modo causa eorum quæ sunt ad finem.

Sed occurrit dubiũ. Nã San. Tho. in expositione,tex.com.33.dicit,ꝙ quia intellectus & anima non intelligit se,intuendo essentiam suam:ideo in cognitione animę oportet,ꝙ procedamus ab his, quæ sunt magis extrinseca,vt.s.per obiectum cognoscamus actus,& per actus potentias, & ꝑ potentias essentiam animæ.Si aũt directe essentiam suam cognosceret,esset contrarius ordo seruãdus in animæ cognitione, quia quanto aliquid esset propinquius animæ,tanto per prius cognosceretur ab ea. Ex quibus videtur velle, ꝙ prioritas in cognoscendo prius actus quam potentias, est ex conditione intellectus nostri, & ex nostro modo intelligendi,& non ex ordine naturæ,& per consequens videtur, quod operationes non specificent neque distinguant potentias,nisi secundum modum nostrum intelligendi,& quo ad nos. (Lect.6.)

Respondetur,& dicitur primo,quòd operationes non dant speciem potẽtijs, nisi sicut finis dat spẽm his quæ sunt ad finẽ,finis aũt licet sit primũ

in intentione, eſt tamen vltimũ in eſſe, licet enim medicus primo intẽdat ſanitatem, tamen vltimũ quod inducit, eſt ſanitas.

Ex quo ſequitur, quòd operationes animę ſunt poſteriores ipſis potentijs quantum ad eſſe, licet à natura ſint prius intentæ.

Dicitur ſecundo, quòd quia potentię, & operationes animæ procedunt ab anima, & habent ordinẽ ad alterũ, dupliciter poſſunt cognoſci. Vno modo ſecundum eſſe, & vt ab anima procedunt. Alio modo vt potentiæ ſunt, & vt ad aliquid extrinſecum comparantur. Non vult ergo dicere S. D. quòd ordo cognitionis inter actus & potẽtias quocumq; modo ſit tantum ex imperfectione intellectus noſtri, & nullo mõ ex natura rei, ſed loqtur de cognitione eorum, ſm ꝙ ab anima procedunt: quia iſte non eſt ordo ſecũdum naturam ꝙ prius cognoſcantur actus quam potentiæ: ſed ecõuerſo, quia potentiæ prius ſecundum naturã procedunt ab anima, quam operationes. Vnde, ſi anima intueretur ſeipſam directe ſecundũ eſſentiã, prius intelligeret potentias quam actus: ſicut prius ab ipſa procedunt, ſed quia non intelligit ſe directe, ideo cognitio incipit ab his, quæ ſunt poſteriora ſecundum naturam. Si autem loquamur de cognitione potentiarum & actuum, ſecundum quod habent ordinem ad aliquid extrinſecum: tunc naturalis ordo eſt vt prius cognoſcantur actus quam potentiæ, inquantum ſcilicet potentiæ ſunt, & quantumcunque anima ſe directe intueretur nunquam iſte ordo variaretur, quia vt ſic actus ſecundum naturam ſunt priores potentiis: potentiæ enim tales ſunt, quia ordinantur ad tales actus: ſicut potentia viſiua talis eſt, quia ordinatur ad viſionem. Non eſt ergo contradictio in verbis S. Do. quia hic loquitur de potentiis & actibus, vt procedunt ab anima; in quæſtionib. autem de veritate loquitur de ipſis vt dicunt ordinem ad aliquid extrinſecum.

Vbi ſupra q. præce.

Quantum ad ſecundum ſciendum, quòd de diſtinctione potentiarum poſſumus loqui dupliciter, ſcilicet aut de diſtinctione numerali, aut de diſtinctione formali.

Si loquamur de diſtinctione numerali, ponitur iſta concluſio. Potentiæ diſtinguuntur per ſubiecta: quia. ſ. iſte viſus eſt in hoc ſubiecto, ille in alio ideo iſte eſt alius ab illo. Probatur. Diſtinctio numeralis accidentium eſt ex diſtinctione numerali ſubiectorũ, ideo enim hæc albedo diſtinguitur ab illa: qa hæc eſt in hoc ſubiecto, illa in alio. Sed potentiæ animæ ſunt quædam accidentia aut animæ tantum, aut compoſiti: ergo &c.

Si loquamur de diſtinctione formali, ponitur iſta concluſio. Potentiæ animæ diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem actuum & obiectorum formalium. Probatur. A quo aliquid habet ſpeciem, ab eo habet eſſe diſtinctum. Sed potentiæ animæ habent ſpeciem ab actibus & obiectis, vt dictum eſt: ergo & diſtinctionem.

Vnde diſtinguuntur potentiæ.

Sciendum tamen, quod licet potentiæ ex obiectis diuerſificentur, hoc tamen eſt diuerſimode. Quando enim differentiæ eſſentiales obiectorũ, inquantum obiecta ſunt, diuidunt per ſe aliquod ſpeciale obiectum animæ, potentias quidem diuerſificant, ſed non genus potentiarum. Sicut ſenſibile diuiditur per colorem, ſonum, & huiuſmodi, & per iſtas obiecti differentias potẽtiæ ſenſitiuæ, quæ ad idem genus ſpectant, diuiduntur. Quãdo autem tales obiectorum differentiæ obiectũ animæ in communi diuidunt, diuerſitatem potẽtiarum ſecundum genus, modo ſupra expoſito, cõſtituunt.

Solutio dubiorum.

Ad argumenta reſpondetur. Ad primum dicitur primo, quòd maior eſt falſa, vbi prius ſecundum eſſe ordinatur ad poſterius, ſicut ad ſuum finem.

Dicitur ſecundo, quòd quando poſterius in eſſe eſt prius in intentione, tunc poteſt dare ſpeciẽ priori, ſicut eſt in propoſito, prius enim intendit natura operationem, ſecundario intendit potentiam proportionatam illi operationi.

Ad ſecundum dicitur, quòd diſtinctio formalis eſt per differentias intrinſecas proxime. Primo tamen & principaliter poteſt eſſe ab extrinſeco in his, quę ſunt propter aliud, quia illud extrinſecum dat illi ſpeciem & differentiam, tanquam forma extrinſeca, & differentia intrinſeca ſumitur ab illo extrinſeco.

Ad tertium negatur conſequentia: quia potentiæ non diſtinguuntur ex actibus, ſecũdum quod habent eſſe actu: ſed ſecundum quòd habent eſſe in intentione naturæ ordinantis potentiam ad actum.

Poteſt & aliter reſponderi, ſcilicet quòd actus ſunt cauſa diſtinctionis potentiarum quantũ ad inceptionem eſſendi, non autem quantum ad factum eſſe, ideo poſtquam productæ ſunt potẽtię, non oportet, quòd non exiſtentibus actibus, corrumpantur potentiæ.

Ad quartum dicitur, quòd licet voluntas & intellectus habeant vnum obiectum materiale, tamen illud obiectum reſpiciunt ſub diuerſis rationibus formalibus, reſpicit enim intellectus ſub ratione cognoſcibilis, & voluntas ſub ratione appetibilis.

Ad quintũ dicitur, quòd duplex eſt diſtinctio, ſcilicet in eſſe naturæ materialis, & in eſſe obiecti formalis. Si accipiatur diſtinctio primo modo, ſic conceditur, quòd maior eſt diſtinctio inter lapidem & hominem, quam inter ſaporem & caliditatem: ſed iſta diuerſitas non facit diſtinctionem potentiarum, ideo non eſt ad propoſitum. Si accipiatur diſtinctio ſecundo modo, negatur antecedens, quia ſapor, & calor non poſſunt conuenire in ratione obiecti vnius ſenſus particularis: ſed lapis, & homo poſſunt conuenire in ratione colorati, quod eſt obiectum viſus.

ADDITIO.

Diſputat de memoria ſiue reminiſcentia quæ eſt comm.

CIRCA hoc quæſitum occurrit difficultas de diſtinctione memoriæ ab intellectu, num hæ ſint duæ potentiæ realiter diſtinctæ, ſicut voluntas eſt potentia diſtincta realiter ab intellectu, & intellectus agens eſt potentia diſtincta realiter ab intellectu poſſibili, ſic etiam memoria ſit põtia diſtincta realiter a uoluntate & ab intellectu agẽte & poſſibili: hãc ueritatẽ ſuadet rõ potiſſima, qa ſicut eſt in

te sensitiua, ita in parte intellectiua, sed in parte sensitiua memoria distinguitur à sensu: igitur & in parte in tellectiua memoria erit distincta ab intellectu, cuius tamen oppositum sentire videtur Arist. ponens intellectum esse locum specierũ, & hoc est de ratione memoriæ quòd est thesaurus, vel locus conseruatiuus specierum, & sic memoria non erit distincta ab intellectu.

3. de anima Tex. 6.

Propter quod Auicennas totaliter negauit memoriam in parte intellectiua, sed quoties vult intellectus intelligere, fluit in ipsum ab intellectu agente species intelligibilis, quem intellectum agẽtem posuit esse vltimam intelligentiam, sicut Auerr. penultimam, & Alexand. Deum gloriosum. ratio potissima qua mouebatur Auicennas hæc erat, vis cognoscitiua non recipit nisi cognoscibiliter, sed intellectus est vis cognoscitiua: ergo non recipit nisi cognoscibiliter, at retinere species absque cognitione est habere eas nõ cognoscibiliter sed realiter, quia non per modum cogniti, sed rei, vt quælibet forma est in subiecto: ergo nulla vis cognoscitiua retinet species quam primum desinit habere cognitum vt cognitum, vnde vt in parte sensitiua conseruentur species, est necessarium distinguere vires sensitiuas in cognoscitiuas, & hæ non seruant, & in thesauros specierum in quibus conseruantur apprehensa, & quoniam talis distinctio virium sensitiuarũ permittitur, quia tota pars sensitiua est organica, ex hoc habet quod retineat aliquid per modum rei, communicans in hoc cum materia corporali, & intellectiua pars quia ab omni corpore est eleuata, consequens est quòd pars intellectiua recipiat tantum cognoscibiliter, & consequenter quod non conseruet.

Opinio Auicen. de memoria lib. 1. Sufficientis cap. 3.

Sed deceptus est Auicennas in hac ratione, quia concesso toto suo processu & conclusione quæ sequitur, scilicet quòd intellectus nihil recipit nisi intelligibiliter, vlterior consequentia scilicet, ergo non recipit nisi quandiu actu cognoscit, supponit vnum falsum, scilicet quòd recipere cognoscibiliter contingat vno tantum modo scilicet in actu, cum tamen contingat duobus modis scilicet in actu puro & in actu permixto potentiæ scilicet in actu secundo, & in actu primo, vnde in diffinitione animæ ponitur quòd est actus primus sicut somnus, quod non saluaretur si tunc tantũ non operaretur quando est in potentia, cum hoc sit commune omnibus principiis passiuis, sed optime saluatur cum anima ponitur talis natura quòd est actu quandoque vt somnus, quandoque vt vigilia, constat autem quòd esse actum, somnus est esse in actu primo, & rursus constat quòd esse actum primum præcipue conuenit animæ intellectiuæ: igitur non ex hoc quòd organica est pars sensitiua, sed ex alia ratione in qua communicat cũ intellectiua, habet quòd retineat species, & actu non cognoscat. nec species cõseruari est esse per modum rei, sed est esse cognoscibiliter, non actu nec potentia, sed medio modo inter actum & potentiã idest partim in actu & partim in potẽtia: cognoscitiuum enim tripliciter potest se habere ad cognitũ, scilicet pura potentia, & tunc nec est cognoscibile in actu, nec cognitum in actu, sed vtrumque in potentia, vel partim in actu, & partim in potentia, & tunc est cognoscibile in actu, & nõ est cognitũ in actu, sed est in potentia, ut sit cognitum in actu, vel totaliter in actu, & tunc est ipsum cognitum in actu, vnde cum species conseruantur, obiectum est in cognoscitiuo cognoscibiliter, vt cognoscibile quamuis non vt cognitum; & quia obiectum esse cognoscibiliter vtroque modo, scilicet vt cognoscibile, & vt cognitum, non auertit Auicennas, ideo putauit obiectum remanere per modum rei, & errauit.

Soluitur ratio Auicen.

Recipere cognoscibiliter dupliciter dicitur.

Quid sit cõseruatio specierum.

Verum licet ponamus memoriam in parte intellectiua, non est tamen necesse ipsam esse realiter distinctam ab intellectu possibili, quia diuersitas potentiarum in parte intellectiua, aut est ex diuersitate formali obiecti, vt inter intellectũ, & uoluntatem, aut ex diuerso genere attingendi idem obiectum formaliter: sed memoria, & intellectus possibilis nõ potest distingui primo modo, quia ad rationem potentiæ passiuæ pertinet conseruare, sicut & recipere, quod etiam est munus ipsius memoriæ, nec secundo modo, quia hic modus diuersificat intellectum agentem a possibili; quandoquidem munus intellectus possibilis est ut moueatur ab obiecto actu existẽte, & munus intellectus agentis est ut faciat obiectum in actu; igitur in parte intellectiua non est diuersitas potentiarum alia, nisi inter intellectum agentem & possibilem, & sic memoria coincidit cum intellectu possibili.

Memoria in intellectiuanõ est alia potẽtia ab intellectu possibil.

Ratio in contrarium soluitur negando maiorem, quia præteritum & præsens possunt esse propriæ differentiæ potentiarum sensitiuarum, secundum diuersitatem obiectorum, non autem potentiarum intellectiuarum.

Soluitur ratio in oppositum.

De his uide D. Th. 1. sentent. 1. disti. 3. quæst. 4. ar. 1. & in quæst. disputatis de uer. quæst. 7. ar. 3. & quæst. 10. art. 3. & 2. con. gen. c. 87.

QVAESTIO VII.

Vtrum virtus nutritiua, augmentatiua, & generatiua, sint diuersæ potentiæ partis vegetatiuæ,

Quoniam eadem est potentia animæ vegetatiua, & generatiua &c.
Tex. XLII.

QVÆRITVR Septimo. Vtrum virtus nutritiua, augmentatiua, & generatiua, sint diuersæ potentiæ partis vegetatiuæ. Et videtur, quod non.

P. p. q. 78. articu. 1.

Primo auctoritate Philos. dicentis quod eadẽ potentia animæ est nutritiua & generatiua. Secũdo. Cuius actus sunt idem, potentiæ sunt eædem, sed actus nutritiuæ, & generatiuæ sunt idem: ergo &c. Minor probatur, quia actus nutritiuæ est conuertere alimentum in substantiam nutriti, ergo nutritio est transmutatio substãtialis ad esse, sed omnis transmutatio substantialis, est generatio: ergo nutritio est generatio.

Tex. 41.

Tertio. Nõ existente virtute augmentatiua distincta à nutritiua, adhuc animal acciperet maiorem quantitatem, quã prius, quia virtus nutritiua conuertens alimentum in carnem, causat esse, & quantitatem illius carnis, sicut generans hominem causat etiam quantitatem hominis, ergo non oportet ponere augmentatiuam distinctam à nutritiua.

Quarto. Potentiæ distinguuntur per obiecta, vt dictum est, sed omnes istæ potentiæ habent idem obiectum scilicet alimentum: ergo &c.

P. p. q. 77. artic. 1.

Quinto. Nutritio est quidam motus, aut ergo est generatio, aut augmentum, aut alteratio. Nõ est augmentum, neque alteratio, quia illi motus sunt primo, & per se ad accidentia, nutritio

tritio autem est ad substantiam: ergo est generatio: ergo nutritiua non distinguitur à generatiua.

Respondeo. In ista quæstione duo faciam. Primo ostendam istas esse distinctas potentias. Secundo ponam singularum diffinitiones.

Tres sūt potentiæ partis vegetatiuæ.

Quantum itaq; ad primum. Sciēdum primo, quod cum virtutes innotescant nobis ex actibus, quia in animali tres videmus effectus, s. quod per conuersionem cibi in substantiam suam conseruatur in esse, quod maiorem quantitatem acquirit, quā prius habuerit: quod per semē decisum producit sibi simile in specie; ideo coacti sunt Philosophi illas potentias ponere, quibus tamquā principiis, huiusmodi operationes attribuantur.

Tex. 47.

Sciendum secundo, quod istæ tres virtutes idē obiectum materialiter respiciunt. s. alimētum, vt ex verbis Philosophi apparet, hoc tamen obiectū s. alimentum, sub diuersis rationibus istis potentiis respondet, secundum enim quod est hoc aliquid & substantia in potentia ad formam substātialem nutriti, est obiectum nutritiuæ, secundum autem quod est quantum, est obiectum augmentatiuæ, secundum vero quòd est in potentia, vt ex ipso generetur semen, siue etiam secundum quòd est in potentia ad veritatem formariuam, sic est obiectum generatiuę.

Diuersæ potentiæ circa idem obiectum materialiter operantur.

Sciendum tertio, quod quamuis aliquæ potentiæ sint diuersæ, non inconuenit tamen eas simul circa idem obiectum operari. Circa idem enim pomum simul habet operationem visus, & olfactus, inquantum per colorem obiicitur visui, & per odorem olfactui. Vnde non est attendenda vnitas vel pluralitas potentiarū, ex hoc, quòd operentur circa vnum subiectum, vel circa plura subiecta secundum substantiam, sed ratio formalis sub qua potentia in obiectum fertur, est consideranda.

Virtus generatiua duplex est. S. Th. tract. de potentia aīæ in opusc. 43. & Albe. mag. ca. 7. huius tract.

Sciendum quarto, quòd virtus generatiua est duplex, vt S. Tho. & Alber. ponunt. Vna dicitur seminatiua, quæ ex superfluo alimenti generat semen, & ista in corpore viuente subiectiue reperitur. Alia dicitur formatiua, cuius scilicet est formare membra, & animatum simile generanti secundum speciem in esse producere, & ista est in semine subiectiue.

Istis notatis probatur conclusio. Et primo videlicet quòd omnes istæ potentię sint distinctæ.

Quomō potentiæ possunt distingui.

Primo Potentiæ quæ distincta obiecta formalia habent, sunt distinctæ, sed nutritiua, augmētatiua, & generatiua habent distincta obiecta formalia, ergo & c. cōsequentia nota, & maior est manifesta, quia potentiæ distinguuntur ex obiectis. Minor etiam patet, quia alimentum sub diuersis rationibus istarum potentiarum est obiectum.

Secundo. Potentiæ habentes diuersas operationes sunt distinctæ, non solum enim ex obiectis, verum etiam ex actibus potentiæ distinguūtur. Sed ista habent diuersas operationes, operatio enim nutritiuæ est conuertere alimentum in substātiā nutriti: operatio augmentatiuæ, adducere corpus ad maiorem quantitatem: operatio generatiuæ, producere simile generanti secundum speciem: ergo & c.

Secūdo probatur, quòd nutritiua distinguatur à generatiua.

Primo. Nullum generans per virtutem generatiuam generat seipsum sed aliud: sed nutriens nutrit seipsum per virtutem nutritiuam: ergo & c. cōsequentia nota cum minori. Maior vero est Philosophi. 2. de anima. Tex. cō. 47.

Secundo. Virtus generatiua est principium producendi simile generanti secundum speciem, sed virtus nutritiua non est huiusmodi principiū: ergo nutritiua non est generatiua. consequentia nota cū maiori. Virtus enim generatiua leonis est principium leonem producēdi, & generatiua hominis, producendi hominem. Minor vero probatur, quia virtus nutritiua producit carnem & neruum, non autem totum animal: ergo & c.

Nutritiua ab augmentatiua differt quadrupliciter Tract. 2. c. 6.

Tertio probatur, quòd virtus nutritiua distinguatur ab augmentatiua, ex differentia quadruplici quam assignat Alber. Quarum prima est, quod nutritiua non accipit alimentum, nisi inquantum est potentia substantia membrorum, & nihil curat de quantitate: augmentatiua autem accipit ipsum, inquantum potentia additur quātitati mēbrorum, ex eo quod membrorum quantitas extēditur ipso addito membris. Secunda est, quod nutritiua secūdum omnem diametrum nutrit in oībus æqualiter perditum restaurans, & secundum latitudinem maxime nutrit, augmentatiua autē secundum longitudinem magis augmentat. Tertia est, quod augmentatiua cum habeat extendere partes duriores, sicut sunt ossa, vtitur fortiori calido quam nutritiua, quæ habet conuertere cibum in substantiam nutriti. Quarta est, quia nutritiua semper nutrit, non autem augmentatiua semper augmentat.

Auicen. 6. naturalium Quid sit virtus nutritiua.

Quantum ad secundum, sciendum, quòd Auicenna diffinit potentiam nutritiuam sic. Nutritiua est vis animæ vegetabilis, conuertens corpus a corporeitate in qua erat, in similitudinem corporis in quo est, & vnit ei cibum per restaurationem eius, quod solutum est in illo.

Pro cuius intelligentia notādum primo, quòd corporeitas accipi dupliciter potest. Vno modo prout dicit tertiam dimensionem, secundū quòd est de genere quantitatis. Secundo modo, prout dicit substantiam naturalem compositam ex materia & forma, quæ est subiectum trinæ dimensionis. In prędicta igitur diffinitione, cum dicitur cōuertens corpus à corporeitate, accipitur corporeitas secundo mō, conuertit enim nutritiua substantiam cibi in naturam nutriti.

Sciendum secundo; quod cum calor naturalis existens in animali consumat cōtinue partes materiales corporis animalis, necesse est, vt per conuersionem cibi in substantiam nutriti, partes deperditæ restaurentur, propter hoc ponitur in prędicta diffinitione, & vnit ei cibū pro restaurati one eius quod est deperditum.

Quid virtus augmentatiua.

Virtus augmentatiua vt ibidem dicitur, est vis augēs corpus in quo est, ex corpore quod ipsa assimilat illi augmentato proportionabili in omnibus dimensionibus suis, quæ sunt longitudo, latitudo, spissitudo, vt perducant eum ad perfectum.

Pro cuius intelligentia sciendum primo, quod licet tam nutritiua, quàm augmentatiua corpori animato cibum assimilet: hoc tamen diuersimo-

de fit. Nam nutritiua assimilat, vt fit substãtia, in qua saluatur esse indiuidui, augmẽtatiua autem, vt sit quãtum extendẽs indiuiduum ad maiorem quantitatem.

Lib. de homine 2. partis summæ quæst. 37.

Sciendũ secundo, quòd in corpore animato, secundum Alber. duplex est augmentum. Vnũ est per extensionem partium quę sunt in corpore animato vt vasa, vt sunt ossa, nerui, & venæ, quæ sunt partes duræ cum difficultate extensibiles, quæ semel extensæ non reuertuntur ad minorem quantitatem, & ista augmentatio fit secundum omnẽ dimensionem, magis tamen secundum longitudinem, & hæc proprie pertinet ad virtutẽ augmẽtatiuam. Alia est augmentatio in partibus, quæ sunt ex humido nutrimẽtali, quæ non sunt vt vas, sed potius in vase, factæ effluentes & influentes, & secundum has sæpe accidit ingrossatio & attenuatio, & hæc pertinet ad nutritiuam, quia est tãtum à nutrimento maiori vel minori.

Quid virtus generatiua.

Virtus generatiua ab eodem diffinitur, quod est vis vegetabilis animę, accipiens de corpore in quo est partem illi similem in potentia, & operatur in ea per attractionem aliorum corporum q̃ illi assimilantur generari & commisceri, & conuertit eam in similitudinem illius in effectu.

Ad cuius euidentiam sciendum primo, ꝙ cum semen sit pars animati in potentia tantum, nõ autem in actu, de tali parte intelligit Auicenna, cũ dicit: Accipiens de corpore in quo est, partem.

Semẽ est in potẽtia corpus animatum.

Sciendum secundo, quòd tale semen est in potentia corpus animatum: potentia quæ est ad formam specificam secundum se, non autem ad hoc, vt fiat actu pars animati in quo est, & sic intelligitur quod dicit, partem illi similem in potentia, simile. s. in potentia ad formam specificam, & per hoc differt materia generatiuę à materia nutritiuæ.

Sciendum tertio, ꝙ semen masculi attrahit sanguinem menstruũ mulieris, & cõmiscetur illi, vt sufficiat ad corporis quãtitatem, & hoc intendit, dum dicit, & operatur in ea per attractionẽ aliorum corporum quæ illi assimilantur, & tunc conuertit eam partem in similitudines illius in effectu. Virtus. n. generatiua intẽdit vltimo inductionem formæ specificæ in eo quod generatur.

In expositione te. 40.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur de mẽte S. Th. quod est sensus illius litteræ, nutritiuam & generatiuam esse vnam potentiam specificam, sed ab vna communi potentia animę contineri. s. vegetatiua, quod vnum genus potentiarum animæ positum est.

Ad fin negatur minor. Ad probationem, dicitẽ quod vnum genus potentiarum animæ positum est, ꝙ generatio, quæ dicit actum potentiæ generatiuæ, quæ est potentia animæ, est productio totius rei uiuentis à principio coniuncto, de quo modo loquitur Philosoph. Transmutatio autem alimenti est transmutatio partis, & productio partis cuiusdam: ideo non est generatio isto modo.

Potest secundo responderi, quòd actus nutritiuæ est nutritio, nutritio autem non est transmutatio alimenti, sed illa pręsupponitur nutritioni, sed nutritio est motus in partibus nutriti, qui motus non est generatio, quia generatio est ad formam, quæ prius actu non existebat, talis autem motus non est huiusmodi, sed per ipsum forma existens prius in actu, alicui parti materiæ cõmunicatur.

Virtus nutritiua quomodo causat quantitatem.

Ad tertium negatur assumptum. Ad probationem negatur cõsequentia: licet enim virtus nutritiua causet secundario quantitatem substãtię cõuersæ, non tamen per illam productionem quantitatis & conuersionem nutrimenti fit augmẽtũ: sed etiam oportet membra quæ sunt veluti vasa, secundum partes antiquas & nouas extendi, qđ fit per virtutem augmentatiuam.

Ad quartũ dictum est in quæstione, ꝙ habent idẽ obiectum materialiter, non aũt formaliter, a quo obiecto formali potẽtiæ habẽt distinctionẽ.

Ad quintum potest dupliciter responderi. Primo quod reducitur ad generationem secundum quod dicitur & de viuentibus, & non viuentibus, quæ scilicet est mutatio de non esse ad esse, & tũc negatur vltima consequentia: quia generatio isto modo sumpta non est actus generatiuæ quæ est potentia animæ.

Alio modo potest responderi, secundum quod respondet Albertus in libro de homine, quod iste motus non est reducibilis ad prædicamẽtum vel speciem alicuius motus, quia nutritio est motus in partibus materiæ, non in partibus secundum speciem, cum enim nutritur caro, non mutat speciem caro neque viuens, sed accipit alias partes materiales.

Sed contra hanc responsionem arguitur. Primo. Nullus motus est de materia habẽte materiã quia sic materiæ esset materia, oporteret enim esse aliquod subiectum talis motus: ergo male dicitur, quòd iste motus est secundum materiam tantum, & non secundum speciem & formam.

Secundo. Per nutritionem mutatur cibus de vna specie in alteram, puta de specie panis in speciem carnis: ergo non est tantum mutatio secundum materiam.

Ad primum istorum dicitur, quod licet motus quo totum transmutatur, non sit de materia ad materiam: tamen non inconuenit idem numero mouens transmutare aliquam partem materiæ in speciem suam, & sic ipsum quod in suam speciem aliquam partem materię conuertit, nõ mutatur secundum speciem, sed tantum secundum partes materiæ. Vnde alia ratio in hoc motu & in aliis motibus, quia in aliis motib. mobile mutatur de forma in formam suam, in hoc autẽ motu mobile siue id quod nutritur, suam formã cõmunicat diuersis partib. materię, illas ad speciẽ & formam suam trahendo.

Ad improbationem huius negatur consequentia: sed sequitur quod partes illæ sint partes vnius compositi, quod transmutatur de vna parte materiæ ad aliam partem.

Ad secundum dr̃ primo, quòd argumentũ supponit falsum, scilicet quod cibus & alimẽtum sit mobile in motu nutritionis. Hoc enim non est verum: licet enim cibus transmutetur, nõ tamẽ mutatur motu nutritionis. Non enim dicimus quod cibus nutriatur, sed transmutatur motu alterationis q̃ exigitur ad nutritionem: sed mobile in motu nutritionis est corpus animatũ quod nutritur.

Dicitur

Dicitur secundo, ꝙ respectu cibi qui transmutatur, fit motus secundum speciem, vt dicitur in argumēto, sed respectu eius quod nutritur, quod est subiectum nutritionis, non fit motus secūdum speciem, sed secundum partes materiales, inquantum idem compositum nutrit, & nutritur secundum diuersam naturā, & secundum virtutem nutritiuam nutrit: secundum corpus autē nutritur, & ideo quia semper manet idem nutriens, & qđ nutritur, ideo non mutatur secundum speciem: mutatur autem secūdum partes materiales, quia diuersis partibus materiæ communicat formam suam.

ADDITIO.

CIRCA diffinitionem traditam de potentia generatiua dubitare posset aliquis, quòd si est virtus producendi simile generanti secundum speciem, sequitur quòd fœmina concurrit actiue in generatione prolis, cum habeat virtutem generatiuam, quod est contra Arist. comparantem arti virtutem seminis in patre, & materiam ministratam a matre ligno, de quo artifex facit statuam, & 1. phys. etiam ait philos. quòd mulier est veluti materia in generatione, vt materia concurrit tantum passiue, igitur & fœmina. Hoc idem tenet D. Thom. loquens de cōceptione corporis Christi, in qua B. Virgo nihil actiue operata est, sed solam materiam ministrauit, licet ante conceptionem sit operata aliquid actiue, præparando materiam, vt esset apta conceptui.

Lib. 15. de animalibus. *3. p. 32. ar. 4.*

In contrarium tamen sunt medici, præcipue Hippocrates libr. de formatione fœtus, & Gallenus libro de Spermate, asserentes fœmellam actiue cōcurrere in generatione prolis, quia agnoscitur per Anatomiam fœminas habere testes ab intrinseco datos sibi à natura ad tradendum sperma ad vasa genitalia, & nisi concurrerent actiue, frustra sibi dati essent à natura. hanc opinionem sequutus est Scotus, confirmando ipsam sic. Primo, formas eiusdem speciei consequuntur potentiæ naturales eiusdem speciei: sed masculus, & fœmina sunt eiusdem speciei: igitur si formam vnius sequitur generatiua actiua, similiter & alterius.

Opinio Hippoc. & Gal. *3. sen. dist. 4.*

Et confirmatur, quia aliter vegetatiua maris & fœminæ differrent sicut actiua & passiua, & ita essent potentiæ omnino alterius rationis.

Secundo mater naturaliter plus diligit filium quā pater, vt asserit Arist. quod non esset nisi filius esset opus suum. consequentia probatur, quia etiam pater diligit filium vt suum opus, quod actiue produxit, sic etiam & mater.

10. metaph. Tex. 2. *9. Ethic. 1. Cap. 25.*

Tertio, filius quandoque assimilatur magis matri ꝙ̃ patri: ergo in matre est aliqua virtus actiua. cōsequentia probatur, quia agens intendit assimilare sibi effectū, ita quod effectus nulli assimilatur, nisi propter aliquam actionem eius.

Quarto, quia matrem tantum esse quasi vas, in quo sicut in loco conueniente generatur proles, & de aliquo eius ut materia, non videtur plus dare matri quā terræ in generatione mineræ, si de aliquo eius generatur minera, & sic talis terra esset mater mineræ, immo homo esset mater vermis geniti in eo loco conuenięti ex aliquo hominis.

Et si dicatur quòd vermis non est eiusdem speciei, obijcietur quòd asina est mater mulæ, & tamen non est eiusdem speciei.

Sed Scotus forte inuidia stimulante, vt in pluribus doct. D. Tho. non argumentis, sed detractionibus lacerare conatus est, nunquam enim D. Tho. somniauit masculum & fœminam esse diuersæ speciei, nisi materialiter, sed formaliter loquendo, inter marem, & fœminam semper saluatur vnitas specifica & in formis & in potentijs, sed differentia ponitur ex parte corporis, seu materię, dum penes res factas, non penes potentias animæ diuersitas formalis actiui & passiui collocatur, res enim facta ex parte corporis se tenet. Consonat hoc specificæ diuersitati maris & fœminę in genere sexus differentia, siquidem maris & fœminæ formalis est in genere sexus, materialis autem in genere animalis, vnde ista specifica differentia ex parte materiæ consequens genus animalis, rationabiliter infert in ipsis proprijs effectibus maris & fœminæ diuersarum rationum conditiones.

Elidītur opinio Scoti.

Vnde si esset vera opinio Scoti, sequeretur ꝙ fœmina sine concursu viri posset fœtum concipere. consequentia probatur, quia in fœmina est virtus actiua & virtus quoque passiua: ergo potest concipere cum in illa sint omnia requisita: est enim menstruum quod est materia fœtus, & est semen quod est causa effectiua, cū in semine sit virtus formatiua: igitur omnia requisita ad concipiendum, propterea est derelinquēda opinio Scoti tanquam extrema & falsa, ꝙ mater concurrat actiue ad generationem. Et similiter opinio nō nullorum, asserentium matrem concurrere pure receptiue & passiue, quandoquidem apparet aliquas fœminas concipere sine vlla delectatione, aliquas vero contra voluntatem, vt scripsit Auicennas de quadam muliere concipiente in balneo attrahente sperma supernatatum in aqua, in qua praui homines balneātes spermatizauerant, hæc etiam positio tāquam extrema falsa iudicatur.

Pulchrū argumentum.

Vera ac peripatetica sententia, & media inter has extremas est quam sequitur D. Thom. & est Arist. & Alberti, quòd mater est principiū actiuum materiæ filij, & passiuum generationis eiusdem. Et rationes adductæ de facili soluuntur, & prima quidem in qua vult Scotus potentiam vegetatiuam mulieris esse actiuam, quia est eiusdem speciei cum potentia vegetatiua ipsius masculi, conceditur quòd sint eiusdem speciei essentialiter, tamen differunt specie accidentaliter & in genere sexus, & propterea potentia generatiua ipsius fœminæ potest esse actiua respectu materię proximæ & propriæ geniti, sed respectu generationis est passiua.

Opinio Ar. & Alber. 15. de anima. libro 9. Cap. vlt.

Ad confirmationem dicimus, ꝙ potentia generatiua maris & fœminæ dupliciter considerari possunt: primo in se, & sic sunt eiusdem rationis, secundo ut referuntur ad res effectas ab eis, & sic sunt diuersarum rationum, quia diuersificantur secundum rationem actiui & passiui, agendi & patiendi.

Potentia generatiua dupliciter accipitur.

Ad secundam de dilectione dicimus, quòd mater diligit filium suum, ut proprium opus effectiue secundum propriam materiam, seu proprium corpus ipsius filij, est enim ipsa effectiua causa materiæ proximæ sui filij.

Ad tertiam de similitudine dicimus, ꝙ causa similitudinis potest esse dispositio materię, est enim menstruum ita mulieris in potentia passiua ut semen in potentia actiua, spermate igitur imbecilli existente, & non potente formare materiam ad sui simile ex impedimento, format illud ad matris similitudinem, eo quia menstruum est magis matris quam patris similitudinis receptiuum, unde sæpe masculus nascitur cum

Quare mater causat filium sibi similem.


cùm neuo, vel stygmate matris, hoc.n.nõ ob aliud est nisi quia menstruum est materia communis, & decidi tur a materia iã toti distributa, in qua particulares dispositiones membrorum aliqua tenus impressæ sunt.

Vide quomodo mater actiue & passiue generat. Ad ultimam dicimus, quòd concludit contra illos qui dicunt matrem concurrere pure receptiue, & passiue: hi.n.tenẽt opinionem extremam, contra illos qui sustinent aliam extremam opinionem quòd mater cõcurrit actiue: nos autem media uia incedimus, asserẽdo quòd mater est principium passiuum generationis eiusdem, & ideo non est tantum uas uel locus &c. ut imaginatur Scotus.

QVAESTIO VIII.

Num sensitiuæ potentiæ sint passiuæ vel actiuæ.

Sensus autem in moueri, & pati accidit &c. Tex. LI.

p.p.q.79.ar tic.8. VAERITVR Octauo, Vtrum potentiæ sensitiuæ sint passiuæ. Et arguitur quòd non.

Primo. Si potentiæ animæ sensitiuæ essent passiuæ, sequeretur q̃ potentiæ vegetatiuæ essent nobiliores potẽtijs sensitiuis, sed hoc est falsum, quia sicut esse sensitiuum est nobilius vegetatiuo, ita potẽtiæ sensitiuæ sunt nobiliores vegetatiuis: ergo &c. cõsequentia probatur. Actiuum est nobilius passiuo, sed potentiæ vegetatiuę sunt actiuæ: ergo si sensitiuæ sunt passiuæ, vegetatiuæ erunt illis nobiliores.

Secundo. Materiale inferius non potest agere in superius immateriale: sed res sẽsibiles sunt materiales, potẽtia autem sensitiua est aliquo modo immaterialis: ergo res sensibiles, non possunt agere in sensum, & per consequens sensus non erit potentia passiua.

Tertio. Sensus iudicat: sed iudicare est agere: ergo sensus agit, non ergo erit potentia passiua.

Oculi menstruatæ inficiũt aerem. Quarto. Oculi menstruatæ inficiunt aerem & speculum, similiter basiliscus visu interficit hominem: ergo visus est potentia actiua.

Quinto. Quælibet forma est principium operãdi, loquẽdo de forma substãtiali, sicut materia est principium patiendi, sed anima sensitiua est forma: ergo &c.

Sexto. Potentia producẽs operationem, est potentia actiua: sed potentiæ sensitiuæ sunt huiusmodi: ergo &c. cõsequentia nota cum maiori. Minor (Visio producit visioné.) probatur, quia visus producit visionem, auditus auditionem, & sic de aliis: ergo &c.

Septimo. Sicut materiæ est pati, vt dicitur 2. de generatione, ita formæ est agere, sed potẽtiæ sunt (Tex.53.) formæ; ergo earum est agere, ergo sunt potentiæ actiuæ.

In ista quæstione duo faciam. Primo præmittã aliqua necessaria ad propositum.

Secundo ponam conclusiones.

Quantum ad primum sciendum primo, q̃ vt habet Philosophus, Potentia diuiditur in potentiam actiuam, & passiuã. Potentia actiua est principium trãsmutandi aliud inquantum aliud, sicut calor est principium quo ignis agit in lignum calefaciendo illud. (Potentia est duplex, actiua & passiua 5.Metap. tex.17.)

Potentia passiua est principium motus vel mutationis ab alio inquantum aliud, omne enim per quod aliquid potest ab alio pati, dicitur potentia passiua eius, sicut id quo lignum potest comburi ab igne, eius potentia passiua dicitur, & id quo potest paries dealbari, dicitur potentia passiua eius, quod intelligendũ est, quãdo illud est in eo quod potest mutari & pati. Cum ergo quæritur, vtrum (Sensus quę siti quis hic ostenditur.) potentiæ sensitiuæ sint passiuæ vel actiuæ, idem est ac si quæreretur, vtrum sint principium quo animal patiatur à sensibili, an magis sint principiũ, quo animal agat in sensibilia, sicut videtur voluisse Plato, vt dicitur de sensu & sensato, qui voluit, quòd visus fieret extramittendo radios ad rem visibilem.

Pati dicitur tripliciter. Sciendum secundo, quod pati tripliciter dicitur.

Vno modo, cum aliquid remouetur à sua naturali dispositione, sicut cum aqua amittit frigiditatem per calefactionem. Secũdo, cum aliquid abijcitur à re, siue sit conueniens naturæ, siue disconueniens, & hoc modo patitur non solum is qui ægrotat, sed etiam is qui sanatur. Tertio, cum aliquid recipit id ad quod erat in potentia absque actione alicuius, & hoc modo id quod erit de potentia ad actum, potest dici pati, similiter omne quod recipit suam perfectionem, hoc modo patitur.

De verit. q. 16.arti.1.ad 13. Sciendum tertio, sicut dicit S.Th. q̃ non sic distinguuntur potẽtia actiua & potentia passiua, vt potentia actiua habeat operationem, non autem potentia passiua, sed secundũ ordinẽ ad sua obiecta. Potentia enim cuius obiectum comparatur ad ipsam sicut agens ad patiens, dicitur potentia passiua. Vnde inter potẽtias animæ potẽtiæ vegetatiuæ sunt actiuæ, agunt.n. ipsum alimentum, alterando ipsum & immutando, intellectus autem possibilis est potentia passiua, quia patitur ab intelligibili, & immutatur ab eo.

Oẽs potẽtię sensitiuę sũt passiuæ tertio modo. Quantum ad secundum ponũtur duæ cõclusiones. Prima est. Omnes potentiæ sensitiuę sunt passiuæ passione tertio modo dicta.

Probatur primo. Si non essent potentiæ passiuæ, sed actiuæ, tũc sensus posset sentire semper sine quocunque exteriori, sed hoc videmus esse falsum. Nõ.n. visus videt, nisi ad præsentiã colorati, neque auditus audit, nisi ad præsentiam soni: ergo &c. consequentia probatur. Potentia actiua cuius operatio est actio immanens, semper potest operari, & non indiget exteriori mouente, sed operatio sensus est actio immanẽs, vt dicitur 9. Metaph. ergo si potentiæ sensitiuæ sunt actiuæ, poterunt semper operari sine exteriori agente. Maior (Text.16.) probatur, quia quòd potentia non habeat suam operationem, potest contingere, aut quia est potẽtia passiua indigens exteriori mouente: aut quia sua actio est actio transiens, ideo requirit subiectum in quo recipiatur: ergo si aliqua potentia non sit passiua, & sua actio non sit operatio transiens,

fiens, poterit semper operari, & non indigebit aliquo exteriori.

Secundo. Potētia comparata ad suum obiectū sicut patiens ad agens, est potentia passiua: sed potentiæ sensitiuæ sunt hujusmodi: ergo &c. consequentia nota cum maiori. Dicitur enim potentia passiua: quia patiendi est principium. Minor est Philosophi dicentis ꝙ sensus patitur a sensibili.

2t. huius Tex. 51. Cōfirmatur. Aut sensus patitur ab obiecto, aut obiectum a sensu. Non autem apparet quam immutationem patiatur sensibile a sensu: ergo dicendum, ꝙ sensus patitur a sensibili: quia recipit similitudinem eius.

Comm. 51. huius libri. Tertio arguitur auctoritate Commen. Dicit enim Commen. Dicamus igitur ꝙ sentire fit per aliquam passionem & motum in sensu a sensibilibus: & infra cum posuit ipsum in genere virtutū passiuarum, dicit primo sensum esse de virtutib. passiuis &c. Item ibidem: Necesse est enim si virtus & sensus essent actiuæ, vt sentirēt ex se, & nō indigerent in sentire aliquo extrinseco, & in toto illo Commen. tenet, sensum esse potētiā passiuā, vnde in fine concludit, ꝙ hæc est prima differentia qua virtutes animæ differunt adinuicem, quia scilicet aliquæ sunt actiuæ & aliquæ passiuæ. *Mens Commentatoris quæ est de hoc quæsito.*

2 Cōclusio. Non est idē dicere potētiam actiuā & operatiuā. Secunda conclusio. Potentiæ animæ sunt operatiuæ. Pro cuius notitia aduertendum, ꝙ apud S. Tho. non est idem dicere, potentiam actiuam, potentiam operatiuam. Potentia. n. dicitur actiua, eo ꝙ in suum obiectum agit. Dicitur autem operatiua, quia est principium alicuius operationis productiuum. Non repugnat autem, aliquam potentiam non agere in suum obiectū, & tamen producere in se operationem, ideo non repugnat, aliquam potentiam non esse actiuam, & tamen esse operatiuam.

Sed dubium occurrit. Nam sicut id quod producit aliquid in se comparatur ad se, sicut agens ad patiens. Si ergo potentiæ sensitiuæ producunt in se sensationem, erunt potentiæ actiuæ in cōparatione ad se.

Respondetur & dicitur primo, ꝙ licet potentia sensitiua agat in se, producendo sensationem; non tamen dicitur potentia actiua, quia cum potētia dicat ordinem ad obiectum, ad hoc ꝙ dicatur actiua, oportet ꝙ in suum obiectum agat.

Dicitur secundo, ꝙ non agit in se simpliciter, quasi sit omnino agens & patiens: sed simul cū similitudine obiecti producit sensationem, ipsa autem sola recipit vnde sola est patiens, non autem agens.

Quæ sit potentia operatiua. Probatur autem conclusio primo sic. Omnis potentia ordinata ad producēdum operationes, est potentia operatiua. Sed potentiæ sensitiuæ sūt huiusmodi, visus enim uisionem, & auditus auditionem, ergo &c.

Ad istam respondebitur fortasse, ꝙ potentiæ non producunt operationem, sed obiectum cum similitudine sui, & potentia se habet tantummodo passiue.

Sed cōtra. Operatio procedēs ab aliquo denominat illud actiue, non aūt denominat terminū, sicut calefactio denominat ignem calefaciētem, non aūt lignū: sed visio non denominat actiue visibile, nō. n. dicimus ꝙ visibile videat, sed magis ꝙ videtur, ergo non procedit immediate à visibili, immo à composito ex oculo & potentia visiua, unde dicitur homo videns, & oculus videns, similiter probaretur de alijs.

Secundo. Operatio immanens manet in suo operante. Sed operationes partis sensitiuę, sunt immanentes, ut dicitur 9. Meth. & manent in potentiis, siue subiectis potentiarum, non autem in obiectis: ergo ipsa obiecta non producunt immediate operationes sensus: sed magis potentiæ, & subiecta potentiarū. Patet igitur ꝙ non est cōtradictio, dum dicimus potentias sensitiuas passiuas esse, & operatiuas, vt supra dictum est. Nam dicūtur passiuæ, eo ꝙ immutātur a suis obiectis; dicūtur aūt operatiuæ, eo ꝙ factæ in actu, similitudinibus obiectorum suas operationes producunt. *Text. 16. Operatio immanens manet in agēte.*

Ad argumenta autem in oppositum respondetur. Ad primum quidem negatur consequentia. Ad probationem dicitur, ꝙ actiuum est nobilius passiuo sibi correspondente, in quod scilicet agit, nō autem simpliciter omne actiuum est nobilius quolibet passiuo. Modo potentiæ passiuæ non sunt passiuum, in quod agāt potentiæ vegetatiuę, vnde ratio non sequitur. Ad secūdum dicitur primo, ꝙ sensibile non causat suam similitudinem in potentia sensitiua, nisi mediante organo corporali, vnde quia organum est quoddā materiale, ideo sensibile potest agere in ipsum, sicut materiale in materiale, non sicut materiale in immateriale, vñ de argumentum supponit falsum, scilicet quòd obiectum agat tantum in potentiam, & non in organum. *Quomodo actiuum est nobilius passiuo.*

Dicitur secundo, quòd non est inconueniens, materiale agere in immateriale actione spirituali, aliquo modo, causando scilicet sui similitudinē singularem in ipso, quo modo dicimus ꝙ obiectum agit in sensum.

Ad tertium conceditur quòd sensus agit, accipiendo agere pro producere operationem, & hoc modo, iudicare est actio, & potentiæ sensitiuæ sunt operatiuæ, quod conceditur. Si autem accipiatur agere, prout dicit actum potentiæ actiuæ proprie, negatur quòd iudicare sit agere, dico enim, quòd iudicare non est agere, sed operari. *Sēsus agit si agere pro producere accipiatur.*

Ad quartum dicitur, quòd mulier menstruata inficit aerem, non per visum, aut visionē, sed quia ex oculis qui sunt corpora ualde porosa, quidam vapores acuti, & subtiles exeunt resoluti a sanguine menstruo, & illi inficiunt speculum. Similiter egrediūtur ex oculis basilisci vapores subtiles uenenosi, qui interficiunt animalia. *Mulier menstruata inficit aerem.*

Ad quintum dicitur, quòd concludit potentias animæ esse operatiuas, quòd concēditur. Similiter concludit sextum argumentum, ideo conceditur quia est pro secunda conclusione &c.

Ad septimum dicitur primo, quòd potentiæ sensitiuæ sunt aliquo modo actiuæ, inquantū producunt operationem, non tamen sunt proprie potentiæ actiuæ, ut dictum est, licet dicantur operatiuæ.

Dicitur secundo, quòd non est sensus illius propositionis, formæ est agere, quòd omnis forma sit

sit actiua, sed quòd omne quod agit, agit per formam, patitur aût per materiam, aut per id quod locum materiæ tenet. Vnde auctoritas illa nô est ad propositum.

ADDITIO.

Dubitatio de visione quomô fiat, an intramittendo vel extramittêdo:

NOTA circa quartum argumentum in quo est sermo de oculis mulieris menstruatæ, & de oculis basilisci venenosi inficientibus aerem, quòd solet fieri quæstio de visione, num fiat extramittendo, uel intramittendo, & multi uoluerunt quòd fiat extramittendo sumendo occasionem ex hoc argumento, & etiam quia si visio fieret intramittendo, tûc sequeretur quòd visus non videret res quantæ sunt, quia oculus non est tâtus, sicut res, nec illud quod recipitur in oculo est maius ipso oculo; cum ergo nos videmus res secundum magnitudines perfectas, quas habent in rerum natura, sequitur quòd visio fiat extramittendo, & non intus.

Præterea sequeretur, ꝙ si intramittendo fieret visio, duo contraria essent in eodem, nam simul videmus album & nigrum: si ergo aliqua visibilia susciperentur in oculo, duo simul essent contraria.

Adde etiam, ꝙ si intramittendo, & non extramittendo fieret visio, tunc sequeretur quòd vna res nunquam apparebit quòd essent duæ, sed hoc est falsum, cum videamus oculo eleuato, vel depresso quòd vna res apparebit duæ.

Opinio Democriti de uisione.

Alex. rônes contra Democ.

Vide Auerr. 2. de anima commé. 74.

Quô visio non pôt fieri p uacuû côtra Democ.

Circa istam difficultatem fuerunt variæ opiniones. Inter quas fuit opinio Democriti ponentis ꝙ a rebus visibilibus defluebant corpora subtilia vsque ad oculum, & res præsentia ipsorum fiebat visio: contra quam opinionem digreditur Alexand. in lib. de Sensu, & Sésato, adducendo plures rationes, & primo quia nô posset percipi distâtia visibilium à visu impedientib. illis corporib. præsentibus oculo. 2. quia aliquod magnum visibile non posset simul totum videri, quia pupilla nô posset existens corpus peruium totum defluxum simul suscipere. Præterea quomodo non laborat visum in videndo, suscipiens tot defluxus, & incidêtibus tot corporibus? & quare êt illa sic subtilia existentia non impedirentur a ventis, & quare etiam oculis clausis non videmus cum sint subtilia? debuissent. n. penetrare oculum excessu subtilitatis.

Opinio Plato. de visione.

Visio fit per lineas, & pyramidê vide Auerr. in li. de Sensu, & Sensate.

Diuinus Plato in Thimeo posuit, ꝙ ab oculis exeût quędam fulgura quibus illuminantur uisibilia & uidêtur, & sic visio fit extramittendo, & mouerunt ipsum rationes supra adductæ: quam opinionem impugnat Arist. in lib. de Sensu, & Sensato, ut est ibi uidere, & declarando ipse Philos. quomodo fit uisio ait, ꝙ à forma rerum uisibilium. s. lumine uel colore immutatur medium illuminatum ad speciê coloris, uel luminis, & medium immutatum immutat uisum, & sic fit uisio rei; cuius similitudo informat organû uisus, qua ueritate posita nullum sequitur inconueniens.

Et ad rationes in oppositum dicitur. Ad primam vt habetur in resp. quarto arg. quæsiti principalis.

Ad secundam dicimus ꝙ si uisio poneretur fieri suscipiendo aliquod quantum, & corporeum, tunc non posset res magna uideri tota simul, sed sic non ponimus, sed illud susceptum est quid spirituale, & impartibile, & est similitudo totius. s. spiritualis & intentionalis, & ideo uidetur tota res licet pupilla sit tanta, sicut in paruo apparet quantum.

Ad tertium dicimus, ꝙ licet albedo, & nigredo, & uniuersaliter extrema sensibilium sint contraria, tamê intentiones eorum non sunt côtrariæ, sed solum dispâratæ, quia in uno puncto medij simul est intentio albi, & nigri, ideo non contrariantur, nec repugnant.

Pro hor up de Auerr. 6. Meta côné. 8. & 7. Met. 23. & Caiet. p.p q.75. in expositione 6. art.

Ad ultimam dicimus ꝙ ideo una res uidetur aliquâdo ut duę, quia cum sint duo nerui procedentes ad oculos, in quorum contactu sua est uis, ubi uniuntur duæ species, quę recipiuntur in extremitatibus oculorum, conuenit unum illorum neruorum eleuari à loco contactus, uel aliquo modo remoueri a loco contactus, & tunc illæ species uisibiles delatæ per neruos in spiritu uisiuo ad sensum communem non uniuntur in aliquo uno puncto, & tunc notificatur, & præsentatur tâquâ duo, & iudicatur esse duo, quantum est ex parte uirtutis uisiuæ, quando ergo dicitur ꝙ unum non potest uideri ut duo, uerum est oculo existente in sua naturali dispositione, sed per modum accidentalem, & innaturalem possibile erit. Vide in 13. particula problematum, problemate 11.

Quô uisus nô uidet extramitêdo sed intra vide D Th. 4. sen. dist. 44. q. 2. art. 1 & 2 cœli lect. 12.

QVAESTIO IX.

An detur sensus agens, sicuti datur intellectus agens.

Causa autem quoniam singularium quidem secundum actum sensus, &c. Tex. LX.



QVAERITVR Nono. Vtrum oporteat dare sensum agentem. Et videtur quòd sic.

Vide Auerr. Comm. 60.

Primo. Omnis potêtia passiua reducitur in actum p aliquod agens, potentia. n. passiua est principium transmutandi ab alio, ut dicitur 5. Metaph. Sed visus, auditus, & aliæ potentiæ cognoscitiuæ sunt potêtiæ passiuæ, ut dictum est in præcedenti quæstione, ergo oportet ponere aliquem sensum agentem, reducentem illas potentias in actum. Si dicatur ꝙ reducuntur in actum ab obiecto sensibili. Tex. 17.

Contra. Nihil potest agere vltra suam speciê, sed species quæ recipitur in sensu, est spiritualis; ergo non potest produci ab obiecto, quod est materiale.

Secundo In omni natura quæ aliquando est in actu, aliquâdo vero in potêtia, est aliquid quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere, sed natura sensitiua aliquando est in actu, aliquando in potentia: ergo in ea est potentia passiua, qua sit omnia fieri, & alia potêtia actiua, qua sit omnia facere. consequentia nota cum minori, visio. n. aliquando est in actu videndi, aliquando in potêtia; similiter est de alijs sensibus. Maior vero est Philosophi, per illam probantis esse in anima intellectum agentem.

Tertio. Si non daretur sensus agens: quæritur, cui attribuatur sensatio. Non potest attribui ipsi potentiæ passiuæ: quia tunc eadem potentia esset actiuá, & passiua. Nô speciei sensibili, quia nô dicimus ꝙ species visibilis videat, sed homo. Cû ergo non attribuatur potentiæ passiuæ neque speciei 3. de anima tex. Cô. 17.

cici sensibili, relinquitur oportere dari sensum agentem, cui operatio attribuatur.

3.de anima. Comẽt.59. Quarto. Commen. dicit, Phil. opinari, ꝙ prima perfectio sensus sit ab intelligentia agente, secunda aũt perfectio sit a sensibilib. Sed prima perfectio sensus est spẽs sensibilis, sicut prima perfectio intellectus est spẽs intelligibilis: ergo datur sensus agens illam spẽm, quam vocat Comment. intelligentiam agentem. Idem vult com. 60.

Respondet ad hoc: Quia quæstio ista a plerisq. prolixe tractata est, nou me in eius determinatione extendam, sed breuib. tãgam, quid ego sentiã. Primo ergo adducam aliquas opin. falsas. Secundo, ponam opinionem quam credo veram.

Quæsiti q(uae) sit sensus. Sciendum tamẽ, ꝙ quęstio ista dupliciter dispu tari põt. Primo. Vtrum oẽs potẽtiæ sensitiuæ cognoscitiuæ sint actiuæ, & de hoc nõ quæro, qa in præcedenti quæst. satis dictum est. Secundo. Vtrũ præter potentias sensitiuas passiuas oporteat ponere aliquam potentiam sensitiuam actiuam, reducentem illas in actu, & de hoc quærĩt hic. 1.opinio. Vna itaq. opinio de sensu agente fuit, ꝙ sensus agẽs est dandus, & ꝙ est extrinsecus a passiuis sensibus, & est quædam intelligentia. s. intelligentia mouens orbem lunæ.

Contra opi. arg. Contra istam opinionem arguitur sic. In naturis perfectis oportet præter agens uniuersale esse etiam agens particulare, sicut in natura humana homo producit hominem tãquam causa particularis. Sed natura sensitiua in animalib. perfectis est natura perfecta: ergo si esset dãdus sensus agens, oporteret dare præter sẽsum qui esset causę uniuersalis, ẽt sensum particularem. Sed si esset substantia separata, esset causa uniuersalis: ergo præter illam oporteret dare alium sensum agẽtẽ, & per consequens ista opinio est insufficiens.

2.arguitur. Secundo. Si sensus agẽs esset substantia separata, sequeretur ꝙ homo præsentib. sensibilib. non posset vti sẽsibus quandocũq; vellet, sed hoc manifeste apparet falsum. ergo &c. Probatur cõsequẽtia. Quia id quod indiget ad suam operationẽ agente extrinseco, non potest operari nisi secundũ beneplacitum agentis.

Dicetur forte, ꝙ quandocunque homo conuertitur ad illam intelligẽtiã, imprimit in sensu spẽm sensibilem: & quia in potestate hominis est cõuertere se ad illam intelligentiam; ideo in potestate eius est sentire.

Sed contra. Aut. n. intelligentia libere producit spẽm in sensu, cum homo conuertitur ad eam, aut de necessitate. Si libere, ergo quantumcũque homo cõuertatur ad illam, poterit non imprimere, & sic non erit in potestate hominis sentire. Si de necessitate, tũc oportet dicere, quod homo per suam conuersionem necessitet intelligentiam ad operandum, quod est pueriliter dictum.

Experientia quoque huic contrariari constat. Nõ. n. in omni visione apparet voluntatem hominis ad aliquam intelligentiam conuerti.

Secunda opinio est quorundam dicentium, ꝙ in anima sunt duplices potentiæ sensitiuæ: quædã enim dicuntur sensus passiui: aliæ vero sẽsus actiui: & ꝙ ponendus est sensus agens, ad hoc vt causet speciem sensibilem in sensu.

Contra istam opinionem arguitur. Quia aut tales potentiæ sunt separatæ ab organo, aut sunt subiectiuæ in aliquo organo. Non primum, qa proprium est partium intellectiuarum esse sine organo, ut patet 3. de anima. Non etiam secũdum, qa aut haberẽt organa distincta ab organis aliarum potentiarum, aut non. Si haberent distincta, tunc videtur Phil. valde diminutus, quia cum determinauerit de organis aliarum potentiarum, omisit determinare de organis istarum. Si habent eadẽ organa, oportet ꝙ in oculo sit potentia visiua actiua, & potẽtia visiua passiua, & sic de alijs organis. Tunc sic. Si in oculo essent istæ duæ potentiæ extensæ ad extensionem organi, tunc aut visus agẽs per se ageret sufficiẽter sine obiecto in visum passiuum, aut simul cum obiecto. Si primũ, tũc visus semper uideret, quia potẽtia actiua sufficiens naturalis sẽper esset approximata potẽtiæ passiuæ. Si secundũ. Contra arguitur. Quia dictæ causæ concurrentes ad vnum effectum, sicut causa prima & secunda, sic se habent, ꝙ causa secũda agit in virtute causæ primę. Sed istæ non possunt sic se habere. Aut. n. obiectum aliquid imprimeret in uisu: aut ipse visus agẽs imprimeret in obiectum. Non primum, quia tunc visus agens esset potẽtia passiua, quod negat. Non ẽt secundũ, quia tũc visio fieret extramittendo, quod est contra mẽtem Philosophi in de sensu & sensato. Tum ẽt, quia cũ aliquid videatur a remotis locis, ridiculum uidetur, ꝙ visus noster imprimat virtutem vsque ad illum locum. Nam cum peruenisset ad locum, esset adeo debilis, quòd obiectum per illam non posset ad tantam distantiam mouere visum. Hoc autem inconuenientius apparet in auditu: quis. n. diceret, auditum nostrum agere in campanam sonantem? Præterea. Phil. nunquam ubi loquitur quomodo reducãtur sensus in actum, facit de aliquo mouente mentionem, nisi dę obiecto & medio, vt patet 2. huius.

Contra istã opin. arguitur Tex.27.

Præterea. Philosophus 3. huius tex. commen. 65. dicit. Vnde & de repercussione est melius quã visum egredientem repercuti aerem, pati a figura & colore. Et quib. verbis habetur, quod non egreditur aliquid a visu quod ad visibile repercutiatur: & per consequens non imprimit potentia visiua aliquid inuisibile: quare ista opinio non est dę mente Phil. Tex 73. Com.65.

Dicetur forte ꝙ sensus agens & obiectum cõcurrũt ad sensationem, non sicut duo agentia subordinata, quorum unũ sit agens instrumentale habẽs uirtutem agendi ab alio, sed magis sicut duo agẽtia particularia ex æquo concurrentia ad eũdem effectum: sicut duo ignes concurrũt ad producendum unum ignem.

Sed contra. Agentia concurrentia hoc modo ad unum effectũ habent formaliter naturam quã producunt, Si enim unum illorum formaliter habeat illam naturam: oportet & ꝙ aliud habeat, sicut duo ignes habent formam ignis unusquisq. in se. Si. n. unum agens haberet formaliter illam naturam, & aliud solum uirtualiter, habens solũ virtualiter, esset agens æquiuocum, nõ cõueniens formaliter cum suo effectu, habens aũt formaliter esset agens uniuocum, & per consequens ista duo

duo agentia non concurrerēt ex æquo ad producendum effectum:sed se haberent sicut sol & homo in generatione hominis. Sed sensus agens non habet. Nullus.n.dicit,visum agentem habere in se formaliter albedinem,nigredinem, & alios colores: ergo non possunt sensus agēs & obiectum esse, sicut duo agentia particularia ex æquo concurrentia.

3. opin. Tertia opinio est aliorum dicentium, ꝙ oportet ponere in anima sensum agentem, correspondentem sensibus passiuis.i.visum agentem, auditum agentem,& sic de alijs: nō ut causet speciem sensibilem in sensu:sed vt causet sensationē in sensu passiuo,puta visus visionē, auditus auditionē.

Ad fundamenta huius opinionis dicetur in tertio huius,quia eisdem fundamētis vtitur ad probandum intellectum agentem esse intellectionis causam, &c.

4. opin. quā dicimus esse veram. Quarta opinio quæ est vera ponit, quòd nullo modo est ponendus sensus agens distinctus a sensu passiuo.

Quæ opinio probatur primo sic,Si in anima esset sensus agens,tunc quæritur de suo obiecto,aut est aliquid sensibile,aut nō. Non secundum, quia cuiuslibet potentiæ sensitiuæ obiectū est sensibile. Non primum,quia tunc talis sensus ageret in ipsum sensibile, cum virtus actiua agat in suū obiectum,hoc autem est falsum : quia tunc sentire non esset actio immanens,quod est contra Philosophum:ergo &c. 9. Metaph. Tex.16.

Respondetur,quod sensus agēs agit ad ipsum sensibile,secundum quod habet esse spirituale in anima per suam speciem.Species.n.sensibilis est immediatum principium receptiuū sensationis, quam producit sensus agens.

Contra istam responsionem arguitur. Primo, quia per illam non tollitur, quin sentire sit actio transiens.Species enim sensibilis est in sensu passiuo secundum eos,& sentire productum per sensum agentem recipitur in specie sensibili;ergo recipitur in alio subiecto à suo agente, & per consequens erit actio transiens.

Secūdo,quia id,quo cognoscens dicitur cognoscere rem cognitam,non tantum est susceptiuum cognitionis,sed etiam productiuum,sed spēs sensibilis est id,quo cognoscens cognoscit, simile.n. simili cognoscitur,vt dicitur 1.de anima:ergo male dicitur, ꝙ species est solum principium receptiuum cognitionis. Tex.62.

2 huius. Tex.60. Secundo principaliter arguitur, quia Philosophus differentiam ponit inter intellectum & sensum,quia obiecta sensuum, & actiua operationis sensuum sunt extra animam, non autem obiecta intellectus,quia obiecta sensuum sunt singularia, obiecta autem intellectus vniuersalia. Ex quibus verbis arguitur. Actiua operationis sensuū sunt sensibilia extra animam:ergo non sensus agēs distinctus ab alijs sensibus. Lect. 5.

Duplex est agens. Respondetur, quod duplex est agens. Vnum disponens ad receptionem actus postremi, sicut disponens ligna ad faciendum nauim,dicitur agens disponens in factione nauis. Aliud est agens perficiēs,quod.s.in subiecto disposito deducit actum postremum, sicut nauifactor inducit formam nauis in materia disposita.Mēs ergo Philosophi est, ꝙ sensibilia exteriora sunt causa disponens operationis sensus, causant.n.spēs sensibiles in sensu, quibus disponitur sensus ad susceptionē actus faciēdi,cum hoc tamen stat, ꝙ sensus agēs sit agēs, perficiens sensationis.

Sed contra,quia Philosophus ibi ostendit differentiam inter sentire,& considerare, quia actiuū sensationis est extra,actiuum autem consideratio nis est intra animam,s.vniuersale. Distinctio autem quæ ponitur inter aliqua secundum diuersitatem actiuorum immediatorum, videtur esse accipienda secundum diuersitatem agentium perficientium,quare responsio nulla est.

Præterea.si Philosophus ibi loqueretur de agēte disponente solum,tunc posuisset aliud agēs perficiens,quod non posuit: quia semper loquēs quo modo reducatur sēsus de potētia in actum, dicit, quòd à sensibili reducitur.

Tertio arguitur auctoritate Comm. dicentis. Necesse est si sensus essent virtutes actiuæ,vt sentirent ex se,& non indigerent in sentire aliquo extrinseco.Item dicit,ꝙ mouens primam perfectionem in sensu,& extrahens eam in secundam,sunt extrinseca sensata. Et ꝙ sensus non mouetur motu qui dicitur comprehensio,nisi a rebus particularibus sensibilibus,& ista sunt extra animam. 2. de anima. Comm. 52.

Ad primam auctoritatem dicunt quidam,ꝙ Commentator arguit contra Philosophos, quos Arist.reprehendit;qui ponebant omnes sensus esse actiuos,tunc enim ista positione facta,sequitur id quod deducit Comment. Comm. 60.

Sed contra est,quia Commen.arguit contra illos Philosophos, non quia ponerēt omnes sensus esse actiuos, sed quia ponebāt sensibilia esse actu in sensu,vt patet tex.52.Philosophi.Ponebant.n. sensum compositum ex sensibilibus, vt possit cognoscere sensibilia. Contra quos arguit Commē. de mente Philosophi. Si sensibilia sunt in sensu,sequitur ꝙ poterit sensus sentire sine sensibili exteriori:quia tunc ibi agens esset sufficienter approximatum passo.

Tenendum est igitur secundum mentem Alb. & S.D.ꝙ non datur sensus agens:sed ipsum sensibile exterius causat per se similitudinē in sēsum, & sensus factus in actu per illam similitudinē,producit sensationem. 2. de anima tract.3. ca.6. S.Do.1.p.q. 79.arti.3.ad primum.

Pro cuius notitia aduertendum secundum Albe.ibidem,ꝙ quælibet forma nata est multiplicare seipsam,inquantum est simpliciter & immaterialis. Vnde cum producitur in aliquo forma secundum esse spirituale, producēs est ipsa sola forma,q̄ ex sua immaterialitate habet,vt possit multiplicare intētionem suam.Cum autem producitur forma secundum esse materiale, producēs nō est sola forma,sed agēs materiale,sicut cum producitur calor intentionalis in aere,solus calor existens in materia,est productiuus illius intētionis, cum autem producitur calor habens esse materiale,non solus calor,sed corpus calidum illum producit. Potest ergo sensibile per se causare suam similitudinem in sensu,quia ipsa forma sola, quæ est immaterialis,intentionem sui immaterialem causare potest.

Ad

Ad rōnes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, sicut ibi dicebatur. Ad improbationem dicitur, ꝙ species quæ in sensu est, est eiusdē rōnis & eiusdem generis cum forma extra animam. Nec valet, quòd illa est spiritualis, & nō ea quæ extra est: quia licet species in sensu sit recepta sine materia, non est tamen totaliter spiritualis, cum non sit abstracta à conditionibus materialibus. Est.n. singularis, sicut illa quæ est extra, & singulariter repræsentat.

Solutio argumentorū.

Dicitur secundo, vt habet S. Thom. ꝙ licet conditio recipiens non possit spēm receptam transferre de genere in genus, potest tamen eodem genere manente, variare speciem receptam secundum aliquem modum essendi. Dicimus ergo, ꝙ sensibile producit formam altioris gradus in sensum, quantum ad modum essendi, quàm in seipso habeat, propter conditionem recipientis, quod habet immaterialiter recipere.

Quæstio. de anima, art. 4. ad tertium.

Si autem instetur, quia agens non est ignobilius forma producta, & sic videtur, ꝙ sicut sensibile nō potest vltra suam speciem agere, ita nec formam altioris, aut perfectioris gradus producere possit.

Respondetur dupliciter. Primo, ꝙ nō est inconueniens formam agentis esse imperfectiorem forma producta, quantum ad modum essendi: quando ex conditione tantum recipientis, forma recepta perfectiorem modum essendi habet.

Secundo iuxta doctrinam S. Thom. respondetur, ꝙ sui similitudinem secundum esse immateriale, & spirituale, in medio & in sensu causare cōuenit sensibili, secundum ꝙ aliquid de proprietate superioris naturæ, idest naturæ spiritualis participat, & vt sic, sensibile nō est inferioris gradus, quam sit forma in sensu.

Quæstio. de Po. quæstio. 5 ar. 8.

Potest secūdo ad mentem Albert. ad principale argumentum responderi, ꝙ tunc forma naturalis vltra suam speciem non agit, quia se sola speciem sensibilem producit, & ipsa est ita essentia simplex in se & spiritualis, sicut species, quę est in sensu.

Albert. tract. 3. c. 1. de anima c. 6.

Ad secundum conceditur, ꝙ in natura sensitiua est aliquid reducens sensum de potentia in actum, sed nō ualet, ergo est sensus agens. Dico n. ꝙ tale actiuum nō est sensus agens, sed sensibile, quod inquantum actiuum speciei sensibilis, pertinet ad naturam sensitiuam. Ad propositionem autem Phil. dicetur in tertio.

Ad tertium dicitur, ꝙ sensatio attribuitur non sensui per se, neque speciei per se, sed sensui informato specie sensibili.

Cui attribuēda est sensatio.

Ad quartum dicit primo, ꝙ per primā pfectionem sensus non accipit Comm. spēm sensibilem, sed potentiam sensitiuam, ꝙ aūt hoc sit de mente eius apparet, eo ꝙ illa verba dicit exponēdo tex. illum Phil. Sensitiui autem prima quidem potentia mutatio fit à generante. Vnde in principio cō. 59. dicit, ꝙ trāsmutatio sentientis, quę fit p agēs, quod educit virtutes sensitiuas de potentia materiæ generās aīal, est similis trāsmutatio hominis de ignorātia ad sciam. Dicitur aūt ista prima perfectio esse ab intelligētia, quia est à generāte virtute cœli moti ab intellectu: aut quia fit à virtute formatiua existente in semine, quæ dicitur intelligentia, eo ꝙ occulte operetur.

Dicitur secundo, ꝙ licet Comm. aliquando videatur ponere sensum agētem extrinsecū, tamen vt ex verbis eius apparet, dubitatiue loquitur.

Auerr. sensū agētē extrinsecū posuisse videtur.

Dicitur tertio, ꝙ non esset forte inconueniens dicere, ꝙ Comm. voluit esse sensum agentem extrinsecū. s. intelligētiam, simul cū sensibili causantē spēm sensibilē, sed hāc opinionē nō sequimur.

Sed contra hanc responsionem & cōtra verba Aristotelis dicentis; primam mutationem sensitiui a generante fieri, dubitatur. Supponitur. n. ꝙ sicut ad actum sciendi requiritur scientia in intellectu, i. ad actualem sensationem species sēsibilis exigitur: ista tria. n. ad actualem sensationem concurrūt. s. potentia sensitiua, spēs sensibilis, & ipsa actualis sensatio. Sicut ad actum sciendi, potentia intellectiua, habitus scientificus, & actualis consideratio. Tunc sic. Per primam mutationem sensitiui de potētia. s. prima in actum primū, aut intelligis acceptionem potentiæ sensitiuæ, aut acceptionem speciei sensibilis, nihil enim aliud in hoc rationem actus primi potentiam terminantis, habere potest. Si potentiæ sensitiuæ acceptionem, tunc hæc prima mutatio est quidem à generante, sed falsum erit, quod inquit Philosophus. Cum autem generatum fuerit sensitiuum, habet iam sicut scientiam: ita & sentire. Nam & potentia sensitiua in hoc ordine non proportionatur scientiæ: ita vt vtrumque sit actus primus eodem modo, sed potius potentiæ intellectiuæ: scientiæ autem spēs sensibilis respōdet: ideo sicut habens virtutē intellectiuam, & nondū scientiā adeptus, dicitur sciēs in potentia, vt habetur tex. 55. qa est talis naturæ, vt sit sciens & sciētiam habeat: & ita habēs potētiam sensitiuam, nondum spē sensibili informatus, dicetur sentiēs in potētia: quia est talis naturæ, ut aliquādo sit sentiens, & spēm sensibilem habeat. Si aūt speciei sensibilis acceptionē intelligis, verum quidem erit, quod cum generatum est sensitiuum, hēt iam sicut scientiam, quia spēs sensibilis in sentiendo scientiæ proportionatur in intelligendo, sed tunc falsum est, ꝙ hæc mutatio sensitiui fit à generante. Non. n. generās animal, speciem rei sensibilis in sensu generat, sicut neque hominem generans in intellectu, species generat intelligibiles.

Tex. 59.

Quæ cōcurrūt ad actualem sensationem.

Pro huius solutione sciēdū, ꝙ licet ad actū sentiendi requiratur spēs sensibilis, sicut ad actū sciēdi requiritur scientia: in hoc tamen duplex est differentia. Prima est, ꝙ scientia ēt post actualē considerationem habitualiter in intellectu remanet. Spēs aūt sensibilis, de qua Phil. in primis intēdit, post sensationem in potentia cognoscitiua nō remanet. Secūda est, ꝙ intellectus antequam informetur habitu scientifico, non est in potentia proxima ad actum sciendi, sed tantū in potētia remota, ppter quod nō pōt tunc homo, quando voluerit, actualiter scire. Sēsus aūt ēt antequā spē sensibili informetur, est in potētia proxima ad sentiēdum, & iō pōt hō, cum voluerit, præsente obiecto extrinseco, & deductis impedimentis, actualiter sentire. Huius aūt diuersitatis rō est, quia nullo alio concurrente, sensibile solum simul spēm sensibilem

Duplex differētia inter sensum & intellectum.

ſibilem in ſenſu cauſat, & actualem terminat ſenſationem, ſimulque & ſenſatio & ſpes ſenſibilis eſſe deſinunt, ſcientia autem nõ ab ipſo ſolo ſcibili, ſed ſimul intellectus agentis actione concurrente cauſatur, ſimulque ſcientia & actus ſciẽdi eſſe nõ deſinunt. Ex his ſequitur, ꝙ per ſe ſenſus exterior eſt in potentia proxima ad ſentiẽdum, vtpote qui ad ſolam obiecti exterioris præſentiam exire poſſit in actum: nec ſpeciem ſine actuali ſenſatione habere poſſit: nõ autẽ intellectus eſt per ſe in potentia proxima ad actualiter ſciendum: cum indigeat actione non ſolum phantaſmatis, ſed etiam intellectus agentis, in ipſo ſcientiam cauſantis, & ſit aliquando ſcientia in intellectu ab actu ſciendi ſeparata.

Corolarium aduertendũ.

Ad argumentum ergo dicitur, ꝙ per primam ſenſitiui mutationem intendit Philoſophus, potẽtiæ ſenſitiuę acceptionem. Antequam .n. animal ſit in actu, eſt in potentia ad eſſe ſenſitiuum: cum autem factum eſt animal, eſt ſẽſitiuum in actu .ſ. primo, nõ autem in actu ſecundo, immo eſt ad ipſum actum ſecundum in potẽtia. Cum autem inſtatur, quia potẽtia ſenſitiua in ſentiẽdo non proportionatur ſcientiæ, ſed virtuti intellectiuæ. Dicitur, ꝙ licet non proportionetur ſcientiæ in ordine operandi abſolute, quãtum tamẽ ad facultatẽ operãdi, proportionatur. Sicut .n. habẽs ſcientiã, põt immediate in actum ſciendi exire, ita & habens ſenſum, in actum ſentiẽdi immediate exire põt, eo quod ad pſentiam ſẽſibilis ſtatim ſentiat, & non oporteat ante ipſum ſentiendi actũ aliquẽ habitum in ſenſu cauſari, qui quãdoq; ſit ab actu ſecũdo ſeparatus. Species .n. ſenſibilis, quia ſimul eſt, & non eſt cum actu ſentiendi, magis actus ſecundi, quam actus primi rationem habet.

Quid intelligendum p primam mutationem.

Ad quintum negatur minor. Eſſe .n. ſpirituale non eſt vnius rõnis in omnibus ſenſibilibus, & non eſt vnus effectus, ſed ſicut ſunt diuerſa ſenſibilia, ita ſunt diuerſa eſſe ſpiritualia.

Quid faciat ſpecies ſenſibilis.

Ad ſextum negatur conſequẽtia, non .n. eſt ſimile de phãtaſmatibus & de formis ſenſibilibus, quia ſimilitudo, q́ eſt in intellectu eſt multo ſimplicior phantaſmate, eo ꝙ recepta eſt in ſubiecto omnino immateriali, phantaſma autem eſt in organo corporali, ideo phantaſma indiget motore extrĩſeco, ad hoc vt immaterialiter recipiatur in intellectu, ſed ſimilitudo ſenſibilis non eſt omnino ſpiritualior forma ſenſibili, cum & ipſa in re materiali recipiatur: ideo forma ſenſibilis ad hoc ꝙ recipiatur in ſenſu, alio motore non indiget.

ADDITIO.

VT ſciantur patroni opinionum harum, quas recitat Auctor, & omnes alij, qui de hac materia ſcripſerunt: eſt notandum, ꝙ prima, & famoſa opinio de ſenſu agente, fuit illa, quam tuerunt Iandunus, & Apolinaris Cremonẽs. Hi aſſerunt duas eſſe potentias ſenſitiuas in quolibet organo realiter diſtinctas, agentem ſcilicet, & patientem, & organum ratione potentiæ, & paſſiui recipit ſpecies, ratione agentis ſentit & agit, & ſenſatio actio eſt.

2. de anima q. 16. q. 13.

Alia fuit opinio ipſius Plotini, quam ſequutus eſt Simplicius in hoc lib. exponendo tex. 51. vnde arbitratur ſenſationem eſſe actionem ſolius animæ, & nullo modo paſſionem; aſſerit enim ſpeciem ſenſibilem in ſolo organo recipi, quæ excitat animam, veluti ſopitam ad ſentiendum, tamen ipſa anima eſt, quæ ſola per potentiam ſibi inhærentem videt, guſtat, olfacit, & cæt.

Opinio prima de ſenſu agente.

2. opinio q̃ ſeqtur Simplicius.

Tertia opinio eſt Romani Egidij de cognitione Angelorum, & Pauli Veneti, & Caietani Tienenſis, & Auguſtini Sueſſani in libello de ſenſu agente.

Tertia opinio Romani Egidij.

Hi enim omnes aſſerunt, ꝙ ad ſenſationem duo neceſſario concurrunt, vnum ex parte obiecti, quod eſt ſpecies & ſimilitudo ipſius, alterum ex parte ſentientis, quod eſt vis, & potẽtia ſenſitiua, & ſi deficit vnum iſtorum, ſenſatio non ſit, ſed neceſſario concurrit vtrunque.

Vnde ſequitur ex hac opinione, ꝙ ſenſatio non eſt aliud, quam receptio, & vnio ſpeciei ſenſibilis cum potentia, & vi ſenſitiua, vnde in medio non dicitur receptio ſpeciei, ſenſatio, quia deeſt vis ſenſitiua, in organo autem animato ſenſatio eſt, ſ. viſio, vel auditio: ob id aliquo modo potentia dici poteſt effectiua cauſa ſenſationis, ſed non ꝙ eliciat actum alium præter ſpeciei receptionem, hęc eſt formaliter ſenſatio.

Sẽſatio q̃d.

Et hanc opinionem tueri etiam videtur Card. Caiet. qui poſtquam ſoluit quæſtionem illam pulchram, ac difficilem, num ſenſus ſit potẽtia ad actum primũ, & ſecundum, an ad actum ſecundum tantum, deducit ſolutionem huius quæſiti, an ſenſus ſit potentia pure paſſiua, & concludit vanam eſſe phantaſium putantiũ dari ſenſum agentem, addendo ꝙ quatuor ſunt, quæ fallunt iſtos pauperes, duo communia, & duo ſpecialia. vide ibi.

Opinio Caiet. Card.

Quarta opinio, quam videtur ſequi Auctor, eſt opinio Alberti Magni lib. de apprehenſione, & in ſumma de homine, hic enim arbitratur, quòd ſpecies in organo eſt principium actiuum ſenſationis, & potentia organica informata per ſpeciẽ, eſt principium ſenſationis, & huius opinionis videtur etiam eſſe D. Th. dicens, ſicut calor eſt principium formale calefactionis in igne, ita ſpecies rei viſæ eſt principium formale viſionis ĩ oculo, & 79. q. 1. p. par. 3. ſoluẽs argumẽtum, ꝙ ſicuti ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita intellectus ad intelligibilia, ſed quia ſenſus eſt in potentia ad ſenſibilia, non ponitur ſenſus agens, ſed ſenſus patiens tantũ: ergo cum intellectus noſter ſit in potentia ad intelligibilia, videtur ꝙ non debet poni intellectus agens, ſed patiens tantum.

Opinio Auctoris eſt Alber. in ſumma de homine.

Opi. D. Th. p. p. q. 56. artic. 1.

Vti ſẽſus ad ſenſibilia ita intellectus ad intelligibilia ex 3. de aĩa tex. 3.

Sed non concludit hoc argumentum, quia ſenſibilia inueniuntur actu extra animam, & ideo non oportet ponere ſenſum agentem, & quia in parte nutritiua omnes potentiæ ſunt actiuæ, in parte ſenſitiua omnes paſſiuæ, in parte intellectiua eſt aliquid actiuum, & aliquid paſſiuum: hoc idem etiam ſcribit de verit. q. 26. art. 3. hanc opi. ſequutus eſt Scot. 2. de anima q. 12. & Capr. 3. ſen. diſt. 14. q. 1.

Vide etiam 2. cont. gent. c. 57. vbi diſputatur de opinione Pla. de vnione animæ intellectiuæ ad corpus. Vide quoque Auctorem in expoſitione illius cap. vbi declarat, quomodo ſenſatio eſt operatio ſẽſus, & quomodo ſenſus eſt potentia paſſiua, & quomodo ſentire conſiſtit in moueri, &c.

Opin. Sever. 2. cont. gent. cap. 57.

QVAESTIO X.

An sensus particularis possit decipi circa proprium sensibile an non.

Dico autem proprium, &c. Tex. LXIII.



Quaeritur decimo, Vtrum sensus particularis possit decipi circa ꝓpriũ sensibile. Et arguitur, quòd sic.

Primo infirmus iudicat dulcia esse amara, ergo sensus gustus decipitur circa suum sensibile.

Iandunus q. 17. Secundo, sicut se hẽt intellectus ad suũ propriũ obiectum, ita & sensus. Sed intellectus põt decipi circa proprium obiectum, tribuẽdo quidditatem ei cui nõ cõuenit, aut quia partes diffinitionis nõ cohærent, vt dicitur in 3. huius: ergo &c.

Iauel. q. 23. Tertio visus iudicat in iride diuersitatem colorum, & tamen ibi non sunt colores illi: ergo &c.

Tex. 12. Quarto si albũ videatur per vitrum viride, apparet viride: ergo circa illud visus decipitur.

Respõdeo ad quæsitum, & duo faciam, Primo præmittam aliqua necessaria ad propositum. Secundo dicam ad quæsitum.

De collo columbæ hẽt sensus errorem. Quãtum ad primum sciendum primo, ꝙ ad veram cognitionem duo requiruntur, s. acceptio similitudinis rei cognitæ, & iudicium de tali re. Sicut si aliquis dẽt vere intelligere quid est homo, oportet ꝙ informetur eius intellectus similitudine hoĩs, & vere iudicet de hoĩe per illam similitudinem, quodcũque istorum nõ fuerit rectum, aut quia similitudo cogniti erit exorta, aut quia iudicium non erit rectum propter aliquod impedimẽtum, non erit illa vera, & recta cognitio. Duo ad verã cognitionẽ requirũtur.

Sciendum secũdo, ꝙ iudicium, vt hic sumitur, dicit quãdam determinationem apprehensionis. Sicut cũ tactus apprehẽdit determinate calidum, dicitur determinare illud esse calidũ, non qa formet hãc propositionem, hoc est calidum, sed quia determinate apprehendit, & percipit illud tãquã calidum, non autem vt frigidum.

Verum iudiciũ, & vera cognitio q̃ sit. Sciendum tertio, ꝙ quando potentia cognoscitiua apprehendit sicut est in re, tunc dicitur vere iudicare, & vere cognoscere, quando aũt apprehẽdit aliter quam sit in re, tunc dicitur false cognoscere, decipi & errare. Sicut cum potentia visiua apprehendit tãquam nigrum, quod est album, decipitur, quando aũt apprehendit tanquam albũ, quod est album, vere iudicat.

Quantum ad secundum opinio Comm. est, ꝙ sensus non errat circa proprium sensibile in maiori parte, in minori vero parte potest errare.

Commẽ. 63. Alia est opin. Alb. Pro sua opi. notat proprium sensibile dici duob. modis. Vno modo, prout est in re secundum esse materiale. Alio modo secundũ quòd est in medio aut organo per abstractionem a materia, s. secundum esse intentionale. Dicit ergo duo. Primum est, ꝙ decipitur multotiens sensus circa sensibile, secundum ꝙ est in re, qa per hoc esse nõ hẽt agere in sensum. Secundum est, ꝙ circa sensibile, secũdũ esse quod hẽt in abstractione (quod sane põt multipliciter variari, secũdũ s. dispositiones medij aut organi) nõ põt errare, qa re vera sensibile tale esse hẽt in abstractione, quale iudicat sensus, licet non habeat tale esse in re. Hęc opinio non est amplectenda. 2. huius tract. 3. ca. 5.

Verum quia iudicium datur de re, secũdum ꝙ in se est, si dẽt esse verum: non aũt vt est in abstractione, uidetur esse magis secũdum intentionem Phil. ꝙ sensus particularis nõ põt errare circa proprium sensibile, secundum quòd est in se.

Propter quod est alia opinio Themistij, quã sequi videtur S. Th. s. ꝙ sensus particularis non põt decipi circa proprium sensibile, tribus cõditionibus obseruatis. Prima est, vt sit debita distãtia inter sensum, & sensibile. Secũda, vt medium sit purum & non impeditum. Tertia, vt organum sit sanum, & nullo modo læsum. Si aliqua istarum conditionum desit, potest accidere error in sensu. Ista conclusio & si non indiget probatione, probatur tamen sic. Naturalis actus vniuscuiusq. rei semper est vno modo, nisi sit impedimẽtum, sed cognitio est naturalis actus cuiuscunque potentiæ cognoscitiuæ: ergo &c. consequentia nota cum maiori, quia natura semper uno modo operatur. Minor uero probatur. Illud est actus naturalis alicuius, ad quod per se & essentialiter ordinatur: sed ad cognitionem per se, & essentialiter ordinatur potentia cognoscitiua, ergo &c. vera opinio.

Sciendum tamen, ꝙ duplex est obiectum. s. formale & adæquatum, & materiale non adæquatũ. Sicut visus obiectum formale adæquatum est color, inadæquatum aũt est albedo, nigredo, & alii colores particulares. Cum ergo dicitur, ꝙ sensus potest errare circa proprium sensibile ꝓpter aliquod impedimẽtum, intelligẽdum est de obiecto materiali inadæquato, non aũt de adæquato, nunquam. n. iudicat visus colorem, quin aliquem colorem uideat, neq. auditus sonum, quin aliquẽ sonum audiat, & hoc videtur intellexisse Philo. dum dixit, & non decipitur visus quoniam color. Duplex est obiectũ formale adæquatũ, & materiale inadæquatum.

Ad rões in oppositum respõdetur. Ad primũ dicitur, ꝙ infirmus dulcia iudicat amara, quia organum est indispositum, lingua. n. est respersa humore amaro quo fit, ut omnia amara uideantur. Tex. Commen. 63.

Ad secundum dicẽdum primo, ꝙ intellectus põt errare per accidens circa proprium obiectum, ex eo ꝙ primæ operationi intellectus admiscetur aliqua compositio, s. aut quia intellectus componit partes diffinitionis sibi non cohærentes, aut quia diffinitio non conuenit ei quod diffinitur. Ad argumẽta.

Dicitur secundo, ꝙ per se põtest errare. s. quando ibi non est aliqua compositio.

Dicitur tertio, ꝙ eodem modo sensus non põt errare per se circa proprium obiectum, põt tamẽ errare per accidẽs ꝓpter aliquod impedimẽtum. Intellectus põt errare p accidens.

Ad tertium dicendum, ꝙ licet non sit illa diuersitas colorũ, est tamen ibi aliquis color, vnde non decipitur circa colorem, sed decipitur circa proprium colorem, propter radios solis reuerberantes ad nubem roridam. Sensus non potest errare per se.

Ad quartum dicitur, ꝙ illud accidit ex defectu medii, s. aeris intercepti corpore viridi.

ADDITIO

Circa id quod habetur in tertia responsione secundi argumenti, ꝙ sensus non pôt errare ꝑ se circa proprium obiectum, potest tamen errare per accidẽs.

Tex. 5.

Dubitaret aliquis, an possit dari aliquod sensibile in actu, ꝙ nõ possit sentiri, quia si datur, grauior difficultas accideret, quõ se haberet sensus circa istud, an erraret, vel non & ꝙ detur istud, ita probat aliquis actus primus potest esse sine actu secundo, vt scientia sine cõsiderare, vt patet in hoc libro, sed sensibile est actus primus respectu sentire: ergo sensibile pôt esse absq; eo quod vnquam sentiatur.

Præterea. sicut est de sensu, ita est de sensibili, sed pôt esse aliquis sensus secũdum actum ita debilis, qui non pôt secũdum actum sentire, sicut sensus subtilior excellit minus subtilem, hic sensus minus subtilis seorsum separatim non sentit per seipsum, licet coniũctus cum alio sentire possit: ergo similiter pôt esse aliquod sensibile, quod non potest secũdum se sentire, licet existens in toto faciat ad sensibilitatem totius.

Actio reqrit determinatã quãtitatem Cõmen. 44.

Adde ẽt, quia quandocunq; est aliquod natum agere aliquam actionẽ sub determinata quantitate, ipsum pôt esse ita paruũ, qđ nõ poterit agere in illã actionẽ: cum ad actionem requiratur debita quãtitas, sicut forma, vt scribit Auer. 8. Phys. sed sensibile est natũ agere in sensum sub determinata quantitate: ergo poterit esse sensibile in actu ita paruum, ꝙ non agat, nec potest agere in sensum, & sic non poterit sentiri.

Opin. Alex. de hac disputatione. Impugnatur Alexand.

Propter has rõnes quę tactæ sunt, dixit hic Alexan. quod sit dare aliquod sensibile seorsum existẽs, quod non pôt actu secundum se sentiri, quæ opinio, vt mihi videtur, nõ pôt stare, quandoquidem si esset aliqđ sensibile, quod nũquam actu posset sentiri, tunc illa potẽtia esset ociosa, qa ponatur ꝙ aliquod sensibile ordinetur ad hoc, quod quãdoque actu sentiatur, & sic si nunquam habens talem potentiam posset actu sentiri, tũc illa potentia non attingeret suum finem, & sic esset ociosa: hoc autem est inconueniens in natura, vt scribitur primo lib. de Cœlo & mundo.

Tex. 32. Tex. 12. Si non datur sentiens, nec dabitur sensibile, & ecõtra.

Et confirmatur, quia quod est impossibile sentiri, impossibile est esse sensibile 3. Metaph. si enim impossibile est esse sentiens, impossibile est esse sensibile: ergo per oppositum à destructione consequentis, si possibile est aliqđ esse sensibile, possibile est ipsum sentiri, & sic omne sensibile in potentia sentiri potest, qa eius est potentia cuius est actus: sed omni sensibili inest potentia sentiendi: ergo & actus sentiendi aliquando competit.

Soluuntur rõnes Alex.

Rationes Alexand. non concludunt.

Et ad primam dicitur, ꝙ quamuis actus primus possit esse sine secundo vt scientia sine considerare, tamẽ existente actu primo, oportet ꝙ secundus actus sit possibilis, & cum est impossibilis actus secundus, nõ inest ei primus actus: vnde concedo, ꝙ aliquod sensibile potest esse, quod non sentitur secũdum actum, sed ꝙ sit aliquod sensibile, quod non possit sentiri, hoc habeo pro impossibili.

Ad secundam dicimus, verum esse ꝙ sensibile, si debet agere in sensum, requirit determinatam quantitatem, sub qua minori agere nõ pôt: sed statim cum pôt esse aliquod sensibile, pôt habere istam quantitatem, quæ sibi sufficit ad mouendũ sensum, aliter. n. nõ esset sensibile seorsum existens, & de tali est sermo.

Vide D. Th p p. q 17 ar. 2. vbi quęrit si in sẽsu sit falsitas.

Ad tertiam quæ est secũda in ordine, dicimus, ꝙ verum est, ꝙ sicut est de sensu, sic suo modo est de sensibili, sed non est aliquis sensus ita debilis seorsum, & diuisim existẽs, qui nullo modo possit sentire, sed bene verum est, ꝙ aliquis subtilior, & vigorosior altero pôt illum alterum excedere in potẽtia sensitiua, quæ secundum se non est nata sentire, quia nec secundum se potest esse separata. Vide. D. Tho. 12. q. 13. art. 5.

Vide ẽt 2. cont. gẽt. c. 66. in quo disputat D. Th. contra ponẽtes sensum, & intellectum esse, vide ẽt Auctorem in expositione illius c. de quæstio principali. vide Auer. asserentem sensum in maiori parte nõ decipi circa proprium obiectũ. vide ẽt Alb. tract. 3. c. 5. & Apollinarem q. 13. & conclude cum Simplicio, & Themistio, & cum Auctore, qui limitat propositionem triplici conditione. Commẽ. 64.

QVAESTIO XI.

Num sensibilia communia sint per se sensibilia.

Communia autem motus, &c. Tex. LXIV.

Quæritur vndecimo. Vtrum sensibilia cõmunia sint sensibilia per se. Et videtur quod non. Iauell. q. 14. vide Egidiũ in com. 64.

Primo. omne quod per se sentitur ab aliqua potentia, continetur sub obiecto formali illius potẽtiæ. Sed sensibilia communia non continentur sub obiecto formali alicuius sensus particularis, vt patet: ergo &c.

Secundo, nulla priuatio sentitur per se. Sed qes est priuatio motus, ergo non sentitur per se. consequentia nota cum minori. Maior vero probatur. Omne quod sentitur sensu exteriori, est præsens sensui. Sed priuatio non potest esse præsens, cum non habeat esse: ergo &c.

Tertio. nullum compositum ex insensibilib. est sẽsibile. Sed numerus componitur ex vnitatibus, quæ sunt indiuisibiles, & per consequens insensibiles: ergo numerus non est sensibilis per se.

Quarto. quãdo aliqua passio cõueniens alicui primo conuenit alteri per se, oportet illa duo esse idem, sicut quia risibilitas primo & ꝑ se conuenit homini, Sorti aũt per se: ideo homo & Sortes sunt idem realiter. Sed esse sensibile, primo & per se conuenit sensibili proprio: ergo si conueniret per se sensibili communi, sensibile proprium & commune essent idem, sed hoc est falsum: ergo &c.

Quinto. omnis potentia debet esse denudata a suo sensibili ꝑ se: sed sensus nõ sũt denudati a magnitudine, ergo magnitudo non est sensibile ꝑ se.

In responsione quæstionis varii sũt doctores. Sent. Alber. tract. 3. c. 5.

Circa istam difficultatem sunt plures modi dicendi, quomodo. s. sensibilia communia sint sensibilia per se. Aliqui. n. volunt, quod dicantur sensibilia per se: quia proprias spẽs, & intẽtiones imprimũt in sensum, per quod distinguũtur a sensibilib. per accidẽs, quæ nõ imprimũt similitudinẽ in sensu: a proprijs autem distinguuntur, quia propria percipiuntur tantum ab vno sensu: communia autem a pluribus. Commen. autem voluit sensibilia communia esse sensibilia per se, quia inferunt passionẽ sensibus: sed differũt a sensibilib. ꝓprijs, quia illa agũt in sensum, inquãtũ sẽsus est, propria aũt agũt in sensum, inquãtũ est hic sẽsus.

Sẽt. cõmen. cõm. 65. quã tenuit D. T. in 4. dist. 49. q. 2. art. 3.

Sicut

Sicut color agit in sensum visus, inquantũ est sensus visus: magnitudo autem agit in uisum, non inquãtum uisus est, sed inquantum sensus est. Hãc opinionem tenuit S. Th. Alium modum assignat in scripto, vbi vult, ꝙ cum sentire sit quoddam pati, & alterari: illud dicitur sensibile per se, quod facit aliquam differentiam in alteratione sensus: vnde dicit Philos. quod a sensibili per accidẽs nihil patitur sensus: relinquens illud esse sensibile per se, à quo sensus patitur.

Lect. 13.

Aliquid dupliciter circa immutationẽ sensus pt facere differentiam.

Differentiam autem circa mutationem sensus aliquid potest facere dupliciter. Vno modo quantum ad ipsam spẽm agentem, idest quantum ad spẽm in sensu, à sensibili agente impressam, secundum quam dicitur sẽsus pati & immutari: & hoc modo sensibilia propria circa immutationem sensus differentiam faciunt: aliam enim spẽm imprimit color, & aliam sonus: & sic de alijs. Vnde quia spẽs in sensu in actu sunt ipsa sensibilia, ad quas potentiæ sensitiuę naturalem aptitudinem habẽt, secundum harum specierum differentiam diuersificantur potentiæ. Alio modo, quantum ad modum actionis, quia. s. diuersificant modum actionis propriorum sensibilium in sẽsum, & hoc modo faciunt diuersitatem sensibilia communia. Alio enim modo immutat sensibile quiescens, & alio modo dum mouetur: similiter alio modo dũ est in maiori magnitudine: & alio modo dum est in minori. Item alio modo plura quam vnum, & alio modo figura pyramidalis, quam figura quadrãgula. Vnde quia non habent sensibilia cõmunia habitudinem ad sensum tanquam spẽs actiuorum. i. tanquam actiua, diuersas spẽs secundum quas immutantur sensus causantia, sed tantum diuersum modum in ipsa specie eadẽ facientia: ideo non diuersificantur potentiæ secundum diuersitatem sensibilium communium.

Contra istã doctrinã arguitur.

Sed contra istum modum arguũt quidam. Videtur. n. hic velle S. Tho. ꝙ sensibilia cõia nõ causant spẽm in sensu. Contra autem arguitur sic.

Primo. color motus aut nihil imprimit in sensu, præter id quod imprimebat quiescens: aut aliquid. Si nihil, ergo motus nõ facit aliquam diuersitatem circa immutationem sensus. Si aliquid, non apparet quid sit illud, nisi sit spẽs: ergo causat similitudinem & speciem in sensum.

Secundo. diuersarum cognitionũ diuersæ sunt spẽs productiuæ: sed alia est visio magnitudinis & alia coloris: ergo alia species vtriusque.

Corroboratur argumentũ.

Confirmatur, quia Phil. inferius loquẽs de sensibilibus communibus dicit, quòd hęc omnia motu quodam sentimus.

Per se dupliciter potest accipi.

Pro solutione harum rõnum, & pro declaratione mentis S. Th. Sciendum primo, ꝙ per se potest accipi dupliciter. Vno modo, prout opponitur ei, ꝙ est per accidens tãtum. Alio modo, vt idem est quod primo. Secundũ primum modum dicimus, ꝙ Sortes est risibilis per se, quia conuenit sibi ex intrinseca natura. Sed secundo modo dicimus, qđ non est per se risibilis: quia esse risibile, non conuenit sibi primo, sed inquantum est homo.

Differentia inter spẽm sensibilẽ, & intelligibilẽ.

Sciendum secũdo, quòd hæc est differẽtia inter spẽm sensibilem & intelligibilem, quod spẽs intelligibilis, quia recipitur in subiecto immaterialí in intellectu, & ratio causandi talẽ spẽm, est natura specifica, ideo naturam immaterialiter, i. sine conditionibus materialib. & particularib. repræsentat. Spẽs autem sensibilis, quia recipitur in organo corporali, & principaliter à particulari materiali, & singulari causatur, ideo rem materialiter & particulariter s. cum conditionib. quibus ipsum sensibile variatur, repræsentat.

Aliud ẽ causare similitudinẽ in sẽsu, & aliud f. re differẽtiã secũdũ spẽm sensibilem.

Sciendum tertio, quod aliud est causare similitudinem in sensu, & aliud facere differentiã secũdum spẽm sensibilem, siue secundum spẽm agentem. Causare. n. similitudinem dicuntur oĩa quæ speciem aliquo modo repræsentatiuam sui in sensum producunt. Facere autem differentiam secũdum spẽm agentem, est spẽm, a qua alteratio sensus specificatur, primo in sensum imprimere, ab alia spẽ specificante differentem: sic quia aliã speciem causat sapor, aliam color, dato etiam ꝙ sint in eodem subiecto, ideo faciunt differentiam secundum speciem sensibilem.

Istis notatis dico primo, ꝙ secundum mentem S. Thom. sensibilia communia habent speciem & similitudinem in sensu, hoc enim expresse ponit 1. parte, vbi dicit, ꝙ similitudo alicuius rei, est in sensu tripliciter. Vno modo primo & per se, sicut in uisu est similitudo colorũ, & aliorum propriorum sensibilium. Alio modo per se non primo, sicut i visu est similitudo figuræ vel magnitudinis, & aliorum communium sensibilium omniũ. Tertio modo nec primo, nec per se, sed per accidens: sicut in visu est similitudo hominis.

1. p. q. 17. ar. tic. 2.

Probatur & rõne. Omne quod cognoscitur ab aliquo sensu per se, cognoscitur per aliquã sui similitudinem, sed sensibilia communia cognoscũtur a sensibus particularib. per se: ergo habent similitudinem in sensibus particularibus.

Dico secundo, ꝙ similitudo sensibilium cõmunium non distinguitur realiter a spẽ propriorum sensibilium, sed est vna spẽs, quæ cum sit principaliter a re materiali causata, obiectum secundũ cõditiones suas particulares repræsentat. Vnde primo & per se, est spẽs proprii sensibilis, per se non, sed non primo est spẽs magnitudinis figuræ quietis, vel motus, numeri, vel vnitatis, ut sicut obiectum proprium, puta color, est cum tali magnitudine, & figura, & quiete & aliis, ita & spẽs repræsentet obiectum proprium cum omnib. illis suis conditionibus.

Replicatur contra S. T.

Si aũt dicat, ꝙ tunc eadẽ rõne illa spẽs repræsentabit saporem, si colori sit coniunctus sapor.

Respõdetur, ꝙ nõ est similis rõ, quia ex diuersitate saporis nõ hẽt color aliq̃ diuersitatẽ, & aliũ modũ immutãdi: sed ex diuersitate & varietate sẽsibiliũ cõium variaẽ color. aliter. n. se hẽt color motus in immutando visum, & aliter quiescens.

Declaratio mẽtis S. Th.

Quod aũt hoc sit de mẽte S. Th. declaratur. In verbis. n. prҫcedẽtib. aut vult ꝙ oia illa obiecta. s. propriũ cõe, & per accidẽs habeãt similitudines diuersas, vnumquodque. s. suã distinctã a similitudine alterius, aut non, sed modo superius dicto. Si primo modo: ergo in sensu particulari erit similitudo substantiæ realiter distincta a similitudine accidentis: ergo sensus particularis cognoscit substantiam, & iudicabit de illa, hoc autem est con-

tra S. Tho. in scripto, vbi vult, ꝙ de rōne sensibilis per accidens est, ꝙ apprehendatur ab alia potentia sentientis, quam ab illa cuius est obiectum ꝑ accidens, s. aut ab alio sensu particulari, si sit sensibile proprium alterius sensus particularis: aut ab intellectu, si sit aliquod vniuersale, aut a cogitatiua, si sit particulare. patet consequentia vltima, quia potentia informata similitudine alicuius obiecti, pōt cognoscere illud, immo de facto cognoscit, si sit sensus exterior: ergo dicendum est, ꝙ sit vna spēs, quæ est primo & per se spēs proprij sensibilis, per se vero & secundario species sensibilis communis, per accidens autem sensibilis per accidens., quia. s. non est species repræsentatiua eius, sed quia est species alicuius quod est in illo, ideo etiam per accidens est similitudo & species eius.

Dico tertio, ꝙ sensibilia cōmunia non faciunt differentiam secundum speciem sensibilem, licet causent speciem in sensu. Illa enim quæ repræsentantur vna specie, non faciunt diuersitatem specierum, omnia autem sensibilia quæ simul in sensibili proprio inueniūtur, vna & eadem specie repræsentantur.

Ad causandū spēm in sēsu alio modo concurrit sensibile propriū, alio modo sensibile commune.

Dico quarto, ꝙ licet ad causandam speciem in sensu cōcurrant sensibilia communia & propria, tamen alio modo concurrit sensibile propriū, & alio modo sensibile commune. Cum enim sensus particularis & sit sensus, & sit hic sensus, sensibile proprium causat illam in hoc sensu, inquātum est hic sensus, sicut color in visum, inquantū est visus; sensibilia autem communia, non causant speciem in sensu, inquantum est hic sensus, sed inquantum est sensus, quia si causarentur in sensu, inquantum est hic sensus, speciem in alio sēsu particulari causare non possent, sicut color speciē nisi in visū causare non potest, hoc autem est falsum. Nam sensibilia communia appellantur eo, ꝙ immutare plures sensus possint.

Ex his patet ꝙ non est diuersitas inter S. Tho. & Commen. nec in scriptis S. Tho. neq. etiam est contradictio, cum S. Tho. dicit in prima parte, ꝙ sensibilia communia habent similitudinē in sensu, in scripto vero, ꝙ non sunt species actiuorum: vult enim in scripto dicere, ꝙ nō causant ꝓprias species & distinctas, cum hoc tamen stat ꝙ habeant similitudinem, quæ non distinguatur a similitudine proprij sensibilis per sensibilia cōmunia modificata.

Dico quinto, ꝙ sensibilia communia sūt sensibilia per se, vt per se opponitur ei, quod est ꝑ accidens, non autem ut idem est ꝙ primo. Secūdum enim Albe. aliquid dicitur sensibile per se, quia ꝑ propriam naturam, & essentiam causa est immutationis sensus, eo ꝙ ipsum est quod habet inferre passiones sensui, & hoc conuenit sensibilib. proprijs & communibus, ideo dicuntur sensibilia per se.

Albertus. Tex. 5. c. 5.

Dupliciter aliqđ est immutatiuum sensus positiue. s. & negatiue.

Attendendum tamen ꝙ dupliciter potest aliquid esse immutatiuum sēsus. Vno modo positiue, tāquam. s. aliquid efficiēs, aut circa ipsam speciem quæ in sensu imprimitur, aut circa immutationis modum, & hoc modo quæ aliquod positiuum dicūt, vt figura & huiusmodi, sensum immutant. Alio modo negatiue, tanquam. s. negatio alicuius positiuæ conditionis in obiecto proprio sensus, & hoc modo dicūtur immutare sensum, quæ nullum positiuum formaliter dicunt, sed tantum negationem, sicut quies. Color. n. quiescens ex ipsa negatione motus habet, vt speciem stabilem & quiescētem, siue cum negatione motus causet in sensu.

Ad rōnes cōtra S. Th.

Ad rōnes igitur contra S. Tho. dicitur, ꝙ non est de mente ipsius sensibilia communia non habere spēm in sensu: sed quòd nō habent spēm propriam, & a spē proprij sensibilis distinctam. Verū tamen inquantum possunt esse contra S. Tho. Dicitur ad primum, quod color motus nihil imprimit in sensu, quod non imprimeret dum quiescebat. Ad improbationem negatur consequētia. Licet. n. nihil imprimat motus aliud a spē sensibilis proprij, tamen diuersificat modum speciei & immutationis, aliter. n. immutatur visus a colore moto, & aliter à colore quiescente. Similiter illa spēs repræsentabat motum, quem non repræsentabat species coloris quiescentis, propter alium modū essendi proprij sensibilis.

Ad secūdum negatur minor. Dico. n. quòd est eadem visio secundum rem, terminata ad colorem, & ad sensibilia communia. Auctoritas aūt Philosophi non est contra ipsum, quia sensibilia communia sentimus motu facto primo & per se a sensibilibus proprijs, sed secundario a sensibilibus communibus.

Ad argumenta principalia respōdetur. Ad primum dr̄ primo, quòd quia sensus particularis & est sensus, & est talis sensus, inquantū sensus cōuenit cum alijs sēsibus: inquantum vero talis sēsus scilicet visus aut auditus &c. ab aliis sensibus differt: vnde sensus particularis duplex habet obiectum, s. obiectum ipsius, inquantum est sensus, & hoc est sensibile: & obiectum ipsius inquātum est talis sensus: & hoc est tale sensibile, s. color, sapor, & huiusmodi.

Dr̄ secūdo, quòd qūo cognoscitur aliquid a potentia: eo modo cōtinetur sub obiecto formali eius. Si cognoscitur a sensu tantum inquantū sēsus continetur sub obiecto ipsius, inquantū est sēsus: nō aūt sub eius obiecto, inquātum est hic sensus. Si cognoscitur à sensu inquantum est hic sensus, continetur sub obiecto formali ipsius inquantū est hic sensus. Sēsibilia igitur communia, quia cognoscuntur à sensu inquantum sensus est, continentur sub obiectio cōmuni sensus. i. sub sensibili, licet sub particulari & proprio sensus obiecto non contineantur.

Ad secundum dicitur, quod priuatio quæ nullā facit diuersitatem in alteratione sensus, nullo modo sētitur per se: sed illa quæ facit talem diuersitatem, vt est quies, sentitur per se: sed non primo.

Dicitur secūdo, quòd licet priuatio hæc nullū habeat esse positiuum, secundum tamen hoc esse priuatum, habet aliquem modum sensibile proprium ad immutandum sensum, quem non haberet, si non quiesceret.

Ad tertium dicit̄, quòd numerus pōt accipi dupliciter. Vno modo formaliter, & absolute, & sic non est sensibilis, vnde non est sensibile commune

mune. Alio modo materialiter, & subiectiue, & sic est sensibile commune, & est compositus ex sensibilibus; numerus enim trium alborũ est compositus ex tribus albis.

Ad quartum negatur maior, non solum enim aliquid est tale per se secundo, quia identificatur ei, cui conuenit per se primo, sed etiã quia necessario concomitatur id, cui primo conuenit.

Ad quintum dicitur, quòd potentia debet esse denudata a suo sensibili proprio, quia est receptiua propriæ similitudinis eius, non autẽ debet esse denudata a suo sensibili communi, quia non recipit similitudinem quę sit propria & primo, & per se similitudo sensibilis communis.

ADDITIO.

De hoc quęsito lege D. Tho. p. p. q. 17. art. 2. & 4. sent. dist. 49. q. 2. art. 2. quibus in locis declaratur latius sensibile per se & per accidens, & quomodo similitudo sensibilium est in sensu tripliciter, lege etiam 3. sent. dist. 13. q. 2. art. 2. & p. p. q. 67. art. 1. lege Alber. in hoc lib. 2. de anima. tract. 3. c. 4. & Scotum 4. senten. dist. 12. q. 3. & Iandu. q. 18. Philoponum, & Themist. c. 12. huius lib.

QVAESTIO XII.

Num color sit proprium obiectum visus.

Cuius quidem est visus, hoc visibile, &c. Tex. XII.

Iandunus q. 21. QVÆRITVR Duodecimo, Vtrum color sit proprium obiectum visus. Et videtur quòd non.

Primo, Obiectum alicuius potentiæ semper potest percipi à tali potẽtia, si sit pręsens: sed color etiam præsens non potest percipi visu in nocte, vt satis patet, ergo &c.

Secundo. Proprium obiectum est, quod sub se continet omnia quæ videntur: ergo &c. consequẽtia nota cum maiori. Minor probatur. Corpora cælestia videntur, & tamen non sunt colorata, ergo &c.

Tertio. Si est color, aut color vniuersalis, aut particularis. Si color particularis, puta albedo, ergo non poterit videri, nisi quod habet albedinẽ, quod est falsum. Si color vniuersalis: ergo visus erit cognoscitiuus vniuersalium, quod est contra Philosophum dicentem, quòd sensus est particularium. 2. huius te. 69.

Quarto. Vnius potẽtię est tantum vnum obiectum, sed visibile est obiectum visus, vt dicit Phil. ergo non est color.

Ordo quęst. Respondetur. Sed pro declaratione istius quæstionis Primo notanda sunt aliqua. Secundo dicendum est ad quæsitum.

Sciendum igitur primo, quòd duplex est obiectum potentiæ, vt superius dictum est, formale, s. & materiale: formale est illud, sub cuius ratione formali omnia referunt ad potẽtiam, sicut bonũ ponimus formale obiectum voluntati, eo quòd vnumquodque sit volitum, inquantum boni rationem habet. Obiectum vero materiale est id, quod obiecto formali est subiectum, sicut virtus quę boni rationem habet: hoc & illud bonum materiale obiectum voluntatis appellatur. Obiectũ materiale quid.

Sciendum secũdo, quòd obiectum formale potentiæ, & est quædam res in se, puta homo, lapis, equus, & huiusmodi, & est obiectum, idest sub hoc quod dico obiectum continetur, denominatiueque dicitur obiectum, sicut homo denominatiue dicitur sciens, ideo in obiecto duplex ratio formalis inuenitur. Vna, s. quæ est eius, inquantum est res talis. Alia quæ est eius, inquãtum est obiectũ. Sicut alia est ratio parietis albi, inquãtum paries est, & alia eius ratio, inquantum est albus. Prima ratio est eius diffinitio, inquantum sibi talis natura est conueniens. Secundã ratio est descriptio quædam obiecti, in ordine, & habitudine ad potẽtiã. Audibile enim dicitur, quòd est immutatiuũ auditus, siue quod ab auditiua potentia cognosci potest. Istæ duæ rationes differunt: quia ratio obiecti, vt est obiectum non attingitur primo & per se a potentia, sed tantum ordinem, & habitudinẽ ad potẽtiam importat, rationemq; obiecti, vt est res, concomitatur, quemadmodum inquit Phil. quòd visibile per se consequitur colorem, ratio autem obiecti, vt est res primo, & per se attingitur a potentia. Tex 67.

Sed tamen aduertendum, quod ad hoc vt potentia in tale feratur obiectum formale, aliquãdo requiritur aliquid, quo obiectum attingitur a potẽtia, & hoc obiectum formale quo dici potest. Sicut quod attingitur à potentia, aut ipsam mouet, dicitur obiectum formale quod.

Sciendum tertio, quòd color potest accipi dupliciter. Vno modo pro extremitate perspicui terminati, vt diffinitur a Philos. in de sensu, & sensato. Alio modo magis extenso vocabulo, vt etiam de principio coloris proprie dicti prædicatur, vt s. hoc nomen color, contineat sub se lucem, & colorem propriẽ dictum, secundum modum, Philosophi dicentis in de sensu, & sensato, quòd omnia corpora colore participant, quia enim non habemus vnum nomen commune luci & colori, ideo vtitur nomine coloris, tamquam nomine cõi; eo quod eorum quę vidẽtur, plurima sunt colorata. Dupliciter sit sermo de colore.

Quantum ad secundum hæc est prima cõclusio. Obiectum formale visus inquantum est obiectũ, est visibile, cuius ratio est. Esse primo immutatiuum visus: aut si à modo immutandi sumitur, ratio est, esse sensibile per medium extrinsecum diaphanum sine mutatione reali medii, aut obiecti, aut organi. Obiectũ formale visus est visibile.

Probatur. Illud est obiectum potentiæ inquantum obiectum, per quod vna potentia distinguitur primo ab altera inquantum est potentia: sed per visibile visus distinguitur ab aliis sensibus exterioribus: ergo &c. consequentia nota cũ maiori: quia potentiæ ex obiectis, inquantum potẽtiæ sunt, distinguũtur primo. Minor probatur. Vnus sensus distinguitur ab aliis secundum immutatiuum proprium: aut per suum modum immutandi à Quomodo vnus sensus distinguitur ab alio.

di à suo subiecto, quia sensus cum sint potentiæ passiuæ,habent a propriis obiectis immutari,sed visibile dicit proprium immutatiuum,& propriũ modum immutandi visus,secũdum quòd importat rationem dictam,nullus enim alius sensus immutatur à suo obiecto per medium diaphanum extrinsecum sine reali mutatione medii aut organi,aut obiecti,vt videbitur inferius:ergo &c.

Secunda cõclusio. Obiectum formale quod importat rationem formalem,quæ primo, & per se attingitur in obiecto,est color,secundo modo acceptus,non primo modo. Secunda pars huius cõclusionis patet per argumenta in oppositum.

Prima vero pars probatur. Aut obiectũ visus est color in communi acceptus modo dicto, aut hic color in particulari,albedo,s.aut nigredo,aut huiusmodi:aut lux,aut color proprie dictus. Nõ potest esse color particularis,quia vt arguebatur prius,tunc nihil posset videri, nisi quod haberet illum colorem:puta albedinem,quia nihil potest percipi à potentia, nisi quod participat formalẽ rationem obiecti illius potentiæ,hoc autem videmus esse falsum:non enim videmus tantum albedinem,neque tantum nigredinem:sed & albedinem,& nigredinem,& lucem,& alios colores. Eadem ratione non potest esse lux,aut color proprie dictus:quia si esset lux, corpora quæ non essent lucida,videri non possent: si vero proprie dictus: corpora cælestia quæ non sunt proprie colorata, non videremus:relinquitur ergo quòd obiectum visus sit color in communi acceptus,modo dicto.

Corpora nõ lucida non videntur.

Vide Alber. Bacchifer.

Secundo,omnia quæ videntur,videntur,aut qa habent colorem proprie dictum,aut quia habent lucem,ergo color vt nominat quoddam commune colori proprie dicto,& luci, est obiectum formale visus,patet consequentia ex ratione obiecti formalis superius posita.

Obiectũ formale quo ẽ lux.

Tertia conclusio est. Obiectum formale quo visus suum obiectum attingit est lux:patet, quia color non videtur sine luce, vt dicitur text. 67. & 73.

In qq. de verit. q. 14. art. 8. ad 4.

Sed tunc occurrit dubium. Nam vt S. Tho. dicit lux nõ est visibilis nostris visibilib. ergo nõ debet color,secundum quòd se extendit ad lucem,esse obiectum visus.

Ad hoc respondetur,quod lux, si recipiatur in corpore interminato, & vt ipsa est interminata, non est visibilis,tamẽ lux vt est terminata, aut ad aliquod corpus per reflexionem,verbi gratia, qa reflectitur ad aliquem parietem, aut quia est in corpore terminato, sicut est in astris,potest videri,& hoc modo continetur sub obiecto visus.

Obiecta materialia sunt naturæ colorata.

Quarta conclusio est. Obiecta materialia visus sunt naturæ coloratæ. Probatur. Illud in quo inuenitur formale obiectum potẽtiæ alicuius, est ipsius obiectum materiale, sed color est obiectũ formale visus: ergo &c.

Ex istis infertur non esse contradictionem in verbis S.Thom.dum aliquando dicit colorem esse obiectum materiale visus, aliquãdo vero quod est formale. Si enim comparetur ad lucem quæ est obiectum formale quo,habet rationem obiecti materialis, si autem comparetur ad res coloratas,habet rationem obiecti formalis, vnde lux dicitur obiectum formale,quo aliquid attingitur à visu, sed color est obiectum formale,quod primo & per se attingitur.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo,ꝙ obiectum potest semp percipi à potentia, quandocumque sunt dispositiones requisitæ,si autem non sint tales dispositiones,non potest percipi à potentia.

Quid requiritur ad hoc vt potentia visiua videat.

Dico secundo,quòd cum lumen non est in aere,non sunt dispositiones requisitæ ad visionem, requiritur enim aerem esse illuminatum,ad hoc vt potentia visiua videat.

Ad secũdum patet ex dictis,quòd si accipiatur color proprie,illud nõ est obiectum, sed color cõmuniter, & tunc negatur minor, corpora enim cælestia dicuntur colorata isto modo,quia habẽt lucem.

Ad tertium dicitur,quod est color vniuersalis.

Rõ vniuersalis potest dupliciter à potentia attingi.

Ad improbationem dicitur,quod ratio vniuersalis potest dupliciter attingi à potentia. Vnõ modo per abstractionem à particularibus, alio modo in particularibus, quando scilicet particulare attingitur,non inquantum habet talem rationem particularem :sed inquantum participat rationẽ vniuersalem primo modo, vniuersale apprehenditur tantum ab intellectu : alio modo potest etiã apprehendi à sensu,& hoc modo visus apprehendit rationem coloris,non enim particularem colorem attingit, nisi inquantum vniuersalem coloris rationem participat.

Vnius potẽtiæ est vnũ obiectum.

Ad quartum dicitur, quòd vnius potentiæ est vnum obiectum secundum vnam cõsiderationẽ, sed secundum diuersas considerationes possunt esse diuersa obiecta,visibile autem & color sunt diuersa obiecta secundum diuersam consideratio nem accepta,vt dictum est in quæstione.

ADDITIO

QVIA auctor adducit in tertio notabili definitionem coloris traditam ab Arist. in lib. de sensu,& sensibili.dicens, quòd color est extremitas perspicui in corpore terminato,hæc definitio patitur difficultatem, siquidem videmus, quòd qualitas non potest esse extremitas,quia extremitas est in genere quantitatis, & essentiæ prædicamentorum sunt impermixtæ, vt scribitur primo Poster. sed color est qualitas de tertia specie qualitatis:igitur color non est extremitas.

Cap. 1. Dubium de diffinitione coloris. Tex. 35.

Præterea,quod est in extremitate,non est extremitas,quia nihil suscipit seipsum,vt ait Auerr. 3. de anima,sed color suscipitur in extremitate:ergo color nõ est extremitas.

Comm. 4. Color ẽ extremitas perspicui in corpore terminato.

Adde etiam quia extremitas est quid indiuisibile, cum sit terminus,terminus autem est indiuisibilis, qa si terminus esset diuisibilis,tunc terminus haberet terminum,& ille terminus haberet alium terminum, & sic ad infinitum, extremitas ergo terminus existens est indiuisibilis simpliciter,sed color est diuisibilis, qa passiones naturales in infinitum diuiduntur, sicut & corpus in quo reperiuntur,vt patet 6.Phys.ergo &c.

Vel color ẽ motus diaphani secundum actum.

Nisi dicamus, quod extremitas potest capi tribus modis, primo pro extremitate corporis, vt corpus

& illa

& illa est superficies, quæ est longitudo cum latitudine, cuius extrema sunt duo puncta, & sic color non est extremitas.

Extremitas capitur tripliciter.

Color est epiphania .i. super apparentia secundum Pythagoric.

Potest secundo accipi pro extremitate perspicui secundum quod perspicuum est, & sic etiam color non est formaliter extremitas, quia secundum quod corpora colorata terminata substant colori, & recipiunt colorem, non est idem esse cum colore, cum nihil substet sibijpsi, nec est ratio quod aliquid substet sibi, sicut nihil recipit seipsum, nec est causa in recipiendo ipsum, vt scribit Auerr. 3. de anima, sed extremitas perspicui vt perspicuum est, est illud, ratione cuius corpora colorata suscipiunt colorem, & substant colori immediate, quandoquidem est eadem naturalis proprietas, secundum quam colorantur, id est recipiunt colorem illa, quæ colorātur ab exterius, scilicet lumine sibi ad extrinsecus adueniente, & ea quæ colorantur .i. intrinsecus, scilicet per commixtionem suorum simpliciū principiorum, nam vnius suscepti debet esse vnum susceptiuum: vnde ea quæ colorantur exterius, recipiunt colorem ratione perspicui, ita quod perspicuitas est propria dispositio ad susceptionem coloris, ob hoc dixit Alex. quod diaphaneitas in corporibus est materia coloris: ergo in corporibus solidis, & quæ interius colorātur colore sibi proprio & permanente, ipsa perspicuitas est susceptiua coloris, certum autem videtur, quod non est susceptiuum coloris secūdum actum, nisi secū dum extremitatem suam; ergo extremitas perspicui vt perspicuum, est receptiuum coloris in corporib. terminatis & solidis, & est illud quo mediante corpora substant colori immediate; ergo nō est essentialiter color, nec econuerso. Primum vero sic proboꝛ illa quorū vnum suscipit magis & minus, & in ipso est motus, & in alio non est motus, nec magis & minus, nō sunt idē quidditatiue; sed color, & extremitas primo mō sumpta, ita se habent, vt patet ex prædicamentis: igitur nō sunt idem.

Comm 4.

Colo, & superficies differunt. vide Alex in paraphrasi de anima c. 12.

Color & visibile licet sint idem subiecto, ratione tamē, & diffinitione distinguuntur. Vide Them. 2. de anima c. 12.

Tertio modo capitur extremitas pro qualitate secunda consequēte mixtionem perspicui cum lumine, & opaco in corpore terminato, & sic est color, & ponitur extremitas in definitione coloris ad modum generis, non quod sit genus coloris, sed dicitur poni tanq̄ genus, quia extremitas est communis ad extremitatē corporis, secundum quod est corpus, & diaphani, secū dum quod diaphanum est, & determinatur per hoc q̄ subiungitur, diaphanum in determinato corpore.

Color alb. & color niger sunt elementa colorum mediorum. Vide Auerr. cont. Burleum, & alios negantes colores medios esse compositos ex extremis. Vide Caiet. Cardin. 2. de anima ca. 6, in quo disputat de diffinitione coloris, & luminis.

Quibus stantibus dicitur ad primam rationem, q̄ concludit colorem non esse extremitatem primo modo sumptam, quod concedimus, sic quoque concludit ratio secunda & tertia.

Sed nota, quod quando dicitur, color est extremitas perspicui in determinato corpore, si ly extremitas capiatur pro extremitate perspicui vt perspicuum est, sic est materialis prædicatio, & non essentialis, sed si caperetur extremitas pro qualitate consequente mixtionem lucidi cum perspicuo, & opaco in terminato corpore, tunc est prædicatio essentialis, & color est illa extremitas essentialiter, corpus terminatum est illud, qđ habet in se aliquod terminatum in quo videtur, sicut corpus interminatum est illud, quod non habet in se aliquod terminatū per quod videri posset, vt aer, & aqua, quæ recipiunt colorem, & lumen cuiuslibet luminosi, vel odorati, & non habent aliquem colorem determinatum. vide D. Tho. 1. sent. dist. 17. quæst. 1. art. 1. & in quæst. de malo. quæst. 2. ar. 2. vide 2. 2. q. 1. ar. 3. quomodo color est obiectum materiale visus, & lumē est obiectum formale.

QVAESTIO XIII.

Vtrum lumen requiratur ad visionem propter colorem.

Lumen autem est huiusmodi actus diaphani &c Tex. LXIX.

QVÆRITVR xiij. Vtrum lumen requiratur ad visionem propter colorē. Et videtur quod sic. Iauellus in hoc 2. q. 17.

Primo. illa quæ cognoscuntur ab aliqua potentia, cognoscuntur per vnam rationem: sed color & lux sunt visibilia à visu: ergo aut oportet conuenire ea in vna natura communi, quod non est dicēdum, aut oportet, quod vnum eorum ad aliud reducatur. Aut ergo lux videtur per colorem, aut econuerso color per lucem. Non primū, quia lux est obiectū formale visus, vt dictum est supra, ergo est visibilis per lucem: ergo lux requiritur propter colorem: consequētia nota cum minori ex supradictis. Maior probatur, quia vnius potentiæ est vnum obiectum formale. Quæst. præcedenti.

Secundo. Color est extremitas perspicui in corpore terminato, vt dicit Philos. in de sensu, & sensato. Sed perspicuum non est actu perspicuum, nisi per lucem: ergo color non erit actu color, nisi p̄ lucem, & per consequens lumen requiritur propter colores.

Tertio. Ille qui est in tenebris, videt colorem qui est in lumine, non autem qui est in lumine videt colorem existentem in tenebris: ergo signum est, quod lux requiritur propter colorem. Existens in tenebris qd videt.

Quarto. S. Thom. dicit. quod lumen facit omnes colores esse visibiles actu: ergo lumen requiritur propter colores. 1. par. q. 67. ar. 2. ad tertium, & qu. 79. art. 3. ad 2.

Respondeo, quod quærere vtrum lumen requiratur propter colorem, est quærere, vtrum color non habeat ex se, vnde possit mouere diaphanum: sed indigeat lumine extrinseco, dante sibi istā virtutem diaphanum immutandi, an magis requiratur ex parte medii, ad hoc vt intentionem coloris recipere possit. Sensus quæstionis quis sit.

Circa istam itaque difficultatem aliter opinantur Auempace & Auicenna, aliter Alexander & Auerrois. Illi enim scilicet Auempace, & Auicēna videntur velle, quod lumen requiratur ꝑpter colorem, scilicet quod color medium visus immutare non possit, nisi recipiat actum luminis. Alexā der autem & Auerrois tenent, quod nō, sed quod ipse color sit per se visibilis, lumē autem requiratur propter medium. Comm. 67.

Istas opiniones nititur concordare Alber. notans, quod color habet duplex esse, scilicet materiale, & formale. Materiale esse habet per qualitates tangibiles, secundū quas transmutatur materia, s. calidum, frigidum, &c. Ista enim causant ipsum in subiecto materialiter, eo quod s̄m diuersam commixtionem harum qualitatum sequitur alius, & alius color, & istæ qualitates nō ingrediū tur essentiam coloris, sed causant ipsum materialiter. Esse autem formale habent colores per lucem Tract. 1. 3. c.

cem. Lumen enim in extremitate perspicui terminati per mixtum opacitati causat colorem, & lumen est vera substantia coloris.

Opinio Alberti vbi supra.

Isto notato duo dicit Alber. Primo, quod colores secūdum esse materiale actu sunt in tenebris. sed non mouent diaphanum, & hoc modo verum dixerunt Alexand. & Auerroris. Secundo, quod colores non sunt actu in tenebris secundum esse formale, vnde color non est actu color, nisi in lumine: & hoc modo verum dixerunt Auempace, & Auicenna.

Sed contra istam opinionem inquantum eius verba sonare videntur, quòd lumen extrinsecum est substantia coloris, & quod colores nō habent esse actu, nisi in lumine extrinsecus adueniente, potest argui. Primo contra suppositum, s. quod lumē extrinsecum sit forma coloris, & tota sua substantia. Suppono primo, quod aliquid dicitur esse in actu, quando substantia sua est in actu, non autem quando solum suum obiectum est actu, non enim dicimus, quòd color est in actu, quia lignū quod potest suscipere colorem est in actu, sed q̄a substantia ipsius coloris est in actu. Secundo suppono, quòd lumen causatum à sole, durans tantū per diem, habet esse per modum transeuntis: patet, quia habet esse tantum ad præsentiam solis, ideo recedente sole, deficit. Tunc arguitur sic. Si lumen est substātia coloris, sequitur, quòd nullus color sit passibilis qualitas, ad modum quo loquitur Philos. in prædicamentis: sed hoc est contra mentem Philos. expresse; ergo &c. Probatur consequentia, secundum Philos. in prædicamentis, colores dicuntur tunc passibiles qualitates, quando sic formati sunt ex firma causa, quòd non facile recedunt: sed si lumen extrinsecum est substantia coloris, nullus color est talis, vt non facile recedat: ergo &c. Probatur minor. Remota forma, & substantia rei, remouetur res ipsa: sed lux facile remouetur, vt patet ad absentiam solis: ergo si est substantia colorum, quilibet color facile recedet: ergo non cum difficultate.

Lumen non est sub coloribus, vt Albertus opinatur.

cap. de qualitate.

Secundo contra principale dictum arguitur. Supponitur enim q̄ qualitates de tertia specie acquirantur, & deperdantur per alterationem, hoc suppositum est Philosophi. Tunc arguitur sic. Si colores non habent esse actu, nisi in lumine: ergo recedente lumine, colores amittunt esse actu: sed hoc est falsum: ergo &c. patet consequentia, quia oppositum consequentis infert oppositum antecedentis. Sequitur enim recedente lumine, colores retinent esse actu: ergo colores habent esse actu sine lumine. Falsitas probatur. Qualitates de tertia specie desinunt esse per alterationem, sed color propter absentiam luminis non desinit esse per alterationem, ergo &c. Probatur minor. Omnis alteratio est à contrario ad contrarium, sed per absentiam luminis corpus non accipit colorem oppositum colori præexistenti, quia per te nullus color habet esse sine lumine extrinseco: ergo &c.

7. Physi. Tex. 12. & 14.

Alteratio quomodo fit.

Tertio. Si color haberet esse actu per lumen extrinsecum, non esset idem color, nisi ad præsentiā eiusdem, & tanti luminis, quia idem esse est ab eadem forma, sed hoc est falsum, quia ad lumē parūę candelæ apparet idem color in homine, qui apparebat ad lumen solis: ergo &c.

Videtur igitur tenendum cum Alexandro, Auicenn. & San. Thom. quòd in visione requiritur lumen propter medium, non autem propter colorem, ita. s. quod lumē faciat colores actu colores, & det eis virtutem diaphanum immutandi.

Pro cuius opinionis declaratione. Primo vidēdum est, quid sit color. Secundo, propter quod requiratur lumen.

Sciendum itaque primo, quod licet perspicuū secundum proprietatem vocabuli, videatur significare corpus transparens susceptiuum puri luminis per totum, tamen aliquando sumitur pro omni eo quod est susceptiuum luminis quocunque modo, siue inquam puri, siue obumbrati.

Perspicuum quid significat.

Sciendum secundo, quod quia perspicuitas significat qualitatem quandam & naturalem potētiam, secundum quam aliquid est susceptiuum luminis, conuenit sibi terminus, quemadmodum corpori in quo est. Inter corpora autem est aliqđ corpus quod dicitur interminatum, quia non terminatur proprijs terminis, sed alienis, sicut patet de aere, & aqua, quæ secundum quod ad diuersa corpora terminantur, recipiunt diuersas figuras, quoddam autem est terminatum propriis terminis, vt terra. Ita quoddam est perspicuū interminatum, quod scilicet in se non habet causam propriæ lucis, quæ est terminus perspicui, per quam videatur quoddam, quod in se causam propriæ lucis habet, & dicitur terminatum.

Perspicuitas quid sit.

Diffinit ergo Philo. in li. de sensu, & sensato colorum, quòd est extremitas perspicui in corpore terminato, id est est actus, & forma perspicui apparentis in extremitate & superficie corporis terminati cum corpore. s. opaco terrestri commixti, & propter hoc propriis terminis terminati. Solū enim hoc corpus est coloris susceptiuum, & licet sit totum coloratum, eius tamē color in sola eius extrinseca superficie apparet. Ex quo patet, quod formale in colore est lux, quæ est actus, & forma perspicui, materiale autem est ipsum perspicuū terresti opaco permixtum, & propriis terminis terminatum, & propterea bene dicitur, quod color est quædam lux obumbrata.

Quid sit color.

Quantum ad secundum. Sciendum primo, qđ cum non omne agens agat in omnem materiam, sed determinatum agens in determinatam, oportet inter agens, & patiens esse aliquam proportionem. Vnde ad actionem aliquando requiruntur aliquæ dispositiones ex parte agentis, vt ipsum agens sit sufficiens ad agendum, sicut ad hoc vt homo generet, requiritur ætas perfecta, vt dicit Philosoph. Aliquę etiam dispositiones requiruntur ex parte materiæ, vt possit recipere actionem agentis, sicut ad hoc vt aliquid suscipiat actionē dolabræ, requiritur vt non sit materia nimis dura: sed aliqualiter mollis.

Agens oportet vt habeat dispositiones suas & similiter patiens.

12. huius Tex. 14.

Sciendum secundo, quod cum in actione requiratur agens dispositum, & materia disposita, & non possit prouenire actio sine dispositionibus agentis & materiæ, dispositiones materiæ non requiruntur propter agens, quasi dent virtutem agentis ad operandum, sed tantum requiruntur

propter

propter materiam, vt possit suscipere actionem agentis. Similiter dispositiones agentis non requiruntur propter materiam, vt sit apta ad recipiendum actionem agentis, sed tantum propter agēs, vt sint potentes ad agendum.

Sciendum tertio, quod de lumine possumus loqui dupliciter. Vno modo de lumine exteriori à colore, scilicet de lumine causato à corpore lucido in diaphanum interminatum. Alio modo de lumine intrinseco colori, color enim componitur ex luce, & secundum diuersam participationem lucis, vt dicitur in de sensu & sensato, diuersi colores distinguuntur.

Responsio ad quæsitū. Tunc ad quæstionem respondetur tribus conclusionibus. Quarum prima est.

Lumen extrinsecum requiritur propter diaphanum, causando in illo suā similitudinem. Probatur. Ad omnem actionem requiritur dispositio materiæ & agentis, vt dictum est, sed lumen est dispositio materiæ, in quam agit color, est enim color motiuus diaphani illuminati, vt dicit Philos. ergo &c. Tex. 61.

Lumen extrinsecum propter diaphanum, intrinsecum propter colores tātum requirūtur. Secunda conclusio. Lumen intrinsecum colori requiritur propter colorem, & facit ipsum visibilem. Probatur. Vnumquodque agēs est actiuum per formam suam, sed lux intrinseca colori est forma eius, vnde dicit Philos. quòd lumen est colorū hypostasis: ergo agit per lucem, & causat suam similitudinem in diaphano, & per consequens est visibilis per lucem intrinsecam.

Tertia conclusio. Lumen extrinsecum non requiritur propter colores, quasi det coloribus virtutem motiuam diaphani. Probatur. Illud quòd secundum se conuenit alicui, non conuenit illi per aliquod extrinsecum, sed per principium formale extrinsecum, sed visibilitas conuenit per se colori, vt dicit Philosophus: ergo &c. Tex. 67. 2. huius.

Ad istam rationem respondetur negando maiorem, dicimus enim quod virtus nutritiua per se nutrit, & tamen nutrit per calorem.

Sed contra, probatur maior. Quod cōuenit alicui per propriam formam, nō conuenit ei per aliquod extrinsecum, quia forma non est extra id, cuius est forma: sed quòd conuenit alicui in primo, aut secundo modo perseitatis, conuenit per propriam formam: ergo &c. Instantia autem non valet, quia licet id cui conuenit operari per propriā formam, non indigeat forma alia, tamē potest indigere instrumento, cui tribuat virtutem operandi, & ita est de virtute nutritiua, vnde non est ad propositum.

Propter qd requiritur lumen. Corrollarium. Lumen requiritur propter medium. Probatur. Aut requiritur propter colores, aut propter medium, vt patet ex diuersitate opinionum: sed nō propter colores, vt probatum est: ergo propter medium, s. vt sit aptum recipere similitudines colorum. Lumen ergo est aliquid requisitum ad visionem: non tamen est propter colorem, sed propter materiam in quam ait color, s. propter diaphanum, quia est dispositio eius, ad hoc vt suscipiat intentiones coloris.

Sciendum tamen, quòd posset saluari opinio Alberti dicendo, quòd per colorem in actu, possumus duo intelligere, s. aut colorem habentem esse actu per formam intrinsecam actu, non tamen mouentem diaphanum, aut colorem actu imprimentem speciem in diaphano: Albertus ergo forte intellexit (saluo semper meliori iudicio) vt potest haberi ex fine illius capituli, quòd color non est actu color sine lumine, idest non actu causat similitudinē in diaphano sine lumine extrinseco. Sensus opinionis Alb. Habet tamen actu esse coloris primo modo per lucem sibi intrinsecam: & sic esse actu isto modo immediate dicto, sese habet ad esse actu alio modo dicto, sicut materiale ad formale: non tamē ꝓpter hoc sequitur, qđ lumen requiratur propter colores; quia nec ipse Albertus hoc dicit.

Ad rationes in oppositū respondetur. Ad primum dicitur primo, quod omnia visibilia sunt ꝑ vnam naturam, scilicet per naturam luminis, color enim est etiam visibilis per lumen intrinsecū; non tamen omnia sunt visibilia per lumen extrinsecum, scilicet quòd ipsum lumen extrinsecum det omnibus visibilibus virtutem mouendi diaphanum. Solutio rationum aduersariorū.

Dicitur secundo, quòd nec lumen extrinsecum per colorem, nec color per lumen extrinsecum videtur, sed vtrumque per rationem communem luci & colori innominatam, dictum est enim supra quæst. præcedenti, quòd color vt continet sub se lucem, & colorem proprie dictum, est obiectum visus.

Ad secūdum dicitur primo, quod perspicuum potest accipi dupliciter. Vno modo, pro eo quod est susceptiuum luminis per totum. Alio modo, pro eo, quòd est susceptiuum luminis in extremitate tantum.

Dicitur secundo, quòd subiectum quod est potentia respectu coloris, est perspicuum secundo modo, & istud non efficitur perspicuum in actu per aliam lucem à colore; vt compositum ex illo subiecto & luce sit subiectum coloris, sed per ipsum colorem, qui est quædam lux obumbrata, sicut lumen purum est actus diaphani interminati facti diaphanum in actu per ipsummet lumē, & non per aliquid aliud.

Dicitur tertio, quòd si in maiori intelligatur de perspicuo in actu, idest de composito ex luce, & susceptiuo lucis, sic negatur; non enim color recipitur in tali composito, nec sic intellexit Philos. si autem intelligatur de perspicuo, idest de corpore susceptiuo luminis terminato, tunc negatur minor: immo dico, quod sit actu per ipsum colorem. Perspicuum potest dupliciter accipi.

Ad tertium dicitur, quod causa quare ille qui est in tenebris videt colorem existentem in lumine, & nō econuerso, est quia, sicut diximus, lumē est dispositio diaphani, ad hoc vt moueatur a colore: si enim similitudo coloris debet peruenire ad oculum, requiritur, quod aer propinquus colori sit illuminatus, vt possit recipere similitudinē coloris: si autem color sit in tenebris, nullo mō poterit causare similitudinem in aere sibi propinquo, & per consequens nec in remoto, & hoc non propter defectum coloris, sed propter defectum medii indispositi. Cur existēs in tenebris videat ea q̄ sunt in lumine.

Si dicatur, quod qua ratione color potest causare similitudinem in aere propinque tenebroso,

cadem

eadem ratione nec in remoto: vnde nullo modo existens in tenebris poterit videre.

Respōdetur & dicitur primo, quòd species coloris non causatur à colore immediate in toto aere vsque ad oculum: sed immediate color causat speciem in parte aeris sibi propinqua, & illa species causat aliam speciem in alia parte aeris: & alia in aliam, vsque ad oculum.

Dicitur secundo, quòd si aer propinquus oculo esset omnino tenebrosus, nihil habens luminis, nullo modo existens in tenebris videret, sicut patet in oculo multum distante à colore: sed oportet, quòd ille aer sit aliqualiter illuminatus.

Dicitur tertio, quòd color existens in corpore, propter suam materialitatem requirit maiorem dispositionem aeri, in quem agit, quam species coloris, quę est spiritualior: ideo requiritur maius lumen in aere propinquo colori, quam in aere ꝓpinquo oculo.

Ad quartum dicitur, quod dupliciter colores possunt dici visibiles in actu. Vno modo quia habent virtutem in se, vnde videri possint. Alio modo quia actualiter videntur. Primo modo non sunt visibiles actu per lumē, tamquam per dispositionem requisitam ex parte medii: & sic intellexit S. Thom. scilicet quod lumen facit colores actu visibiles idest actualiter videri: sed tunc negatur consequentia: quia non dicitur lumen facere colores visibiles, quia det coloribus virtutem mouendi medium: sed quia disponit aerem, per quam dispositionem oculus actualiter patitur à colore.

ADDITIO

Dubitatio pulcherrima ex verbis Sā cti Tho.

CIRCA tertiam conclusionem, quam ponit Auctor, quòd lumen extrinsecum non requiritur propter colores, videtur quòd sit contra verba D. Thom. p. p. quæst. 67. artic. 3. soluendo tertium argumentum, in quo ait, quod sicut calor agit ad formā ignis, quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis, ita lumen agit quasi instrumentaliter in virtute corporum cœlestium, ad producendas formas substātiales, & ad hoc quòd faciat colores visibiles actu, inquantum est qualitas primi corporis sensibilis, & q. 79. artic. 3. soluendo secundum arg. in quo disputat de intellectu agente, recitando duas opiniones de lumine, videtur acceptare, quòd lumē requiritur ad visum, vt faciat colores actu visibiles: male ergo dicitur, qđ non requiritur propter colores.

An oculus videat extramittendo an intramittendo.

Et augetur difficultas, quia oculus cum videat extramittendo, non requirit illuminationem medii, sed tantum colores in actu, hoc autem fit per lumen, & sic sequitur lumen requiri ex parte colorū, ad hoc vt fiāt actu visibiles, antecedens probatur multipliciter, & primo sic, quia videmus quòd oculo moto in tenebris, vel in luce, clausis palpebris, apparet fulgor quidam, ꝙ non esset nisi visio fieret extramittendo.

Actio immanens & transiēs est. 9. Metaphy. Test. 16.

Secundo, quia virtus, cuius operatio est actio, operatur extramittendo, nam actio semper transit in aliud ab agēte, sed operatio virtutis visiuæ est actio, vt scripsit Auctor sex principiorum: ergo &c.

Perfectius vidēs comprimit oculū.

Tertio, si visio fieret intus suscipiendo, tunc habens speciem alicuius visibilis, videret illud, & hoc est manifestum: sed non est ita, quia cum aliquis meditatur fortiter, aliquod visibile potest transire ante oculos suos, cuius speciem recipit, & tamen non percipit illud.

Quarto, aliquis volens perfectius videre aliquid, cō primit oculum, sed hoc non esset, si visio fieret intus suscipiendo, immo magis deberet aperire, vt melius reciperet, sed pro tanto fit illa compressio, vt melius exeat, & extramittatur, quod extramittendum est ad visionem, sicut tenens lapillos inter digitos premit digitos, si vult exprimere velociter lapillum.

Sunt etiam experientię de catis & canibus, quorum visus emittit lumen quo videt: & de mulieribus inficientibus specula, & basilisco interficiente hominem solo visu.

Quia hic tangitur duplex difficultas, prima si lumē requiritur ex parte medii, an ex parte obiecti, quæ clare deciditur hic ab auctore secundum sententiam D. Thom. & Auerr. quòd lumen externum non dat esse ipsis coloribus, & quod requiritur ex parte medii, vt fiat actu perspicuum, & ad authoritatem D. Tho, dicimus, quòd dupliciter colores possunt dici visibiles in actu, uno modo quia habent uirtutem in se unde uideri possint, alio modo quia actualiter uidentur, primo modo non sunt uisibiles actu per lumen extrinsecum, sed per naturam suam, secundo modo sunt uisibiles actu per lumen, tanquam per dispositionem requisitam ex parte medii, & sic intellexit Beatus Thom. in locis allegatis, quòd lumen facit colores actu uisibiles, idest actualiter uideri, sed tunc negatur consequentia, quia non dicitur lumen facere colores uisibiles, quia habeat uirtutem mouendi medium, sed quia disponit aerem, per quam dispositionem oculus actualiter patitur à colore. (Cōmen 67.) (Sensus verborū D. T. ex q. 67. p. p. & 79. vbi supra.)

Secunda difficultas est quam tetigi superius, & latius in quæstionibus meis Metaphysicalibus, si oculus uidet extramittendo, uel intramittendo, quam dubitationem soluens Democritus dixit, quòd ab oculis exit pyramis uisualis, cuius cuspis est in oculo, & basis in superficie rei uisæ, & cum exitus, & egressus non sit nisi corporum, sequebatur quod hæc pyramis uisualis esset quoddam corpus. (In Add 8. opinio Democr.)

Plato autem uoluit, quòd ab oculo exit quoddā lumen, quod diffunditur, & diuiditur vsque ad aliud spacium aeris exterioris, & ibi copulatur lumini exteriori, & sic fit visio. (Opinio Pla.)

Sed opinio Arist. est, quòd visus videt intramittendo propter multas rationes, quas ibi adduxi, nunc sufficit soluere dubitationes adductas, & ad rationem illam, in qua dicitur, quia cum oculus videt &c. negatur consequentia, & ad primam probationem antecedentis, dicitur, quod causa illius apparitionis fulgoris in oculo moto est ratione lenitatis, & diaphaneitatis, hinc nulla est emissio ignis ibi. (Opinio Ari.)

Ad secundam dicitur, quod illa est actio immanēs, & non transiens. (Visio est actio immanēs, vide D. Tho. 1. sen. dist. 40. q. 1 ar 1. vide & primo cōc gent. c. 100)

Ad tertiam dicimus, quòd non sequitur, quia habēs speciem potest esse impeditus, vel propter meditationem, & attentionem vehementem circa illud considerādum, vel propter aliquam aliam causam, vnde amoto impedimento, statim videbit.

Ad quartum dicimus, quòd ideo illud fit, quoniam virtus vnita fortior est seipsa dispersa, vnde melius vidēmus per fistulam, quam per locum amplissimum, quia species visibilis congregatur, & sic fit melius iudicium. (Visio catorū & canū, mulieris menstruatæ, & basilisci q̄l faciat.)

Ad illud quod adducitur de lumine catorum, & canum, dicimus quòd illud non est ratione visionis

faciendæ

faciendæ,sed prouenit ex parte compositionis organi corporalis.

Illud de mulieribus inficientibus speculum,est propter emissionem fumi corrupti ab earum humoribus, procedentis per oculos raros existẽtes,& porosos, sed illud accidit visioni,cum non semper insit,& sic quoq; basiliscus nõ inficit per aliquid exiens ab oculis, quod sit per se requisitum,& necessarium ad visionem, sed per emissionem fumi putridi,& venenosi,magis exeũtis per oculos,quam per aliam partem,ratione subtilitatis,& porositatis oculi.sed vberius videas solutionẽ huius q̃siti in q̃stionib. nostris super primũ Metaph. Disp.6.

QVAESTIO XIIII.

Vtrum lumen habeat esse tantum in aere intentionale.

Lumen autem vt color est diaphani, &c. Tex. LXIX.

QVÆRITVR decimoquarto, Vtrum lumen habeat esse tantum intẽtionale in aere. Et videtur quòd sic. De potẽtia Dei q.5.art.2.ad 6.

Primo. Quia S.Thom.dicit,quòd lumen non est in aere,sicut quædã formã naturalis perfecta,prout est in corpore lucido, sed magis p modum intentionis.

Secũdo. Forma habens esse reale in natura corruptibili,habet contrarium;sed lumen non habet contrarium:ergo &c.consequentia nota cum minori,quæ ast S.T.Maior probatur per similitudinem secundum Philosophum. Motui corporum cælestium nihil est cõtrarium,& similiter de aliis formis existentibus in natura incorruptibili, & non habente cõtrarium:ergo à simili,formæ quæ sunt in natura habente contrarium,debent habere contrarium. Iandunus. Lect.14. 1.Cœli. Tex.20.

Confirmatur,quia vnumquodque recipitur in altero per modum recipientis;ergo quod recipitur in natura habente contrarium, debet habere contrarium.

Tertio.Si lumen haberet esse reale in aere, sequeretur quòd sensibile positũ supra sensum causaret sensationem: sed hoc est contra Philosophũ: ergo &c. Probatur cousequentia, quia aer illuminatus immediate tangit oculum ; ergo & lumen existens in ipso aere,sed lumen existens in aere videtur:ergo &c. 2. huius te. 73.& 74.

Confirmatur,quia secundum Philosophum Obiectum prius causat similitudinem suam in medio,& medium in organo,sed lux solis videtur:ergo prius causat intentionem in aere ,& per consequens recipitur in aere intentionaliter.

Quarto. Nulla forma naturalis fit aut desinit esse in instanti,sed lumen fit,& desinit in instanti: ergo &c.

In ista quæstione duo faciam. Primo declarabo quid sit formam habere esse reale, & intentionale.Secundo dicam ad quæsitum. Formã quãlibet sequitur propriũ esse.

Quantum ad primum.Sciendum primo: cum formæ inquantum forma est,sit informare,& dare esse proprio subiecto,oportet quod vnamquãque formam ſm naturam suam ,inquantũ est talis forma,sequatur aliquod proprium esse, & distinctum ab esse alterius formæ,sicut animam vegetatiuam sequitur esse vegetatiuum,sensitiuam sensitiuum,& intellectiuam esse intellectiuum.

Sciendũ scd'o,ꝙ similitudo alicuius,quæ dr̃ intentio(ſm ꝙ hic loqmur de intentione) nõ noĩat ens rõnis , q̃a ens rationis hẽt tm̃ esse obiectiuũ in intellectu,nullo aũt intellectu cõsiderãte, intetio coloris est in diaphano illuminato,sed est similitudo rei,q̃ similitudo est in se quoddã ens reale,& esse suum est esse reale;dr̃ aũt intentio respectu obiecti,ꝙ repræsentat,q̃a est principium tẽdẽdi in obiectũ,qđ repræsentat,sicut similitudo coloris in pupilla,est principium vidẽdi colorẽ. Dr̃ ergo forma habere esse naturale,q̃ñ est in subiecto ſm esse quod consequitur substantiã suã,ſm ꝙ est in proprio subiecto,& ꝙ sequitur ipsam,inq̃tum est talis forma,hoc modo albedo habet esse in corpore albo,quia illi dat esse album, quod est esse consequens essentiam suã receptam in subiecto. Dr̃ autem habere esse intentionale,q̃ñ non habet tale esse dictum,sed hẽt esse repræsentatiuum suiipsius in esse naturali hoc mõ ,dum albedo est in aere per suam similitudinẽ , hẽt esse intentionale,quia ipsam non sequitur esse album,vt est in aere,non enim aer fit albus per similitudinem albedinis,sed est repræsentatiua sui in esse naturali. Quomodo forma hẽt esse naturale. Quid est formam habere esse intentionale.

Quantum ad ſm est opinio Egidij,ꝙ lumẽ hẽt tm̃ esse intẽtionale in aere,ad quod ponẽdũ inducitur quibusdam rationibus supra positis. Lumen habet esse naturale in aere non tantum intentionale.

Sed opinio S.T.est,ꝙ lumen hẽt esse naturale ĩ aere, & non tm̃ esse intentionale. Quæ conclusio probatur primo. Oĩs forma quę denominat suũ subiectum propria denominatione, in quantum talis forma,hẽt esse naturale in tali subiecto : sed lumen sic denominat aerẽ in quo est;ergo &c.cõsequẽtia nota cum minori. Dr̃.n.aer illuminatus, quando habet lumen. Maior vero patet ex opposito.Color enim quia habet tantum esse intentionale in aere,non denominat ipsum coloratum.

Ad istã rõnẽ r̃ndetur,ꝙ forma intentionalis, si sit debilis,forte nõ denoĩabit suũ subiectũ,si aũt sit fortis,poterit denoĩare, sicut si per vitrum viride trãseant radii solares,terra ex opposito appareret viridis,q̃a talis species viridis tũc est fortior.

Sed contra istã r̃sionem arguitur.Forma tunc denominat subiectum , q̃ñ dat illi esse cõsequens essentiam illius formæ,non.n.dr̃ aliquod albũ,nisi quia ab albedine habet esse album; sed forma intentionalis non dat esse consequens essentiã formæ,vt est talis forma,alioquin forma intentionalis esset forma naturalis,& materialis ; ergo forma intentionalis nullo modo põt denominare. Impugnat opinio Egidii & Sco.

Secundo.Si forma intentionalis,quocunq; mõ sumpta,posset denominare suũ subiectũ,sequeret̃ ꝙ contraria dicerentur simul de eodẽ,sed hoc est impossibile:ergo cons̃ntia probatur.Intentio summe albi,& intentio summe nigri simul sunt in eadem parte aeris inclusi inter album,& nigrum,ergo si ab vtraque potest aer denominari, diceretur aer alb.& niger,non enim est ratio,quare ab vna denominetur,& nõ ab altera.Instantia autem adducta nõ valet. In terra enim nõ sunt illi colores,

licet videantur esse, vnde terra nullo modo per illam apparentiam dicitur viridis.

Secundo principaliter arguitur sic. Forma causans effectum naturalem est forma naturalis: sed lumen in aere est huiusmodi: ergo &c. consequentia nota cum minori, nã per radios solis calefiũt corpora. Maior probatur. Effectus non excedit facultatem agentis: sed naturale esse excedit esse intentionale: ergo nullo mõ põt esse ab intentione.

Effectus nõ excedit facultatem agentis.

Ad istam rationem respõderi potest, quòd sol vnica qualitate calefacit, & illuminat, inquantum calefacit, causat calorem naturalem in rebus calefactis, sed inquantum illuminat, causat in diaphano aere lumen intentionale, vnde lumen non calefacit, quod est in aere; sed sol producens calorem, sicut virtus artificis quæ in instrumento intentionaliter recipitur, non facit scamnum, sed artifex qui tali vtitur instrumento.

Sed contra, Primo. Si lumen non calefaceret, sequeretur quòd ex reuerberatione radiorum solis & multiplicatione non causaretur calor, sed hoc ad sensum apparet esse falsum. Si dicat quòd ex reuerberatione causatur calor, non quia ipsum lumen reuerberatum causat calorem, sed quia disponitur aer ex tali reuerberatione, vt susceptiuus caloris:

Ex reuerberatione radiorum solis causatur calor.

Tunc saltem habetur, quòd lumẽ, quia causat illam dispositionem ad calorem, esse naturale causat, illa enim dispositio forma naturalis est.

Tex. 8. Secundo, vt habet Phil. 7. phy. Nullum corpus agit in aliud corpus, nisi per contactũ, vnde oportet quod prius corpus agat in corpus sibi propinquum, inducendo formam in illud, per quam agit in corpus remotũ, quã in remotũ sicut ignis prius calefacit aerem sibi propinquum, quam lignum remotum, sed inter solem, & ista corpora calefacta mediant corpora cœlestia, & aer, ergo oportet quòd in ista corpora media agat, inducẽdo formam, quæ habea t virtutem calefaciendi, aut ergo illa forma erit lumen, aut calor, sed non potest esse calor, quia corpora cælestia non sunt alterabilia per calorem, vt dicitur in 1. de Cœlo, & si aer reciperet illum calorem, tunc omnia existẽtia in illo aere calefierent, quòd videmus esse falsum, relinquitur ergo quod sit lumen &c.

Tex. 21.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quòd esse intentionale potest accipi dupliciter. Vno modo vt opponitur esse naturali. Alio modo vt opponitur esse fixo, & permanenti. Primo modo lumen non habet esse intẽtionale in aere, sed bene secundo modo. In loco ergo allegato mens S. Thom. est quòd lumen habet esse in aere per modum intentionis, quia habet esse transiens, sicut habet etiam intentio, & etiam quia suum esse naturale est adeo spirituale, sicut intentio coloris, non autem quia non habeat esse naturale.

Esse intẽtionale potest accipi dupliciter.

Ad secundum dicitur primo, quòd maior est uera de eo quod habet esse in natura corruptibili in quantum corruptibilis est, sed de eo quod habet esse in natura incorruptibili, inquantum illa natura participat de natura rei incorruptibilis, est falsa, modo dico, quòd lumen recipitur in aere, inquantum est corpus diaphanum, in quo conuenit cum corporibus incorruptibilibus, Nã & ipsa diaphana sunt, ideo ratio non sequitur.

Solutio rationum Egidii & Scoti.

Posset secundo dici, quòd maior est vera si forma sit in illo subiecto, vt in subiecto primo, sin autem est falsa; modo lux non est in aere sicut in subiecto primo, sed in sole, in aere autem secundario per quandam participationem.

Ad confirmationem patet, quod non oportet formam habere omnem modũ essendi subiecti, sed quomodo sit intelligẽda propositio prædicta, dicetur inferius ad quartum.

Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quòd lumen contingens oculum non uidetur tanquam id quod terminat visum, sed tanquam ratio uidendi alia, ut latius dicetur.

Quæst. 21 ad quartũ arg.

Ad confirmationem dicitur, quod lux solis uidetur per suam similitudinem: sed quæ sit illa similitudo, possumus dicere, quod est aliqua intentio lucis distincta à lumine, quo aer illuminatur; possumus etiam dicere, quod lumen receptũ in aere, qđ licet habeat esse naturale in aere, tamen propter suam spiritualitatem potest esse principium uidendi lucem, à qua causatur.

Ad quartum dicitur, quod maior est falsa de forma cuius productio est terminus motus præcedentis, modo illuminatio est terminus motus localis, est etiam falsa de forma, quæ habet esse tantum ad præsentiam producentis, sicut lux quæ habet esse ad præsentiam illuminantis.

ADDITIO

QVIA hic agitur de esse ipsius luminis, num habeat esse intentionale, vel reale, & quia variæ fuerunt Philosophorum opiniones de ipso, vt narrat Auicennas. Quidam voluerunt, de numero quorum fuit Democritus, quòd lumen sit corpus; quia habet proprietates corporis, vt est ferri, interfecari, & reflecti, hæc omnia conueniunt lumini, aut radio, sequitur ergo quòd lumen sit corpus, ex hoc communi argumento, habens proprietates corporis, corpus est, ergo &c. huius opinionis etiam videtur, quod fuerit D. Dionysius Areopagita dicens, quòd diuersi radii coniunguntur, & separantur; coniunctio, & separatio est ipsius motus localis, qui competit corporibus.

Li. 6. naturalium par. 3. cap. 20. Variæ opiniones de lumine.

Immo D. August. quoque dixit, quòd lux in corporibus tenet primum locum: igitur est nobilissimũ corpus, quia videtur habere nobilissimam figuram, & trinam dimensionem.

2. ca. de diuinis nominibus lib. 3. de libero arbi. cap. 5.

Huius quoque opinionis videtur quòd fuerit Ar. dicens, quod lumen est species ignis.

Alii uoluerunt, vt Pythagorici, quòd lumen esset substantia spiritualis, hinc August. dixit quòd in spiritualibus melior, & certior lux est, quòd Christus non sic dicitur lux, quomodo lapis, sed illud proprie, hoc autem figuratiue.

2. de anima. Tex. 69.

Et D. Dionysius Areopagita quoque posuit lumẽ inter nomina intelligibilia Dei, quod non esset, nisi lumen fuisset substantia spiritualis.

4. super genesim ad lite. cap. 28. 4. cap. de diui. nom.

Vnde aliqui Idolatræ adorabant ipsum tanquam Deum.

Aliqui fuerunt asserentes lumen esse formam substantialem solis, cuius opinionis fuit Emp, quia causa est potior effectu, & lux corporis cęlestis causat in istis inferioribus formas substantiales; sequitur quòd ipsa sit nobilior forma substantiali.

Aliqui

Aliqui dicebant lumen esse formam intentionalē, sicut species coloris, qua videtur ipse color, & isti fuerunt ex secta Platonica, quos sequuti sunt Scotus, & Egidius, & Caie. Tienensis, quorum argumenta sunt adducta ab Auctore hic.

2. sent. disti. 13. & 23. & 2. de anima Tex. 69.

Istis tamen non obstantib. est vera sententia Aris. quòd lumen non est corpus, contra primam opinionē extremam, quia nec corruptibile corpus nec incorruptibile est: non corruptibile, quoniam ex corruptione eius nihil generatur, non incorruptibile, quia extincto corpore luminoso, puta alicuius candelæ, extinguitur lumen, nullo igitur pacto est corpus.

Nec rationes huius opinionis aliquid concludunt, non prima, quia illæ proprietates metaphorice attribuuntur lumini, sicut etiam possent attribui calori, & sic intellexit D. Dionysius. D. Aug. accepit lumen pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, qđ inter quatuor elementa est nobilissimum.

Lux accipitur aliquando pro corpore lucido.

Arist. quoque lumen nominauit ignem in propria materia, sicut ignis in materia aerea dicitur flamma, & in materia terrea dicitur carbo.

Deinde etiam Philo. adduxit illud gratia exempli, nec etiam est verum, quòd secunda opinio dicebat lumen esse substantiam spiritualem, quia tunc nō potuisset videri ab oculo corporali, quod est falsum, & dictū Aug. & Dionysii similitudinarie, & metaphorice venit intelligendum.

2. de anima Tex. 16.

Tertia opinio est etiam falsa, cum nulla forma substantialis sit per se sensibilis, quia quod quid est, est obiectum intellectus, lux autem est secundum se visibilis: ergo &c. Et ratio quam adducit, est nullius momenti, quia sicut calor agit ad formam ignis, quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis, ita lumen agit, quasi instrumentaliter in virtute corporis cęlestis, ad producendas formas substantiales.

Quarta opinio satis reprobaŧ ab auct. in q. sua, non oportet immorari circa improbationem ipsius.

Quomodo intelligendū sit, quod lumen sit lucētis corporis præsentia, vide Thom. cō ment. 70. huius.

Est ergo germana opinio Aristot. quòd lumen est accidens, sed non eo pacto, quo aliqui intellexerunt, ꝙ non sit in subiecto, quia dependet tantummodo in cōseruari à sole, vel quòd migret de subiecto in subiectū vt etiam nonnulli alii asseruerunt, sed quòd sit accidēs, tanquam qualitas actiua consequens substantiam corporis ex se lucentis, & quòd neque habet esse pure intentionale, neque naturale, vt distinguitur contra intentionale, sed habet esse alterius prehabens in se virtualiter, quod spectat ad esse naturale, & intentionale, ita quòd est vtrumque, & neutrum, & alterum scilicet naturale, vtrumque, quia hoc ostendit efficacia eius, recipiunt enim in organo, & nō impedit, immo facit sensationem, & sic habet esse intentionale, & quia causat tranmutationes reales in rebus inanimatis calefaciendo, propterea habet esse reale, neutrum siquidem est, quia non habet esse naturale, vt distinguitur contra intentionale, & hæc est senten. Philoponi, D. Thom. & Albe. quos videre poteris, si placet, & præcipue Albe. in hoc 2. de anima tracta. 3. c. 11. vbi ponit differentiā inter lucem, lumen, & radium, & splendorē. vide quoque D. Thom. 2. sentent. distinct. 9. quæst. 1. artic. 2. & 4. sentent. distin. 44. quæst. 2. articul. 1. Vide quoque Auctorem 4. cont. gent. capit. 12. vbi declarat quomodo lux sit qualitas per se visibilis, sicut scilicet quo aliquid videtur, &c.

Vide Auerr. 2. cœli cōm. 42. & in 1. c. de substātia orbis, vbi declarat quō lumen p reflexionē calefaciat, apparet in speculis.

QVAESTIO XV.

Vtrum sit eadem vox numero quam plures audiunt.

Vox autem sensus quidam est animati &c.
Tex. LXXXVII.

QVÆRITVR xv. Vtrum sit eadē vox numero quam plures audiunt. Et videtur ꝙ non. Primo, si esset eadem vox numero esset eadem auditio numero: sed hoc est impossibile, cum vna operatio non possit esse à pluribus subiectis sufficientibus. ergo &c. Probatur consequentia. Operationes accipiunt vnitatem ab obiecto: ergo si obiectum est vnum numero, erit operatio vna numero. Secundo sic, sed supponitur primo secundū Philosophum, quod sonat tuum est, quod est motiuum vnius aeris continuitate vsque ad auditum, ex quibus habetur, quòd oportet aerē in quo est sonus, moueri vsque ad auditum.

Magister vicētius Quintianus. 1. 1. di lucidatione lectionum. S. Thom. Tex. 81. Huius.

Secundo. supponitur ꝙ sonus est subiectiue in aere moto, hoc est etiam Philosophi ibidem. Tūc arguitur sic. Sonus existēs in duab. partib. aeris separatis, non est vnus numero, quia vnum accidēs numero non potest esse in duob. subiect. s, sed sonus vnius perueniens ad auditum diuersorū, pōt esse in duabus partibus aeris separatis: sicut cum auditur vox Sortis ab eo, qui est intra cameram, & ab eo qui est foris: ergo non erit vnus.

In hoc secūdo text. vbi supra.

Tertio. Si esset eadem vox numero, omnes percipientes vocem perciperent significatum eius, quia significatio est forma vocis significatiuę. sed hoc videmus esse falsum, quia si proferatur hæc vox homo, apud Latinum significabit hominem, non autem apud Græcum: ergo &c.

Quarto. Sonus in actu secundum Philosophū 2. huius tex. 82. habet esse in medio & in auditu: sed certum est, quòd vna forma numero non habet esse actu in duobus subiectis: ergo alius sonus in actu erit in aure vnius, & in aure alterius: sed sonus in actu est qui sentitur: ergo à diuersis alius & alius sonus auditur.

Tex. 82.

Respondeo. In ista quæstione duo faciam. Primo præmittam aliqua necessaria. Secūdo dicam ad quæsitum.

Quantum ad primum. Sciendum primo, ꝙ sonus differt ab aliis sensibilib. quia sensibilia sunt in actu in corporib. quæ denominātur sensibilia, sicut color in corpore colorato, & sic de aliis: sonus autem non est actu in corpore, quod dr̄ sonorum: sed in aere moto à corpore sonoro per quandam percussionem, vnde aer motus ex percussione corporum solidorum est subiectum soni.

Differentia soni ab aliis sensibilibus, quia scilicet non est in corpore sonoro, sicut color in colorato.

Sciendum secundo, ꝙ licet sonus hēat esse naturale in aliqua parte aeris propinqua corpori sonāti, tamen in aere distante, & quiescente potest imprimere suam intensionem, vnde à longe auditur campana, quo nō potest peruenire sonus fm esse reale, quia nec aer potest in tam paruo tempore ad tantā distantiā moueri ex percussione cāpanę.

Sciendum tertio, quòd sonus est qualitas sensibilis existens in corpore quanto & extenso, iō hēt esse

Quid sonus sit.

esse quantum,& extensum per accidens,& potest diuidi ad diuisionem aeris, vnde si aer motus in quo est sonus,diuidatur,per interpositionem alicuius corporis,diuidetur & sonus ,& ex vno sono qui prius erat vnus in actu,& plures in põia, efficiuntur plures soni in actu:eo mõ quo diuiso pariete albo,albedo q̃ prius erat vna in actu,& plures in potentia,efficitur plures in actu.

In voce sũt duo s.materiale & formale.

Sciendum quarto, ꝙ in voce significatiua ẽ aliquid materiale,& aliquid formale, materiale est ipsa vox, formale est virtus significandi q̃ hẽt ab aĩa,& proferẽte vocem. Quæ duo differunt,qa ipsa vox materialis ſm suã intentionem receptã in sensu, seipsam sensui exteriori in esse naturali repræsentat,sed virtus significandi ipsi sensui significationẽ nõ repræsentat,sed intellectui tm̃, inquãtum intellectus nominis impositionem intelligit.

Prima conclusio.

Quantum ad ſm ponuntur tres conclusiones. Quarũ prima est. Vox q̃tũ ad suũ materiale põt vna & eadẽ numero à plurib. percipi. Probat̃ sic. Vnumquodque cognoscens cognoscit,ſm ꝙ sibi repræsentatur per spẽs cognoscibiles, sed plures spẽs vocis possunt repræsentare vnam & eandem numero vocẽ,ergo plures cognoscẽtes possunt cognoscere vnã,& eandẽ numero vocẽ.consequẽtia nota cũ maiori.Minor vero ꝓbatur. Similitudo quælibet repræsentat obiectum à quo cãtur, sed ab vna & eadem voce possunt causari plures similitudines,quando aer in quo est sonus intentionẽ soni in aliis partibus aeris causat:ergo &c.

Secũda conclusio.

Secunda conclusio, Aliqñ vox loquentis ,q̃ immediate immutat auditum pluriũ nõ est vna numero,licet illa quæ primo immutat sit vna numero. Probatur. Primo rõne adducta in oppositum, quia Sorte loquente potest aer in quo recipit̃ vox diuidi,& discontinuari,& per consequens sonus, & sic secundum diuersas partes aeris diuisi peruenire potest ad diuersorum aures,ergo &c. Secũda pars patet;quia loquens primo vnam vocẽ numero producit,qua diuisa deinde alias voces,quę immediate mouent auditum,efficit.

Tertia conclusio. Non semp eandem vocẽ numero quo ad formale omnes percipiunt.

Tertia conclusio. Non sp oẽs percipiunt eandẽ vocem numero,quãtum ad suũ formale,s. quãtũ ad significationẽ. Probatur, Signum repræsentãs ad placitũ,repræsentat suum significatũ tm̃ apud cognoscentes suã impositionem, circulus.n.ante tabernã,non repræsentat hospitium, nisi apud cognoscentes,ꝙ tale signum est ad hoc repræsentandum impositum,sed non oẽs cognoscunt impositiones omnium vocum significatiuarũ: ergo &c.

Ad argumenta in oppositum rñdetur, Ad primum negatur consequẽtia. Ad probationem dr̃, quod operationes accipiunt vnitatem, & distinctionem formalem ab obiecto: non autem vnitatem & distinctionem numeralem, sed illam accipiũt à subiecto. Sicut duæ albedines numero sunt distinctę,quia in duobus subiectis esse habent.

Germanus sensus verborum Ar.

Ad secundum dr̃ primo,quo ad primum suppositum,quòd non est mens Philosophi oportere aerem moueri vsq; ad auditũ,si dẽt fieri auditio simpliciter,sed tm̃ si fortiter dẽat sonus audiri. Põt n. in aere quiescente recipi sonus intentionaliter, & cãre auditionem,licet non ita fortiter, sicut si aer moueretur vsq; ad auditum. Dicitur secundo ꝙ vox Sortis forte in cubiculo auditur, non quia sonus cubiculũ ſm esse naturale ingrediatur: sed quia intentio soni existentis in aere exteriori ad aerem in cubiculo existentem peruenit.

Dicitur tertio , quòd si argumentum aliquid concludit,concludit pro secunda conclusione.

Eadem vox percipitur a multis.

Ad tertium negatur consequentia . Non enim percipitur significatum vocis ad placitum significantis, nisi apud eum qui nominis impositionem nouit;vnde eadem vox quantum ad materiale percipitur ab omnibus, nisi sit impedimentũ, non autem quo ad suum formale.

Ad quartum,dicitur primo,quòd sonus potest dici in actu dupliciter. Vno modo quando species eius audtum informat : & sic sonus in actu est in auditu. Alio mõ prout actu habet propriã naturam,& formam in subiecto naturali,per quã sentiri potest,& hoc modo habet esse in aere moto.

Dicitur secundo,quòd vna forma numero nõ habet esse actu in diuersis subiectis secundum esse naturale:potest tamen vna forma numero materialis esse in pluribus secundum esse intentionale,inquantum vna forma naturalis potest in pluribus causare diuersas intentiones.

Dicitur tertio, quòd sonus in actu primo mõ, idest similitudo soni quæ est in auditu , non est illud quod auditur,sed id quo aliquid auditur :vnde nõ sequitur,si in plurib. aurib. sint plures similitudines,ꝙ sint plures soni qui audiantur: sonus autem in actu secundo modo,idest forma & natura soni habens esse in aere percusso, est id quod auditur:licet etiam & corpus sonans dicatur audiri,vnde vna existens à pluribus auditur,inquantum in auribus plurium suã similitudinẽ causat.

ADDITIO

Dubitatio de surdo, si omnis talis sit mutus,

CIRCA quæsitum hoc de identitate vocis,occurrit, dubium pulcherrimũ de surdo à natiuitate, num omnis talis sit mutus,& arguitur qđ non, quia sicuti se habet mutus ad surdũ,sic surdus ad mutũ hæc est manifesta de se,sed non omnis mutus est surdus ex necessitate,quia potest impediri in lingua, stante auditu:igitur nec omnis surdus est mutus. Adde ẽt quia ille qui habet naturalia instrumenta requisita ad formationem vocis,non est necessario mutus,sed surdus à natiuitate est sic:igitur &c.

Vide D.Th. de sensu & sẽsato lec. 1.

Huic dubitationi quidam dixerunt, quod hæc propositio est conuertibilis,videlicet quod omnis surdus est mutus,& econtra,quia quando aliquæ virtutes habent connexionem ad inuicem,si sit impedimẽtum in vna,erit & in alia, sed istæ sunt huiusmodi:igitur &c.

Impugnat̃ opinio Albuccifer.

Sed hæc opinio non placet,quia licet surdus a natiuitate sit necessario mutus,quandoquidem ille qui non potest addiscere formationem sermonis significatiui ad placitum,necessario est mutus illo modo,hæc propositio est manifesta de se,quia scire formationem sermonis significatiui ad placitum,non inest nisi per consuetudinem,& coniunctum cum hominibus, sed surdus à natiuitate non põt assue fieri in expressione sermonis significatiui,quia hoc requirit ꝙ audiatur huiusmodi sermo si in eius expressione debet aliquis assuefieri,& hoc est manifestum:vnde Aris.ait,ꝙ surdo à natiuitate necessario fit impedimẽtũ ĩ pulmone, & trachea arteria,quare impedit̃ materia vocis,q̃ est aer,& nõ põt deferri debito mõ ꝑ palatũ,& tracheã arteriam,& per

33. particula problematum proble. 14.

loca

loca narium, propter oppillationem factam in transitu; vnde existente impedimento in instrumento auditus, existit nocumentum etiam in instrumẽto linguæ, & non ecõtra: ratio quam adducit illa opinio nulla est: quia quando arguit, quod hæ virtutes habent connexionem, concedo, sed negatur quòd habeant cõnexionem conuertibilem, quia vis affatiua dependet, quantum ad exercitiũ suum per accidens ab auditu aliqualiter, non autem econuerso.

Vide 11. q. 71. art. 2. vbi aduocare ꝓhibentur furiosi, amentes, impuberes, surdi, & muti in qualibet causa. Quidde puero qui in nemore ẽ nutritus.

Soluitur quoque principalis difficultas, quandoquidem similitudo non currit, cum loqui præsupponat auditum, & non econtra ad confirmationẽ dicitur, quòd vera est, nisi accidat aliud impedimentum; sed surdus, quamuis posset habere naturalia instrumenta loquẽdi, tamen habet aliquẽ defectum, siue impedimentum alicuius necessario requisiti ad sermonem significatũ exprimendum.

Sed tunc oritur grauior difficultas, quia dictum est, quòd quia talis mutus nõ audiuit aliquem sermonem significatum, propterea non potest aliquem exprimere, quid de puero q̃ nutriretur in nemore à matre muta, vbi numquàm audiuisset aliquod idioma, vtrùm loqueretur aliquod idioma: ad quod respondent aliqui dicentes, quòd loqueretur hebraice, quod expertus est Paulus tertius Pontifex maximus; sed hoc reputo fabulosum esse: quia tunc omnibus hominibus conueniret, & omnes hebraice loquerentur, quod est absurdũ, & ideo dico, quod non loqueretur aliquo idiomate, sed bene posset ex appetitu naturali formare voces, nulli tamen idiomati conuenientes, nisi postea conuersaretur cum aliis, & instrueretur informatione sermonis.

In hoc libr. Tex 81. Vide Auicẽnam libr. 6. nat. ca. de auditu.

Vide quoq; Simplicium hoc in loco, vbi digreditur contra Alexã. Vox fœminarũ, senum, ægrorũ est acutior voce marium, iuuenum, & sanorum: vide Ar. 4. de gener. animalium, cap. 7.

Dubium etiam mihi occurrit circa principale quæsitum propter auctoritatem Aristot. dicentis, quòd sonus in actu habet esse in medio, & in auditu, sed certum est, quod vna forma numero non habet esse actu in duobus subiectis: ergo alius sonus in actũ erit in aure vnius, & in aure alterius, sed sonus in actu, est qui sentitur: ergo a diuersis alius, & alius sonus auditur: Nisi dicamus ad hoc, quòd sonus potest dici in actu dupliciter, vno modo quando species eius auditum informat, & sic sonus in actu est in auditu, alio modo prout actu habet propriam naturam, & formam in subiecto naturali, per quam sentiri potest, & hoc modo habet esse in aere moto. Vel dicamus quod vna forma numero non habet esse actu in diuersis subiectis secundum esse naturale: potest tamen vna forma numero materialis esse in pluribus secundum esse intentionale, inquãtum vna forma naturalis potest plurimis causare diuersas intentiones.

Addamus ad hæc, quòd sonus in actu primo modo idest similitudo soni, quæ est in auditu, non est illud quod auditur, sed id quo aliquid auditur, vnde non sequitur si in pluribus auribus sint plures similitudines, quod sint plures soni qui audiuntur: sonus autem in actu secundo modo, idest forma, & natura soni habens esse in aere percusso, est id quod auditur, licet etiam & corpus sonans dicatur audiri, vnde vna existens à pluribus auditur, inquantum in auribus plurium suam similitudinem causat. Vide D. Thom. 2. sentent. distin. 2. quæst. 2. articul. 2. & p. p. quæst. 85. articulo. 1. ad 3. argument. vbi habes quid significat vox. vide etiam 3. contr. gent. capit. 105. & Auctorem in expositione illius.

QVAESTIO XVI.

Vtrum bonitas intellectus sequatur bonitatem tactus.

Duri enim carne, inepti mente &c.

Tex. XCIIII.

1. sent. disti. 8 q. 5. arti. 2. & 1. sent. disti. 32. q. 2. art. 3.

QVÆRITVR xvi. Vtrum bonitas intellectus sequatur bonitatem tactus. Et videtur quòd non.

Primo. Si sic, sequeretur, quod vnus homo haberet perfectiorem intellectũ altero: sed hoc est falsum, ergo &c. patet consequentia: quia vnus homo habet perfectiorem tactũ altero. Falsitas consequentis probatur. Nobilitas potentiarum animæ sequitur nobilitatem animæ, anima autem intellectiua non est nobilior in vno quam in altero: quia forma substãtialis non suscipit magis & minus: ergo &c.

Est etiam argu. de vermibus, qui sunt mollissimi. 1 huius. Tex. 94.

Secundo. Mulieres sunt nobilioris tactus, quã viri, & tamen non sunt melioris intellectus: ergo &c. antecedens probatur: quia molliores carnes habent, sensus autem tactus est nobilior in habentibus molliores carnes, vt dicit Philo. secundo huius: ergo &c.

Tertio. Quanto sensus est materialior: tãto minus deseruit intellectui, sed tactus est materialior inter omnes sensus, vtpote cuius sensatio fit cum immutatione reali sentientis: ergo &c.

In prologo.

Quarto. Visus plures differẽtias rerũ nobis demonstrat, quam tactus, & quicũq. alius sensus, vt dicitur in 1. Metaph. in principio: ergo magis deseruit intellectui, quam quicunque alius sensus.

Ordo o seruãdus in q.

Respondeo. Quia istud dubium implicare videtur, Vtrum vna anima sit perfectior altera eiusdem speciei: ideo simul ista duo dubia declarabũtur. Primo igitur notanda sunt aliqua. Secundo dicendum ad quæsitum.

Sciendum itaq. primo, ꝙ licet intellectus nõ sit affixus organo corporali, sicut sunt potentiæ sensitiuæ: formam tamen habentẽ esse in materia consequitur: anima enim intellectiua creatur in materiam, indigetq. corpore sicut obiecto: quia phãtasma quod mouet intellectum est in phantasia, q̃ organum determinatum requirit.

Sciendũ scd̃o, quod forma recepta in materia, eo quod materia dispositiones exigit materiales, ſm diuersitatem dispositionum diuersæ sunt formę, forma. n. q̃ recipit in nobiliori materia & magis disposita est nobilior, sicut anima intellectiua est nobilior anima equi: eo quod materia animæ intellectiuæ est nobilior materia animæ equi.

Perfectio q̃dam formalis, quędam numeralis, & quid sint, & quomodo differãt.

Sciedũ tertio, ꝙ pfectio formæ est duplex. Quædam. n. est formalis & specifica. s. ea q̃ cõuenit rei ratione formalis, & specificæ drĩæ. Alia vero est materialis, & numeralis, scilicet quæ formæ ratione subiecti in quo recipiuntur, cõuenit. Inter istas perfectiones est drĩa. Primo, quia prima pfectio à nullo effectiue producitur, nulla enim est causa quæ faciat animam esse animam, licet anima ab aliquo agente producatur in esse, neque similiter aliqua causa quæ faciat hominem esse rationalem: perfectio autem secunda à producente formam efficitur, agens enim intendens produce-

re formam proportionatam materiæ, dat ipsi formæ perfectionem dispositioni materiæ congruentem. Secundo differunt: quia perfectio prima nō habet gradus. s. formales, qui secundum absolutā rationem formæ accipiuntur, sed in indiuisibili consistit, non. n. diuisibilis est formalibus differētijs; perfectio autem secunda habet latitudinem secundum ꝙ dispositio materiæ sub eadem specie latitudinem habet. Tertio differunt; quia cum esse consequatur formam, & sit duplex esse. s. esse quidditatiuum, & esse existentiæ, esse quidditatiuum & perfectionem formalem, & specificā formæ consequitur, vnde sicut talis perfectio non habet latitudinem, sed cōsistit in indiuisibili formaliter, ita & esse quidditatiuum, esse autem existentię consequitur perfectionem numeralem formę, ideo sicut illa habet gradus, ita & istud esse.

Anima intellectiua nō est pfectior in vno, quā in altero pfectione formali.

Quantum ad secundum ponuntur sex conclusiones: quarum prima est.

Anima intellectiua non est perfectior secundū essentiam suam in vno, quam in altero perfectione formali quæ. s. accipitur secundum absolutam rationem formæ. Probatur. Omnis forma quæ secundum suam essentiam formaliter est pfectior altera, supra illam aliquem gradum perfectionis formalis addit, non enim est imaginabile quod sit modo illo perfectior; & non addat perfectionē super alteram; sed forma substantialis gradum pfectionis formalis super alteram eiusdem speciei addere nō potest: ergo &c. Minor probatur, quia secundum Philos. Species rerum sunt sicut numeri, in quibus vnitas addita, vel sublata variat speciem, vnde formæ quarum vna addit intrinsece, & formaliter perfectionem super alteram secundum absolutam cōsiderationem formæ, eiusdem speciei esse non possunt.

Tex. 10.

Confirmatur ista ratio. Nam S. Th. probat formam substantialem non participari secundū magis, & minus, quia participans habet speciem secundum illam, id autem à quo aliquid habet speciem, oportet manere fixū & stans in indiuisibili scilicet in diuisione formali, ex quo arguitur sic. Si anima esset perfectior in vno quā in altero, nō consisteret natura animæ in indiuisibili, sed hoc est contra id quod dicit S. Thom. ergo &c.

1. 2. q. 52. ar. 1.

Si dicatur, quod intelligit formam substantialem cōsistere in indiuisibili in vno supposito, ita. s. ꝙ in illo non variatur, nō autem intelligit quin latitudinem quādam in diuersis suppositis hēat.

Contra, quia S. Thom. in eodem art. subiungit ad rationem adductam, & propter hoc Philos. dicit, quòd sicut numerus non habet magis, neque minus, sic neque substantia quę est secundum speciem, idest quantum ad participationem formæ specificæ: sed constat quod numerus non solū ab eodem, sed & a diuersis non participatur secundum magis, & minus: ergo &c.

8 Metaphy. Tex. 10.

Præterea in eodem art. dicit, quòd illud secundum quod aliquid sortitur speciem, oportet esse fixum, & stans, & quasi indiuisibile, quæcunque enim ad illud attingunt, sub specie continentur, quæcunque autem recedunt ab illo vel in plus, vel in minus, pertinent ad aliam speciem perfectiorem, vel imperfectiorem: ergo &c.

Secunda conclusio. Anima intellectiua non est perfectior in vno quam in altero, quantum ad esse substantiale quidditatiuum perfectione formali, quod dat subiecto, sic quod esse vnius sit formaliter perfectius altero. Probatur supponendo primo, quòd esse specificum substantiale sit effectus formalis formæ substantialis. Supponendo secundo, quod omnem suam perfectionem essentialem esse habeat à forma; vnde vnum esse est nobilius altero, quia est à nobiliori forma, sicut esse humanum esse equino, quia illud est ab anima intellectiua, istud ab anima equi.

Anima intellectiua non est pfectior in vno quā altero quantum ad esse quidditatiuum.

Si dicatur, quod materia disposita est quæ dat perfectionem essentialem esse specifico formę, eo quòd vnumquodque recipitur in aliquo per modum recipientis.

Hoc non obstat, tum quia licet materia magis disposita & perfectior altera alterius speciei perfectius esse & perfectiorem formam requirat: illud tamen esse non est à materia, sed a forma: iō perfectior materia non tantum requirit perfectius esse, sed etiam perfectiorem formam, à qua tale esse proueniat.

Tunc istis suppositis arguitur sic. Si esse substantiale vnius, esset essentialiter perfectius altero pfectione formali, sequeretur vnam animam intellectiuā esse perfectiorem altera essentialiter, sed hoc est falsum, vt probatum est: ergo &c. tenet consequentia: quia per secundum suppositum pfectio esse substantialis perfectionem formæ consequitur.

Tertia conclusio. Anima intellectiua secūdum perfectionem numeralem est perfectior in vno q̄ in altero. Probatur. Formam materiæ dispositæ proportionatam esse oportet: sed perfectiori modo disponitur una materia humana, quam altera: ergo & forma est perfectior in vno, quam in altero.

Perfectione numerali vna anima ē alia perfectior.

Si arguatur contra istam conclusionem, quia tunc sequeretur, quod vnus homo esset magis albus, eo quod esse perfectius indiuiduale albedinis habeat.

Dicendum, quod consequentia non valet. Nomina enim specifica substantię significant formā secundum esse specificum, quod sane non dicitur secundum magis & minus, nomina autem cōcreta accidentium significant participationem formæ in subiecto, quæ vtique participatio dicitur secundum magis & minus.

Quarta conclusio. Esse existentię est perfectius in vno, quam in altero perfectione numerali. Probatur. Perfectio numeralis esse consequitur perfectionem numeralem formæ: sed forma est perfectior numeraliter in vno, quam in altero: ergo & esse.

Esse existentiæ est in vno pfectius quam in altero.

Istas duas conclu. tenet S. Thom. dum ait. Ad bonam autem complexionem corporis sequitur nobilitas animæ: quia omnis forma est proportionata suæ materiæ, vnde sequitur, quod q̄ sunt boni tactus, sunt nobilioris animæ & perspicacioris mentis.

In expo. lit. cap. 19. Idem tenuit 1. sen. dist. 8. q. 5. art. 2. ad sextum. Itē 2. sen. distin. 32. q. 2. ar. 3.

Sed tunc dubium occurrit. Nam cum ille gradus perfectionis numeralis, quem addit vna forma super aliam, in aliqua specie collocetur, sequitur

tur, quòd una forma tunc ab alia specifice, tanquam videlicet gradum specificum addēs, distinguetur.

Ad hoc dicitur primo, quòd ille gradus est in specie humana, non enim est aliquid ab ipsa forma realiter distinctum, sed est ipsa forma perfectius materiam actuans, licet enim species humana secundum perfectionem formalem specificā sit indiuisibilis, tamē sub ista indiuisibilitate specifica, stat diuisibilitas materialis, & diuersitas graduum numeralium.

Dicitur secundo, ꝙ cōsequentia est falsa, quia licet vna forma distinguatur ab alia per gradum specificum, id est quia in aliqua specie collocatur, non tamen sequitur, quòd specifice distinguatur, ille enim gradus non est alterius speciei à gradu alterius formæ, à qua per talem gradum distinguatur. Nam si hæc ratio valeret, probaretur in nulla forma etiam accidentali, esse diuersitatem graduum, & per consequens nullam intēsiorem, & perfectiorem alia inueniri.

Intellectus vnius est perfectior intellectu alterius pfectione numerali

Quinta conclusio. Intellectus vnius hominis est perfectior intellectu alterius quadam perfectione numerali: hanc conclusionem sic intelligo, ꝙ vnus intellectus est virtuosior & perspicatior ad intelligendum altero, propter aliquam perfectionem quam habet, eo quòd est in corpore magis disposito, magisq. deseruiente ad intelligendum. Probatur sic. Quantum natura sensitiua est melior & perfectior, tātò intellectus est perspicatior ad intelligendum, naturæ enim sensitiuæ bonitas ad intellectus bonitatem dispositio quædā est, vt inquit S. Tho. in expositione, sed natura sensitiua melior, perfectiorque est in vno quam in alio: ergo &c. Probatur minor. Nam cū bonitas naturæ sensitiuæ complexionis bonitatem consequatur, melior autem sit vnius hominis complexio quam alterius, oportet vt & natura sensitiua melior in vno sit quam in alio, ergo &c. Minor probatur. Vnumquodque recipitur in aliquo per modum recipientis: sed organa sensuum contingunt esse magis disposita in vno quam in altero propter meliorem complexionem, apparet enim ꝙ non omnes homines habent eandem complexionem, nec eandem dispositionem organorum, ergo &c.

Secundo. Accidentia consequentia perfectiorē formam sūt perfectiora, sed anima vnius est perfectior anima alterius: ergo & intellectus q est accidēs animę, erit perfectior in vno quā in altero.

Bonitas intellectus sequitur bonitatē tactus.

Sexta conclusio. Bonitas ista intellectus sequitur bonitatem tactus. Probatur primo. Bonitas intellectus proportionatur bonitati naturæ sensitiuæ: quia naturæ sensitiuæ bonitas est dispositio quædam ad bonitatem intellectus, sed bonitas naturæ sensitiuæ proportionatur bonitati tactus: tum quia tactus est fundamentum omnium aliorum sensuum: tum quia ex tactu aliquod dicitur simpliciter sensitiuum, vt dicitur 3. huius. Confirmatur auctoritate Philos. dicentis molles carne esse aptos mente. Text. 63.

Secundo sic. Bonitas intellectus respondet bonitati complexionis: quia secundum meliorē cōplexionem hēt in anima intellectiua quādam perfectionem naturalem: nā perfectius informat, eo ꝙ subiectum est magis remotum a cōtrarietate, & magis redactum ad medietatem. Idem enim effectus secundum spēm perfectius recipitur in subiecto magis disposito: sed bonitas tactus est secundum bonitatē complexionis: organum. n. tactus est compositum ex qualitatibus tangibilib. redactis ad medium secundum quandam cōplexionem; ergo &c.

Solutio argumentorū.

Ad argumenta in oppositum respondetur.

Ad primum dicitur primo, si consequēs intelligatur de perfectione numerali, negatur falsitas consequentis. Ad probationem dicitur, ꝙ sicut intellectus vnius est perfectior altero numeraliter, ita & vna anima altera, & vnum esse altero: perfectiori enim modò participatur ab vno, quam ab altero: nec tamē suscipit magis & minus: quia vna numero anima non habet nunc perfectū, nunc perfectius esse in subiecto, sed tātum diuersæ formæ habent diuersas perfectiones numerales in diuersis.

Dicitur secundo, ꝙ si consequens intelligatur de perfectione essentiali & formali, negatur consequentia: ad cuius probationem dicitur, ꝙ forte tactus in vno non est perfectior altero, nisi perfectione numerali.

Quomodo vnus tactus ē perfectior alio.

Posset etiam dici, ꝙ licet tactus vnius esset perfectior essentialiter tactu alterius, tamen intellectus vnius non esset perfectior intellectu alterius essentialiter, non. n. oportet eodem modo esse perfectiorem tactum & intellectū, licet ad perfectionem tactus sequatur perfectio intellectus.

Mollicies mulieris vnde causatur.

Ad secundum negatur antecedēs: non est enim verum, quòd mulieres sint nobilioris tactus viri, vniuersaliter loquendo. Ad probationem dicitur, quod mollities carnis in mulieribus non est propter temperamentum & debitam mixtionem humidi cum sicco, quam bonitas tactus cōsequitur, sed propter abundantiam flegmatis, quæ magis complexionem frigidam & humidam, quam bonitatem tactus enunciat.

Ad tertium dicitur, ꝙ non est sensus Phil. bonitatem mentis proportionari bonitati sensus alicuius: quia ille sensus per sui apprehensionem deseruiat intellectui: sed intelligit primo, quòd iudicium de intellectu quantum ad bonitatem, ex bonitate illius sensus arguitur: & hoc quantum ad cognitionem nostram debet intelligi.

Secundo, quòd ille sensus & intellectus proportionatur secundum bonitatem, eo ꝙ ab vna causa bonitas vtriusq. procedat, & hoc modo secūdum bonitatem sensus tactus, est bonitas intellectus: per bonitatem. n. tactus bonitatem mentis diiudicamus, eo ꝙ bonitas vtriusq. ab eadem causa, scilicet a bonitate cōplexionis, proueniat. Et per hoc patet ad quartum.

ADDITIO.

Opinio Phytagor.

NObilissima, & antiquissima quæstio est inter hos três sensus, nempe visum, tactum, & auditū, quis illorum sit nobilior, multi voluerunt visum esse nobiliorem tactu, & auditu, quia visus plures differentias rerum

rum nobis demonstrat,quam tactus, & auditus,vt ait Arist.per visum.n.cognoscimus corpora superiora & inferiora,per tactum quatuor qualitates tangibiles, per auditum vero istum sonum,sequitur ergo quod visus est nobilior tactu,& auditu.

In prologo Metaphysic.

Opinio Democriti.

Alij prætulerūt auditum,quia per ipsum homo potest de sensibus,& sensibilibus disciplinari,non autem per visum,nec per tactum,hinc multi Philosophi se obcecauerunt,quia per visum impediebantur à disciplina,sed nullus sese efficit surdum.

Stoicorum opinio.

Alij simpliciter tactum prætulerūt,dicentes ipsum esse magis amandum,& propter vitæ necessitatem,& propter delectationem,& propter cognitionem:propter vitæ quidem necessitatem, quia animal nō est animal,nisi ob tactum:propter delectationem, quia cū delectabilissimum operum viuentium sit generare,tale quale ipsum est,& hoc fit per sensum tactus:ergo &c. propter cognitionem quoq;quoniam tactus est fundamentum cęterorum sensuum,& sic est principalior & nobilior ceteris:Igitur &c.

p.p.q.50.artic.5.

Pro dilucidatione huius difficultatis,sciendū est primo,quod homo potest considerari dupliciter, vno modo vt homo est, & rationis capax, alio modo vt homo est animal, cui simpliciter est necessarius tactus, & gustus, ex quibus necessitatem, & voluptatem suscipit.

Secundo est sciendum,quod duplex est amor,aut concupiscentiæ,aut dilectionis,id amatur amore dilectionis, quod in se est bonum, & nulla ratio mali in ipso perspicitur, quo amore virtutes, & Deum amare solemus: amor concupiscentiæ in vtili,& delectabili esse potest, amamus enim sutores amore concupiscentiæ in re vtili,quia bonos nobis faciunt calceos,auarus vero amat pecuniam, quia in possessione illius delectatur.

Vessalius perspectiuus ponit multas nobilitates in visu,lib.3.de linea visuali.

Quibus stantibus dicimus,quod visus est nobilior cęteris sensibus,quod patet primo ex parte sensorij,ad quod producendum miro artificio vsa est natura,uestiendo ipsum multiplici defensiuo.

Tum etiam ex parte medij,quod est diaphanum, quod non solū inuenitur in istis inferioribus,sicut medía aliorum sensuum,sed etiam in cælestibus, & quanto simplicius,& purius est, tanto perfectius per ipsum fit visio.

Tertio ex parte obiecti,quod est color,qui est quædam lux,licet non pura, & lux est nobilior inter omnes qualitates sensibiles,quia inuenitur in nobilissimo corpore.

Ar libr.1.de trist. an. c.9.

Etiam ex parte ipsius visionis, quæ est actus pure spiritualis,eo quòd ad ipsam non cōcurrit aliquis motus,aut mutatio realis,sicut & in alijs actibus sensuum.

Galen li.10. de vsu partiū c.6 docet quod fit natura uisus.

Rationes adductæ soluuntur, sed non prima, quia facit pro opinione nostra,& ex illa etiam sequitur,quod visum etiam magis diligimus, vt ostendimus in quæstionibus metaphysicalibus nostris cōtra Antonium Andr.Scotistam.

Vide Alber. in hoc secūdo lib. tract. 3.ca 37. vbi disputas de Aranea,& eius tactu.Gustus & tactus nihil ad prudentiam faciūt:vide Ar. li.10. de gen.aial.c.10.

Ratio pro secunda opinione soluitur,quia licet auditus conferat ad doctrinam,vel disciplinam,cum sensus disciplinæ nominetur,non tamen ad scientiā, quæ habetur per inuentionem,ad hoc enim maxime facit uisus.

Ratio tertię opinionis soluitur,quia si loquimur de amore concupiscentiæ,quo ad necessitatem vitæ,& de homine ut animal est,sic debemus magis amare tactū & gustum, & sic quoque ad uitę uoluptatem, quo ad cognitionem dictum est.

Sed nota diligenter,quod quodlibet animal excedit aliud in aliquo sensu, vnde in Aquila visus perfectior reperitur,quam in alijs animalibus, in Cane olfactus, in Apro auditus,in Aranea tactus,in Simia gustus,quo facit quasdam gesticulationes quib. præfert magnam delectationem in gustando,hinc Homerus dixit:Nos sius auditu,Linx visu,Simia gustu,Vultur odoratu prę cellit,Aranea tactu.

Vide D.Tho.in lib.de Sensu & Sensato,lect.2. vide quoque Auer.3.collect.c.37. vbi docet,quomodo fiat auditus phantasticus, et Themistium in hoc lib. cap.28.habebis argumentum de incolumi auditu, & est quando aures insonant,et tinniunt,nam tunc constat aeri cognitio naturalem vigorem et utilitatem inesse.

QVAESTIO XVII.

Vtrum odor habeat esse naturale in aere medio inter corpus odoriferum & olfactum.

Est autem omnis olfactus per medium &c.
Tex. XCVII.

Quæritur xvij. Vtrum odor habeat esse naturale in aere medio,inter corpus odoriferum & olfactum. Et videtur quòd sic.

Magi.Christoffo.q 41.

Primo. Odor habet esse naturale in eo,quod est passiuum in generatione odoris, vnū quodq; enim habēt esse subiectū in sua potentia passiua, sed aer & aqua sūt passiuum in generatione odoris,vt dicitur in de sensu & sensato:ergo &c.

Secundo. Illa quę mutuo se impediunt in aere, habēt esse reale naturale in aere,sed odores se impediunt in aere:ergo &c. consequentia nota cum minori:quia si duo corpora odorifera sint in aliqua parte aeris,non potest distinctè percipi odor alicuius eorum, sed percipitur quasi quidā odor mixtus. Maior probatur a contrario:quia si aliqua non habent esse naturale,sed spirituale,nō se impediunt,sicut patet de coloribus non se impedientibus in aere:ergo si se impediunt,habēt esse naturale.

Tertio. Eorum quæ habent tantum esse intentionale in aere, perceptio non impeditur a uēto, non.n.impeditur visio albi a vento stante,sed perceptio odoris impeditur a vento,vt patet ad sensum:ergo &c.

Respondeo. Circa istam difficultatem videndum est primo,quomodo se habeat odor ad alia sensibilia, Secundo,dicendum est ad principale quæsitum.

Ordo ī quęsito obseruādus.

Quantum ad primum. Sciendum est primo,quod odor distinguitur a gustabili & tāgibili,quia illa percipiuntur per medium coniunctum.s.per carnem, odor autem per medium separatum.s.per aerem & aquam:distinguitur autem à sono:quia sonus fit cum aliqua immutatione locali medij: odor autem cum alteratione corporis odoriferi: oportet enim corpus odoriferum alterari à calo-

Distinctio odorabilis a sono:colore, &c.

calore, si debet odorem spirare: a visibili vero distinguitur, quia color hēt esse naturale tantum in corpore colorato, odor autem habet esse naturale etiam extra corpora odoriferum.

Quid sonus & odor habeāt præter alia sensibilia.

Sciendum secundo ꝙ hoc habēt sonus & odor præter alia sensibilia, ꝙ alia sensibilia nō possunt pcipi nisi directe corpora sensibilia sensib. obijciantur. Nam quidem patet in gustabili & tāgibili, quæ percipiuntur quodam contactu, similiter apparet, quòd color non potest videri nisi corpus coloratum directe opponatur visui, odor autem & sonus percipiuntur, etiam si corpus sonās, aut odoriferum non directe obijciatur sensui. Ratio diversitatis est, quia gustabile, & tangibile nō habent immutare sensum, nisi inquantū tangunt medium coniunctum organo: visibile autē quod immutat visum, habet esse tantum secūdum esse naturale in corpore visibili, ideo ad hoc vt obijciatur visui, requiritur ꝙ corpus visibile directe opponatur ei. Odor autem & sonus aliquādo vndequaque diffunduntur secundum figuram sphæricam, & habēt aliquo modo esse reale in aere, ideo quia habēt esse in diuersis partibus aeris, immutant sensum, etiam si corpora sensibilia non directe opponantur sensui; eo enim ꝙ habent esse extra corpus sensibile, directe possunt opponi sensui, absque directa corporum sensibilium oppositione.

Vnde causatur sapor & odor.

Sciendum tertio, ꝙ licet sapor & odor ex permixtione humidi, & sicci, per aliquam actionem calidi causentur, propter quod dicitur in de sensu & sensato, ꝙ eorum fere est eadem passio, differunt tamen dupliciter. Primo quantum ad causam: quia sapor causatur a sicco terrestri, cū additione calidi in humido calido aqueo. Odor autē causatur ab enchima siccitate. s. ab humore incorporato etiam imbibito alicui sicco, causatur dico in humido non quocunque, sed quòd est aeris & aquæ. Secundo differunt, quia sapor magis sequitur humidum, vnde dicit Phil. ꝙ sapor fundatur in humido, odor autē magis sequitur siccum calidum & aereum, vnde habet esse in fumali euaporatione.

Tex. 101. Cap. de gustabili.

Quātum ad secundum sciendum, ꝙ licet odor non sit fumalis euaporatio, vt dicitur in de sensu & sensato, cum quadā tamen fumali euaporatione fit, eo ꝙ corpora odorifera sīt humiditate respersa, propter quod oportet fieri resolutionē, ut percipiatur odor.

Aliquid esse in aere dupliciter.

Sciendum secundo, ꝙ aliquid esse in aere contigit dupliciter. Vno modo, sicut in loco quemadmodum homo: Alio sicut in subiecto quemadmodum humiditas.

Odor separatus a corpore hēt esse naturale sicut in loco.

Tunc ponūtur tres conclusiones. Quarum prima est. Odor separatus a corpore odorifero habet esse naturale in aliqua aeris parte, sicut in loco. Probatur. Quandocunque percipitur odor in aere, ille habet esse naturale in aliquo corpore in aere existente, odor intētionalis non est id quod sentitur, sed corpore odorifero moto siue esse corrupto, adhuc percipitur ille odor qui prius, ergo oportet ꝙ adhuc remaneat in aliquo corpore existente in aere, hoc autem non videtur esse nisi fumalis euaporatio resoluta a corpore odorifero admixta aeri & contrita ab aere, ergo &c. dicitur ergo esse in aere sicut in loco, quia est subiectiue in fumali euaporatione ab aere localiter comprehensa.

Odor nō potest habere esse naturale subiectiue in aere.

Secunda conclusio. Odor non potest habere esse naturale subiectiue in aere aut propinquo aut remoto. Probatur.

Primo. Qualitas secunda causata ex mixtione qualitatum tangibilium, nō pôt esse in aliquo corpore simplici, sed tantum in corpore mixto: sed odor causatur ex mixtione qualitatum tangibilium, vt dicitur de sensu & sensato, ergo &c.

Secūdo. Si posset esse odor naturaliter in aere, tunc contingeret duas qualitates contrarias secundum esse naturale in eadem parte aeris esse, si duo corpora habētia contrarios odores sibi inuicem essent contigua, nam vnumquodque corpus causaret suum odorem in aere, hoc est impossibile: ergo &c.

Tertio. Si odor reciperetur in aere naturaliter, aut reciperetur idem numero qui est in corpore odorifero, aut idem specie. Non idem numero, quia accidens nō migrat de subiecto in subiectū. Non idem spē, quia tunc non perciperetur odor corporis odoriferi vt odor talis corporis, sed ut odor aeris, sicut dicit Phil. quòd si corpus saporosum ponatur in aqua, & aqua recipiat saporem illius corporis, tunc gustus non percipit saporem existentem in aqua, tanquam saporem corporis missi in aqua, sed tanquam saporem aquæ: ergo &c.

2. de anima Text. 101.

Odor hēt esse intētionale in aere.

Tertia conclusio Odor habet esse intentionale in aere. Probatur. Primo, quia odor vsq. ad quingenta milliaria sentiri pôt, vt de quibusdam vulturib. qui odore cadauerum prouocati quingentorum milliarium spatio aduolarunt in Græciā, sed odor ad tantum spatium secundum esse naturale diffundi non potest: ergo oportet, quod secūdum esse intentionale in aere ab odore realiter existente in fumali euaporatione causetur. Probatur minor, quia si secūdum esse naturale ad tātum diffunderetur, oporteret materialem euaporationem, in qua subiectiue recipitur odor, vltra mensuram raritatis sibi possibilis extendi.

Hoc narrat Alb. tract. 3. c. 25.

Si dicatur quòd odor usq. ad vultures illos per ventum flantem est perductus.

Contra. Illa animalia sequentes odorem venerunt in Græciam, alioquin nō potius in Græciam quam in aliam prouinciā aduolassent: ergo oportuit odorem esse diffusum per totum spatium inter cadauera & vultures. Secundo principaliter. Medium alicuius sensus est susceptiuum sensibilis secundum esse intentionale: sed aer est medium in sensu olfactus, ut dicit Philosophus: ergo &c.

Ad argumenta in oppositum respondetur.

2 huius Text. 97.

Ad primum dicitur, quod mens Philosophi est quòd aer & aqua inquantum sunt commixta cū cum aliis elemētis, sunt passiuum in generatione odoris, non autem vt sunt distincta & separata in propria natura.

Lege Alex. 2. huius sup Text. 97.

Ad secundum dicitur, quòd aliquando se impediunt propter esse reale, quod habēt in fumali euaporatione, non autem propter esse reale quod

habeant

habeant in aere subiectiue.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ nos nõ dicimus, ꝙ odor habet tantum esse intẽtionale in aere, sed ꝙ ibi tantum esse intentionale subiectiue habet, esse autem naturale in ipso habet, sicut in loco.

Dicitur secundo, ꝙ maior est falsa, quando id quod habet tantum esse intentionale subiectiue in aere, habet ẽt esse in aere naturale, sicut ĩ loco.

Dicitur tertio, ꝙ id quod habet illo modo esse in aere, potest impediri a vẽto, ne percipiatur, eo ꝙ per vẽtum fumalis euaporatio, in qua erat subiectiue odor immutans aerẽ, expellitur: eo modo quo visio ad ablationem visibilis, in quo est color immutans aerem, impeditur.

ADDITIO.

Pulchra dubitatio de subiecto odoris an sit humidum uel siccum.

Circa hoc quæsitum posset quis dubitare de subiecto odoris, num sit humidum, vel siccum: qa prima facie apparet, ꝙ sit humidum, quandoquidem nutrimentum est subiectum odorum, nam odores ordinãtur ad nutrimentum, & designant nutrimenti cõuenientiam, vel disconuenientiam: sed nutrimentum est humidum: ergo &c.

Præterea: videmus sensibiliter, ꝙ corpora, quæ nõ sunt humida, non sunt odorabilia, vt congelata: sed hoc non esset nisi humidum esset subiectũ odorum: ergo &c.

Adde etiam, ꝙ si odor esset passio sicci, & non humidi, tũc vnum corpus esset siccum & humidum a dominio, nam idem est subiectum saporis ratione humidi, & odoris rõne sicci, & tunc in eodem denominaretur siccum, & humidum, quod est omnino absurdũ, & tamen Arist. expresse scripsit in hoc lib. ꝙ sicut sapor est humidi, sic odor est sicci.

Tex. 100.

Prõ solutione horũ dico, ꝙ odor est in aliquo mixto, quia oĩs qualitas secunda est in corpore mixto, qa sequitur formam mixtionis primarum qualitatum, ut scribit Auerr. 7. diuinorum, & hæc mixtio non est nisi in aliquo mixto, namque simplicia corpora nõ habẽt odorem sicut aer purus, aqua pura, quod dico propter aerem, cum quo corporaliter põt esse admixtus aliqs fumus fœtidus, & corruptus, & tunc fœtet, sed non est corpus simplex, & similiter aqua maris fœtet, propter commixtionem aliquarum exhalationũ terrestrium, & ideo patet, ꝙ odor est passio mixti, qa odor est passio illius, in quo semper inuenitur, & non in alio: hoc etiam habeo ex hoc, quia omne habens odorem, hẽt & saporem aliquem vt scribitur in lib. de sensu & sensibili, sed sapor cũ sit passio nutrimenti, non est nisi in mixto, cum simplex non sit nutrimẽtum, ut dictũ est, attamen illud mixtum substat odori ratione sicci, & hoc vult Arist. hic, ꝙ sicut sapor est passio humidi, sic odor est passio sicci.

Cõmen. 31. Lege Auerr. 5. colliget. c. 28. & inuenies, quomodo differẽtiæ odorum nõ sunt ita manifestæ, sicut differẽtiæ saporũ. li. 1. de sensu & sensato.

Præterea: odor debet esse contrariæ dispositionis suo sensitiuo, cum comparetur ad ipsum, sicut actiuũ ad passiuum, constat autem esse humidum propter hoc, ꝙ est situatum iuxta cerebrum humidissimum existens.

Adde etiam, quia aut est subiectum rõne humidi, aut sicci, si rõne sicci habeo intentum, si humidi hoc stare non põt, quia rõne humidi est subiectum saporum, sed idem rõne vnius, & eiusdem non est subiectũ diuersorum, quod persuadet etiam Alex. hoc signo, quoniam in tempore calido & sicco rerum odorifera rum odores multi percipiuntur, & similiter in calidis, & siccis regionibus, plusquam in aliis.

Quõ odor trãsit a subiecto in subiectũ, quia manus comprimẽs pomũ, recipit in se odorẽ, vide Ammoniũ, & Aetium in 2. eius ant. præd.

Rationes in contrarium non sunt alicuius momenti, quia.

Prima soluitur per hoc, ꝙ nõ secundum idem mixtum est nutrimentum, & odoriferum, sed ratione humidi est nutrimentum, & ratione sicci est subiectum odoris.

Quo odor sit qualitas secũda proxime in sicco, cõprehẽdẽte humidũ immutatiua et factus. lege Simpl. hic

Adde, ꝙ non omnis odor est passio nutrimenti, immo quidam sunt secundum se delectabiles, non propter relationem ad conueniens nutrimentum.

Secunda ratio quoq. soluitur per hoc, ꝙ si aliqua humefacta odorãt, quæ prius non odorabant, hoc nõ est rõne humidi, sed rõne calidi dissoluentis, & aliquam siccitatem generantis, quam consequitur odor, & cum qua diffunditur, vt patet in dissolutione thuris ab igne, & in similibus.

Quid sit odor, & quõ nõ est fumalis euaporatio, quia sentitur a remotissimis, vide 2. sen dis. 2. q. 2. art. 2. & 4. sen. dist. 44 q. 2. art. 1.

Vltima soluitur per hoc, ꝙ vnum & idem corpus esse humidum, & siccum a dominio simpliciter, & absolute, non est possibile, sed secundum ꝙ refertur ad diuersas qualitates, nihil est inconueniens, ꝙ requirat humidum, & siccum, & habeat vtrumq. istorum aliqualiter, sicut sufficit illi qualitati, & sic dicimus in proposito, ꝙ mixtum, & saporosum erit subiectum odoris rõne sicci, & in ipso dominabitur siccum, quod refertur ad odorem, & erit subiectũ saporis ratione humidi, & in ipso dominabitur humidum, secundum ꝙ refertur ad saporem.

An siccum & humidum secundum ꝙ sunt in eodẽ mixto, sint diuersæ qualitates essentialiter, vel vna simplex qualitas media inter siccum, & humidum, virtute habens vtrumque.

Vide D. Th. in lib. de sensu, & sensibili. lect. 5. & in hoc 2. de anima lec. 19. & quomodo erit in corporib. beatorum in summo, & percipietur ab olfactu sine aliqua euaporatione. lege 4. lib. sent. dist. 44. q. 2. art. 1. quomodo etiam odorabile coniungitur nobis per aliquid sui, sicut visibile, & audibile. lege 3. lib. sent. dist. 15. q. 2. art. 3. quod habetur etiam in 4. sent. dist. 49. q. 3. art. 5.

QVAESTIO XVIII.

Vtrum gustus sit sensus distinctus à tactu.

Gustabile autem est quoddam tãgibile &c. Tex. CI.

Quæritur decimooctauo, Vtrum gustus sit sensus distinctus a tactu. Et videtur quòd non.

Mag. Chrisost. q. 15.

Primo. Sicut se habẽt obiecta potentiarum adinuicem, ita & potentiæ, quia potentiæ accipiunt vnitatem & distinctionem ex obiectis, sed gustabile est tangibile, vt dicit Phil. ergo gustus est tactus.

Tex. 101. Caiet. c. 9.

Secundo. Potentiæ sensitiuæ distinctæ habẽt distincta organa, ut patet discurrendo per singulos sensus, visus. n. & auditus, & olfactus habẽt organa distincta, sed gustus, & tactus non habent organa distincta, nam lingua, aut quodcumq. organum quo percipitur sapor, est etiam organũ, quo percipitur calidum, frigidum, & aliæ qualitates tangibiles: ergo &c.

Tertio

Tertio. Potentia quæ percipit suum obiectum tangendo est tactus, sicut potentia quæ percipit suum obiectum videndo est visus, & quæ percipit audiendo est auditus, sed gustus percipit suum obiectum tangendo, vt dicit S. Tho. in hoc secũdo: ergo &c. (Lect. 21.)

(Text. 101.) Quarto. Gustus non percipit saporem sine humiditate, ut ait Philoso. sed humiditas est qualitas tangibilis: ergo gustus percipit qualitatẽ tangibilem: ergo est tactus.

Respondeo. Primo præmittam aliqua. Secũdo ponam conclusiones.

(Gustus dicitur sensus alimenti.) Sciẽdum igitur primo, quòd cum gustus dicatur sensus alimenti: alimentum autem sit id quo animal nutritur, aliqd est de necessitate alimẽti, aliquid vero nõ est de necessitate alimẽti, sed tantum quoddam signum conuenientis alimenti, & quoddam eius delectamẽtum. Id quod est de necessitate alimenti, sunt qualitates tangibiles, siue corpora habẽtia has qualitates redactas ad quãdam proportionalem permixtionem, eo quòd animal constat ex huiusmodi corporibus & qualitatibus. Id autem quod est delectamentum alimenti, est sapor, vt dicit Philosophus. (Tex. 18. huius.) Sciendum secundo, ꝙ gustus potest accipi dupliciter. Vno modo pro potentia discretiua alimenti, quãtum ad id quod est de necessitate alimenti, s. quantum ad qualitates tangibiles redactas ad quandam proportionem. Alio modo pro potentia discretiua alimenti, quantum ad id quod est delectamentum eius, & signum conuenientis, aut disconuenientis proportionis qualitatum eius, quod est sapor.

(Quo aliqua possunt esse realiter distincta & cõuenire in aliquo.) Sciendum tertio, ꝙ licet aliqua sint realiter distincta, tamen non inconuenit ea in aliquo conuenire, scilicet modo operãdi, aut in aliquo alio, propter quod vnum sibi quandoque nomen alterius vendicare solet, saltem id cui conuenit illa cõditio secundario, nomen eius cui primo conuenit, per quandam similitudinem participat, sicut vis cogitatiua, & rõ sunt virtutes distinctæ, quia tamen in modo operandi conueniunt, s. in hoc, ꝙ est discurrere ab vno in alterum, ideo etiam cogitatiua dicitur ratio, sed ratio particularis.

(Prædicatio quædam formalis, quædam causalis hęc duplex.) Sciẽdum quarto, ꝙ duplex est prædicatio, s. formalis & causalis. Formalis est, quando prędicatũ secũdum rõnem suam formalem inuenitur in subiecto. Causalis est, quãdo prædicatum dicit causam subiecti. Et sicut multiplex est causa, ita multiplex est prædicatio causalis. Aliquando. n. causa effectiua prædicatur de effectu, vt cum dicitur (Text. 90.) a Philosopho 2. huius, vox est percussio aeris respirati &c. Aliquando prædicatur causa materialis & subiectiua de eo cui subijcitur, sicut cum dicitur, odor est fumalis euaporatio, & quando tale subiectum prędicatur de eo, quod est in subiecto, dicimus, ꝙ subiectum est prædicatum materialiter, dicimus enim, ꝙ odor fumalis est euaporatio materialiter.

Quantum ad secũdum, ponuntur quatuor conclusiones, quarum prima est.

(Gustus primo modo ẽ idem quod tactus.) Gustus primo mõ dictus. s. discretiuus alimẽti, est idem realiter quod tactus. Probatur. Potentia cognoscitiua qualitatum tangibilium est tactus: dicitur. n. tactus, quia perceptiuus qualitatũ tangibilium, sed gustus hoc modo acceptus est perceptiuus qualitatum tangibiliũ, dictum est. n. & est de mente Philosophi 2. huius, ꝙ qualitates tãgibiles sunt de necessitate alimenti: ergo &c. (Text. 90.)

Sciendum autem, ꝙ gustus sic sumptus, licet sit realiter tactus, tamẽ non est vniuersaliter tactus, existẽs in neruo expanso p linguam, & palatum, ideo dicitur gustus esse quidam tactus, quia ẽ tactus in organo materiali gustus existens.

Secunda conclusio. Gustus secundo modo dictus. s. discretiuus saporum, est tactus quantũ ad modum sentiendi. Probatur. Tam gustus, quã tactus percipiunt obiectum suum tangendo: ergo &c. Antecedens probatur. Nam calor non percipitur à tactu, nisi tangat carnem, similiter nec gustus percipit saporem, nisi gustabile tangat linguam, aut palatum, ergo &c.

Quomodo autem sit intelligendum, ꝙ gustus percipit tangendo, declarabitur in argumentis.

Tertia cõclusio. Gustus est tactus materialiter. Probat. Sicut se hẽt gustabile, ad tãgibile, ita gustus ad tactũ, sed gustabile ẽ materialiter tãgibile ergo & gustus est materialiter tactus: cõsequẽtia nota cum maiori, & probatur minor, quia sapor fundatur in humido, ut dicit Philos. 2. huius, (Tex. 101.) & in de sensu & sensato; & sic fundatur, ꝙ nõ potest percipi sapor sine humido, vt ibidem dicitur, sed humidum est tangibile: ergo &c.

Sciendũ vero, ꝙ gustus dicitur materialiter tactus, sicut gustabile dicitur materialiter tangibile, scilicet quia gustus fundatur in tactu, sicut & gustabile fundatur in tangibile.

(Gustus distinguitur a tactu.) Quarta conclusio. Gustus scdo modo dictus, distinguitur formaliter, & realiter à tactu. Probatur. Potentiæ respicientes diuersa formalia obiecta, formaliter, & realiter distinguntur; potentiæ enim ex formalibus rationibus obiectorũ distinguuntur. Sed gustus & tactus respiciũt diuersa obiecta formalia, scilicet gustabile, & tãgibile, quorum vnum fundatur in altero, vt dicit Philosop. ergo &c.

(Tex. 101.) Ad argumenta in oppositum respondetur.

Ad primũ negatur minor de idẽtitate formali, non enim gustabile, & tangibile sunt idem formaliter, & realiter, sed tantum materialiter: quia gustabile fundatur in tãgibili, & hoc modo intelligit Philos.

Ad secundum negatur maior, si vniuersaliter accipiatur, licet enim visus, & auditus habeãt determinata organa, quia sũt in determinata parte corporis, tamẽ sensus tactus quia est diffusus per corpus, etiam organum per totũ corpus diffusum habet, vnde omnia organa aliorum sensuum sunt organa tactus, si enim ista ratio concluderet, probaretur ꝙ omnes alii sẽsus essent idem ꝙ tactus. Dicitur tamen ꝙ licet organa aliorum sensuum sint etiam sensus tactus organũ materialiter, sunt tamen ab illo formaliter distincta, inquantũ per vnam dispositionem est organum tactus, per aliã vero aliorum sensuum organa.

(Potẽtiã suũ obiectũ percipere tãgẽdo dupliciter intelligitur.) Ad tertium dicitur, ꝙ potẽtiam percipere suũ obiectũ tangendo põt intelligi dupliciter. Vno modo, quia percipit per actũ virtutis tactiuæ, sicut

eut illud dicitur obiectum percipere videndo, ꝙ percipit per actum visiuæ potentiæ. Alio modo, quia percipit p contactum rei cognitæ, & cognoscentis, eo modo quo dicuntur se tangere, quorũ vltima sunt simul. Si primo modo intelligatur, negatur minor, nec sic intelligit S. Thom. si secũdo modo, conceditur minor, in illo sensu, ponit eam S. Thom. sed negatur maior. Ad probationem dicitur, ꝙ probat illam in primo sensu, non autem in quo negatur.

Posset etiam dici, ꝙ gustus percipit suum obiectum tangendo, idest percipit suum obiectum, dum simul tactus percipit humiditatem, in qua fundatur sapor.

Quę sit mēs Arist. de gustu. Ad quartum respondetur, ꝙ non est mens Philosophi, ꝙ gustus non percipiat saporem, nisi etiã percipiat humiditatem, sed ꝙ non potest percipere saporem, nisi tactus etiã pcipiat humiditatẽ, in qua radicatur sapor, & sapor non potest immutare gustum, nisi humidũ in quo radicatur sapor, immutet tactum, vnde verba sua sunt ista, nõ autem facit hymoris sensum sine humiditate, scilicet tactum immutante.

ADDITIO.

VT melius intelligatur hoc quæsitum, videndum est illud quod Arist. ponit lib. de sensu & sensato cap. 2. in fine. & secundo de partib. animalium c. 50. & lib. 5. c. 2. & 1. lib. de hist. animalium. c. 11. & 3. lib. c. 5. & præcipue quod Plin. li. 11. c. 27. scribit de gustu hominis, & Alb. 3. tra. huius lib. cap. 6.

QVAESTIO XIX.

Vtrum tactus sit vnus sensus.

Si enim tactus non vnus est sensus, &c.

Tex. CVI.

QVæritur xix. Vtrum tactus sit vnus sensus. Et videtur quòd sic.

Primo. Si non esset vnus, sequeretur ꝙ essẽt plures sensus exteriores quam quinque, quod est cõtra id quod communiter dicitur: & videtur etiam esse cõtra mentem Philos. qui de visibili, audibili, odorabili, gustabili, tangibili, determinat tanquam de quinque sensibilibus: ergo &c.

Secũdo. Ex omni parte corporis sentimus omnes qualitates tangibiles, scilicet calidum, humidum &c. ergo in omni parte corporis est idem tactus: ergo vnus sensus tactus.

Lect. 21. Tertio. Sẽsus respiciens vnũ genus pro obiecto est vnus, vt dicit S. Th. in scripto: sed sensus tactus respicit vnũ genus pro obiecto: dicit enim S. Tho. in prima parte, ꝙ omnes qualitates tangibiles cõueniunt in vno genere innominato: ergo &c. (q. 78. ar. 3. ad tertium.)

Respondeo. S. Th. duos modos dicendi ad istã difficultatem ponit. Primus est, ꝙ sensus tactus est vnus simpliciter, licet. n. tactus sit perceptiuus plurium qualitatum primarũ, tamen illæ possunt in vno genere, sed innominato, cõuenire quod sit obiectum adæquatum tactus. Alius modus est, ꝙ sensus tactus est vnus materialiter, sed plures formaliter. Primum modum non videtur S. Th. acceptare, sed magis probabiliter disponere, quod patet ex modo loquendi. Nam in quæstionibus disputatis de anima, & in prima parte, posito secundo modo hic recitato addit: posset tamẽ dici, & subiungit alium modum. Ideo videtur de mente eius tenendum, ꝙ tactus non est vnus formaliter, sed est vnus materialiter. (ar. 13. ad 17. & 1. vt sup.)

Tactus non est vnus formaliter, sed materialiter. Ad cuius euidentiam sciendum primo, quòd tactus est fundamẽtum omnium aliorũ sensuum & qualitatum tangibilium, ex quibus constat animal, & à quib. secundum omnem partem corporis potest animal lædi, est perceptiuus, vnde dẽt esse diffusus per totum corpus, & per consequẽs organum per totum corpus diffusum habere debet, & omnia organa aliorum sensuum dẽnt esse organa tactus, eo ꝙ omnia possunt à qualitatibus tangibilibus lædi.

Lec. 2. Sciẽdum, ꝙ quia subiectum est materia & potentia respectu formæ, ideo omnes formæ existentes in eodem subiecto possunt dici eodem materialiter quasi formæ eiusdem materiæ: & nõ quasi sint ex eadem materia compositæ, cum sint res & naturæ simplices.

Sciendum tertio, vt notat S. Thom. quod potẽtiæ accipiunt vnitatem & distinctionem ab obiectis, & ideo oportet ꝙ sensibile correspondẽs vni potentiæ sit vnum genus. Vnde cum in vno genere non sit nisi vna prima contrarietas, licet p subdiuisionem possint esse plures, sicut corporis primæ differẽtiæ sunt animatum & inanimatum, tamẽ per subdiuisionem etiã sensibile & insensibile sunt differẽtiæ corporis: oportet etiam sensum vnum esse vnius primæ contrarietatis, licet possit esse plurium per subdiuisionẽ, sicut & visus est circa colorem, secundum ꝙ est commune quoddam ad hunc & ad illum colorem proprie dictũ, est autem albi & nigri secũdario: ex quo sequitur oportere oẽs differentias q̃ cognoscuntur ab vno sensu, esse vnius generis. Ista verba S. Th. sic sunt intelligenda, scilicet ꝙ debent esse vnius generis subalterni. Nõ. n. sufficit ꝙ sint eiusdem generis generalissimi: nam si illud sufficeret: tũc oẽs qualitates sensibiles essent vnius sensus, quia sunt in genere qualitatis. Similiter ẽt est intelligendum ꝙ debẽt esse vnius generis proximi, sicut animatum & inanimatum continentur sub corpore: aut si sunt pluriũ generũ, debẽt esse pluriũ generum subalternatim positorum, sicut animatũ & inanimatum sensibile & insensibile sunt diuersorũ generũ. s. corporis & animalis: quorũ animal subalternatur corpori. Si. n. sic erit, quãuis vnus sensus erit plurium contrarietatum, tamẽ erit vnius tantum primæ contrarietatis, differẽtiæ. n. primi generis erunt primæ contrarietates, & aliæ erunt secundariæ.

Distingui aliqua formaliter dupliciter intelligi potest. Vltimo sciẽdũ, ꝙ aliqua distingui formaliter, põt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ distinguantur secundum formales rõnes quõ intellectus, & rõ distinguũtur formaliter. i. secũdũ diuersas rõnes.

nes. Alio modo ꝙ distinguantur essentialiter, id est, ꝙ sint diuersæ essentiæ & naturæ quo albedo & nigredo distinguuntur.

Istis suppositis ponuntur duæ conclusiones de mente S. Thom. Quarum prima est.

Sẽsus tactus est vnus materialiter: ꝓbatur sic. Sicut est de qualitatibus tãgibilibus, ita de tactu, vt Philosoph. inquit. Sed qualitates tangibiles sunt vnum materialiter: ergo &c. Minor probatur. Qualitates ex quib. constat animal, sunt vnũ materialiter, i. in eodem subiecto, sed qualitates tangibiles sunt qualitates, ex quib. animal constat: ergo &c. Dicitur itaque sensus tactus vnus materialiter: quia omnes virtutes tactiuæ sunt in eodem materiali subiecto, & organo. Tex. 106.

Secunda conclusio. Sensus tactus sunt plures formaliter, idest essentialiter & realiter. Probatur rõne Philosoph. Sensus cognoscitiui plurium primarum qualitatum sunt plures. Sed sensus tactus sunt huiusmodi: ergo &c. consequentia nota cũ minori, nõ. n. calidum & frigidũ, & humidum & siccum, sunt vnius generis proximi primæ cõtrarietates: quia vnum genus habet tãtum duas differentias primas, non etiam sunt plures differentiæ plurium generũ subalternatim positorũ. Maior probatur. Vna potentia est vnius generis, sed vnum genus habet tantum duas differentias primas, vt dicitur 10. Metaphysic. ergo vnus sensus erit duarum primarum differẽtiarum, & per consequens, vbi plures potentiæ primæ, differentiæ plures sensus: & quot primę contrarietates tãgibiles, tot sensus tactus realiter distincti, hoc idẽ tenet Comm. & Alber. Tex. 107. Tex. 14.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ non sunt tantũ quinq; sensus exteriores: sed sex aut septem aut plures, secundum ꝙ diuersi ponunt duos, aut plures sensus actus. Aue. conclusio. 107. & Albert. trac. 3. cap. 30.

Dicitur secundo, quòd Philosoph. dicit esse quinque sensus, accipiendo sensum tactus pro vno, tum quia dicuntur omnes sensus tactus, eo quòd percipiunt obiectum suum tangendo, tum quia sensus tactus est vnus materialiter, & distinctio organi vnius, ab alterius organo non apparet.

Ad secũdum dicitur primo, quòd in omni parte corporis sunt omnes spẽs tactus perceptiuæ qualitatum elemẽtorum, sed tactus perceptiuus qualitatum alimenti habet esse tantum in lingua aut faucibus.

Dicitur secundo, ꝙ consequentia nõ valet. s. habet esse tactus omnis in omni parte corporis, ergo est idem.

Dicitur tertio, ꝙ licet spẽs tactus habeant esse in eodem organo materiali, sunt tamen diuersæ dispõnes in eodem organo secundum diuersitatem potentiarum. Aliam enim dispositionem habet in illo organo potentia cognoscitiua calidi, & frigidi, & aliam potentia cognoscitiua humidi & sicci, & sic de alijs.

Ad tertium dicitur, ꝙ S. Thom. ponit illã propositionem, saluare volens aliquo modo, sensum tactus esse vnum.

Dicitur secundo, quod possunt habere vnum genus remotum, non autem vnum genus proximum.

ADDITIO

Circa hoc quęsitum nota diuersitatem loquentiũ, dum aliqui multiplicant tactum formaliter, q̃ in uno & eodem sensorio põnunt multas potẽtias tactiuas, quarum vna erit ad ꝑcipiendum frigidũ & calidum, altera vero ad ꝑcipiendum humidum & siccũ, & hanc opin. sequitur auctor, q̃ est opin. D. Th. lect. 22. & Ianduni q. 27. & Apollinar. q. 40. & Caiet. Tienensis, quæ ẽt est opinio Themi. inter grecos, & c. 39. & ẽt Alex. Commen. 108. & ẽt Auerr. ibidem, nec nõ & Auicennæ lib. 6. c. de tactu, & ẽt ipsius Alber. in sua summa, nota hic quomodo aliqui nõ bene loquũtur de D. Tho. dum volunt se retractasse p. p. q. 78. art. 3. ad 3. quod tamen non est verum, vt latius ostendi in quadam peculiari quæst.

QVAESTIO XX.

Vtrum caro sit mediũ in sensu tactus.

In tactu autem hoc nunc immanifestum est, &c. Tex. CX.

Quæritur xx. Vtrum caro sit medium in sensu tactus. Et videtur ꝙ non.

Primo. Medium in aliquo sensu dẽt esse denudatum a natura sensibilis, vt dicit. Phil. sed caro non est denudata a qualitatibus tangibilibus, cum sit corpus mixtum: ergo & cæt. 2. huius. Text. 71.

Secũdo. Vnius potentiæ est tantum vnum medium necessarium ad vnã operationẽ sẽsus, sicut patet discurrẽdo ꝑ singulos sensus: sed aer aut aqua sunt media in sensu tactus, vt dicit Philo. ergo non caro. Tertio. Medium prius immutatur à sensibili quã sensus, sed caro non prius immutatur, tangibili quã tactus, immo statim immutatur caro & tactus, vt dicit Phil. ergo &c. Tex. 113.

Quarto. Animalia non habẽtia sanguinem nõ habent carnem, tamen habẽt sensum tactus, alioquin non essent animalia, ergo &c. Tex. 109.

Quinto. In secũdo de partib. animaliũ Arist. ponit carnem esse organum tactus, ergo &c.

Respondeo, ꝙ caro, vel aliquid simile carni est medium per se in sensu tactus. Caro est medium per se in tactu.

In qua conclusione oportet duo declarare. Primo quare dicitur per se. Secundo quare dicitur vel aliquid simile carni.

Quantum ad primum. Sciendum primo, ꝙ est commune omni sensui per aliquod medium sentire, sensibile. n. positum supra sensum non facit sensationẽ, ut dicitur de visibili, & vniuersaliter de omni sensibili. Vnde oportet inter sensum & sensibile esse quoddam medium, ꝙ immutatum à sensibili immutet sensum, diuersimode tamen, quia in quibusdam medium est coniunctum sentienti, i. est pars sentientis, sicut in tactu & gustu, in alijs autem est medium separatum, quod scili- Tex. 73. & 116.

cet non eſt pars ſentientis, ſicut in viſu medium eſt aer.

Sciendum ſecundo, ꝙ duplex poteſt eſſe medium inter ſenſum & ſenſibile. Quoddam eſt medium per ſe. Quoddam eſt medium per accidēs. Medium per ſe eſt, quod per ſe habet ordinem ad immutationem ſenſus. Medium per accidens dicitur, quod non habet ꝑ ſe ordinem ad immutationem ſenſus: & hoc eſt quod licet mediet inter ſenſum & ſenſibile, hoc tamen eſt, non qa ſit neceſſarium ad immutationem ſenſus: ſed quia talis eſt conditio corporum, ſ. ſentientis & ſenſibilis, vt inter illa ſemper ſit tale medium.

Ad medium per ſe duo requiruntur. Sciendum tertio, ꝙ ad hoc vt aliquid ſit medium per ſe alicuius ſenſus: duo requiruntur. Primo, ꝙ ſit denudatum a natura ſenſibilis, aut omnino, ſicut aer à natura coloris, & ſoni, & odoris; aut ſecundum illū modū quo percipitur à ſenſu, ſicut caro, licet non ſit denudata à ſenſibilib. tactus ſimpliciter, eo quod eſt corpus mixtū ex elementis quibus conueniunt qualitates tangibiles: eſt tamen a qualitatibus tangibilibus ſecundum illum modum quo percipiuntur à tactu denudata, percipiuntur enim a tactu ſecundum excellētias eorum, in carne autem ſunt redactæ ad quandam medietatem, & per hoc ſoluit primum argumētum. Secundo, requiritur quòd medium prius immutetur ab obiecto quā potentia, quod intelligendum eſt nō de prioritate temporis, ſed de prioritate naturæ & cauſalitatis, hoc eſt quòd oportet immutationē medij eſſe cauſam immutationis ſenſus.

Dicitur itaq. ꝙ caro eſt medium per ſe in ſenſu tactus, ad excludēdum medium per accidēs, ſ. aerem & aquam, quæ requiritur non ꝓpter immutationem tactus, ſed propter condōnem corporum. Nam duo corpora dura nō poſſunt ſe immediate in aere aut in aqua contingere: ſed oportet inter illa aerem aut aquam mediare.

Aliquid carni ſimile tripliciter. Quantum ad ſecundum, ſciendum ſecundum Alber, ꝙ aliquid poteſt dici ſimile carni tripliciter. Vno modo pars quæ loco carnis eſt in animalibus carentib. ſanguine. Caro. n. proprie dicta tract. 3. ca. 34. eſt, quę ex ſanguine generatur: vnde animalia nō habētia ſanguinem nō hēnt carnem: ſed aliquid ſimile carni. Secundo modo dicitur aliquid ſimile carni: quia complexio ſua hēt quandam vicinam complexionē complexioni carnis ſicut dentes, creſcunt. n. etiam aliquantum in ſenibus. Tertio modo dicitur ſimile carni, ꝙ eſt carni cōmixtū ſicut nerui quidam; nō enim poſſunt eſſe multum carni commixti, niſi etiam multum ſimiles carni exiſtant.

Dicitur ergo, ꝙ caro, vel ſimile carni eſt medium in ſenſu tactus, quia non ſolum caro proprie dicta eſt medium, ſed ēt in non habentibus ſanguinem, id quod eſt ſimile carni in habentib. ſanguinem eſt medium: & in habentibus ſanguinem, etiam dentes, & nerui immixti carni ſunt medium tactus.

Iſtis declaratis probatur concluſio rōne Philoſoph. Caro aut eſt organum aut medium tactus, quia ſtatim ad tactum ſenſibilis per carnem ſentimus: ſed caro nō poteſt eſſe organum: ergo &c.

Minor probatur. Senſibile poſitum ſuper organum non facit ſenſationem: ſed tangibile poſitū ſuper carnem facit ſenſationem: ergo non eſt organum: ergo &c.

Ad rationes in oppoſitum reſpōdetur. Ad primum patet reſponſio ex dictis.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ vnius potentiæ eſt tātum vnum medium per ſe vna operatione: plura tamen poſſunt eſſe, quorum vnum ſit medium ꝑ ſe: alia vero media per accidens. Aer aūt & aqua ſunt media per accidens, vt dictum eſt: ſed caro medium per ſe.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ illa prioritas eſt prioritas naturæ, non autem temporis, vt dictum eſt in quæſtione.

Dicitur ſecundo, ꝙ caro immutatur ſimul tēpore cum organo, tamen prius ſecundum naturam & cauſalitatem. Immutatio enim carnis eſt cauſa immutationis organi & ſenſus tactus.

Ad quartum dictum eſt, ꝙ animalia carentia ſanguine, licet habeant carnem: habent tamē aliquid ſimile carni.

Ad quintum præter reſponſionem Auerrois Cōm. 108. tenentis, quod in libro de animalibus fuit vnius opinionis: hic aūt alterius fuit. Dici poteſt primo, ꝙ Ariſt. in illo loco probat carnem eſſe primum corpus animalis: per carnē accipiendo corpus carnem includēs, tāquam partem: quoniam non eſt corpus animalis abſq. carne conſiſtens.

Dicitur ſecundo, ꝙ tale corpus eſt organum non ſimpliciter, ſed tanquam organū & medium coniunctum, ſ. carnem proprie dictam includēs. Nam nerui ſub carne contenti, organi rationem habent, iſta vera caro ſola medium eſt.

A D D I T I O

INter alios errores quos multi Philoſophi, tribuunt Tex. 109. Ariſtot. unus eſt iſte, qui diſputatur in hoc quæſito, quandoquidem ponit in hoc ſecundo de anima, ꝙ caro eſt medium in ſenſu tactus, quod tamē falſum eſt, quia eſt organum, & non medium, ut ipſemet dicit 2. de partibus animalium.

Secundum errorem impingūt Ariſt. in lib. de ſomno & uigilia, quo loco negat Deum immittere ſomnia, redditq. eius rei cauſam, ꝙ ſi Deus eorum eſſet auctor, ſapientibus, uel maxime & his quidem uigilantibus ea immitterentur. Errores impoſiti Ariſt. à Cano de locis Theologicis.

Tertium errorem faſſus eſt Ariſt. in li. de bona fortuna, vbi res fortuitas diuinę gubernationi, ac directioni ſubtrahit, duobus argumentis perſuaſus, uno ꝙ res ſecundæ prauis obueniant, quorum Deum habere curam non ſit ueroſimile, altero ꝙ Deus potius dirigeret in effectu fortunę homines ſapientes, cum contra fere uideamus imprudentiſſimos quoſque eſſe fortunatiſſimos.

Quartum errorem poſuit primo de cœlo, ubi quicquid genitum eſſet, id corruptibile aſſeruit, nec incorruptibile quicquam, qđ non eſſet ingenitum uoluit.

Quintum errorem docuit quinto, rurſum 20. met. Lib. 1. de cælo tex. 129. quibus locis definit Deum animal eſſe perpetuum, & optimum; uocat autem Deum communi nomine ſubſtantiam quancumq; cœleſtem, & diuinam: nam poſt Tex. 36. hęc incipit inquirere, an illa ſubſtātia ſempiterna una uel plures ſint.

Sextum

Tex.42. Sextum errorem posuit eodem lib. 12. vbi substã tijs intellectualibus virtutem tribuit infinitam, q infinito tempore moueant.

12. metaph. Tex.45. Septimum errorem posuit in tota doctrina sua, in qua Dei prouidentiam, præmiaque, & supplicia quæ probos, & improbos in futura vita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas, reliqua, ait, fabulose iam sunt allata ad persuasionem vulgi, atq; ad vsum legum, vitæq; humanæ vtilitatem, hinc absurdũ esse docuit Deũ de quibusdam intelligere, q præstet non videre aliqua quam videre: hæc & non alia loca notãt aliqui doctissimi viri in quibus volunt Arist. in doctr. sua plurimum errasse.

Lib. de locis Theologicis. Si quis tamen hæc & alia loca, in quibus alij volũt Philosophum delirasse, profecto videbit, eos potius liuore aut forte insania plenos, quam Aristotelis doctrinam in his locis citatam aliquem errorem In prologo 2. Physicor. continere, nolo enim mõ dilatare fimbrias, vt Aue. ait, q nullus in eius verbis errorem alicuius quantitatis adinuenit vsque ad tempus eius, quod est mille, & quingentorum annorum ab Arist. obitu, & talem virtutem esse in vno indiuiduo miraculosum, De numero Angelorum. & extraneum existit, & quod hęc dispositio in vno homine reperiatur; dignus est esse diuinus magis Gal. libr. de vsu partiũ. quam humanus, quia pro comperto habeo in errorem prolapsum fuisse, sed non quo ad hæc loca cita Auic. 6. nat. ta: quandoquidem primum locum diuersi diuersimode volunt ipsum veritati esse consentaneũ, dum aliqui putant carnem esse medium, & neruum sensorium, alij vero dicunt medium esse carnem neruo sam: sed istis & alijs opinionibus relictis, ostenditur hunc locum non esse erroneum per hoc, quia sicut in oculo est duplex diaphanum, primũ in exteriori parte oculi, & secundum in glaciali interiori, quorum primum medij, secundum organi officio fun Duplex caro. gitur: ita in tactu duplex caro distinguenda est, interior & exterior: prima qua primo animal viuit, habet rationem organi, secunda vero tenet rationem medij.

Secundum quoq; locum non erroneum arbitratur Albertus, sed verissimũ, vt patet intuenti ipsum in lib. de somno & vigilia, cuius doctrinam recitat 1. q. 95 art. 6. in corp. D. Thom. volens quoq; totalem causam somniorũ non esse Deum, & hoc quoq; concedit Arist. quandoquidem somniorum causa aliquando potest esse interius, aliquando exterius: interior potest esse duplex, vna quidem animalis, inquantum s. ea occurrunt hominis phantasiæ in dormiendo, circa quæ Causa somniorum multiplex. eius cogitatio, & affectio fuit immorata in vigilando, quandoque vero causa intrinseca somniorũ est corporalis, nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia, cõueniens tali dispositioni: causa etiam somniorum exterior est etiam duplex, scilicet corporalis & spiritualis, corporalis quidem, inquantum imaginatio dormiẽtis immutatur vel ab aere continenti, vel ex impressione cœlestis corporis: spiritualis vero causa est quandoque Deus, sed non immediate, sed mediante ministerio Angelorum, & sic intelliguntur verba Arist. quòd Deus non est totalis causa somniorum, neque immediata.

Fabula de Fortuna. Tertium quoq. errorẽ nullius mom&etilde;ti existimamus iuxta doctrinam Alberti, quia Arist. ibi impugnat illos, qui pueriliter imaginabãtur fortunam esse quãdam Deam separatam, habẽtem duas facies, quarum vna est bona & benefactiua hominibus, altera vero est mala & malefactiua, & cum fatum sit ordinatio secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos, propterea quæcunq; causis secũdis subduntur, ea subduntur & fato, si qua vero sunt, quæ a Deo immediate fiunt, cum non subdantur secundis Quæ fato subduntur. causis non subduntur fato, sicut creatio rerum. glorificatio spũalium substantiarum & alia huiusmodi: vnde ea quæ sunt propinqua diuinitati, excedũt ordinem fatalis mobilitatis, & ideo quanto lõgius aliquid a prima mente discedit, nexibus fati maiorib. implicatur, quia magis subijcitur necessitati causarum, & hoc est secundum ueritatem: falsum quoq. est Arist. negasse diuinam prouidentiam, ut ostendimus de mente eius in quodam peculiari tractatu de Dei prouidentia.

Ad id quod quarto loco adducitur, de facili eua Primo cœli text. 126. dimus ex progressu, quem habet ibi Arist. qui progressus totus est contra Plat. ponentem mũdum genitum ex elementis & æterno duraturum, & contra hoc direxit argumẽtum illud, quod genitum ex materia & elementis necesse est esse corruptibile, & habere principium atq; finẽ, & hoc expresse fatentur oẽs boni interpretes, & præcipue D. Tho. qui dicit, q loquitur de inceptione, & productione p motũ; quicquid incepit per motum desinit esse, & quod p generationem producitur, generabile, & corruptibile est, & hoc est consentaneum veritati.

Nec valet quod ex quinto Metaph. adducitur, Tex. 15. quia ibi p Deum nõ intelligit primum principium, sed idolum, qđ antiqui colebãt in templis pro Deo, & est expositio D. Th. dictũ autem desumptum ex 12. metap. videtur habere quandam apparentiam, Tex. 38. nihilominus non discedendo ab expositione S. Th. nec in eo aliquem errorem commisit Arist. cũ post quam secundum mentem eius dixerit de Deo, quod mouet, vt desideratũ, & amatum, cuius vita est optima, & eius operatio quæ est intelligere, est sua substantia, quę est actus purus, & se habet vt semper uigilãs & nũquam dormiẽs, subdit postea secũdũ opinionem hominum, Deum esse animal optimum & sempiternũ: vnde patet, q non loquitur secundum propriam sententiam, sed prout erat in fama hominum, & præcipue quia uita apud nos in solis animalibus apparet manifeste, inde dicebat vulgus, quòd Deus erat animal, quia ei competit vita, nec est verum quamlibet substantiam cœlestem esse Deum in doctrina Aristo. cum expresse habeat, plu In fine 12. metaph. ralitas principatuũ mala; vnus ergo princeps & licet in tex. 41. & 12. metaphysicor. perquirat Philosophus, vtrum autem ponendum vnam talem substantiam, aut plures, quibus verbis accipiunt aliqui, quòd Aristotel. ponat Deum esse vnamquamque cœlestem substantiam, quia ante hæc verba declarauerat quid sit Deus, hoc tamen nõ est verum, vt patet intuenti textus, & seriem verborum, quia hæc uerba referuntur ad immediate præcedentia, in quibus posuit intelligentiam esse incorpoream, & de hac quærit num sit una substantia incorporea, an plures, non autem quærit quo ad omnes perfectio Sensus verborũ Arist. nes competentes primo principio, ut puta esse actũ purũ, & infinitæ perfectionis intensiue, & cęt.

Ex quibus etiam habetur ueritas illius, quod sexto loco adducitur, quòd Aristotel. tribuerit omni Quęlibet intelligẽtia est infinita in specie. bus intelligentijs virtutem infinitam: hoc enim nõ est uerum nisi extensiue, uel quod unaquæque intelligentiarum sit infinita intensiue in specie non simpliciter, quia esse uigoris infiniti intensiue, & entitatis infinitæ est proprietas primi principij; & si dicis quia Aristotel. postquam in text. 41. probauit mo-

ralitas principatum mala; vnus ergo princeps & li- re is æternum non esse in magnitudine eo, quod vir tu. infinita non est in magnitudine: subsequitur in tex. 42. vtrum autem vnam ponendum talem substátiam, aut plures, & quot sunt &c. ly talem refert qua l in supra dixerat, scilicet potétiæ infinitę inalterabilem, impassibilem &c. concludit ꝙ tot sunt quot motus cœlestes; ergo esse virtutis infinitæ attribuit non solum primo principio, sed etiam omnib. alijs intelligentijs, aliter textus Philosophi non bene cõtinuaretur, dicimus, ꝙ ly talem refert qualem supra, quo ad oẽs conditiones possibiles conuenire intelligentijs, s. mouere semper actu, esse æternas, immateriales, sine magnitudine, inalterabiles, impassibiles, quia esse infinitas simpliciter repugnat intelligẽtijs, vt alias ostẽdimus, ideo non est necesse, ꝙ referat illam conditionem, & aliam eis repugnantem.

Disput. 15. 12. metaph. 8. Metaphy. 2. Metaphy. Tex. 13. Quod vltimo loco obijcitur, ꝙ Aristot. negat Dei prouidentiam, & pręmia ac supplicia hominũ, hoc quoque falsissimum esse ostendimus in tractatu nostro de diuina prouidentia, quia in multis locis suæ doctrinę Philosophus luce meridiana clarius ponit, Deum benedictum curam & prouidentiam horum inferiorum habere, vt est ille locus, quo vtitur contra Empedoclem, negantem Deum cognoscere litem, arguit Aristot. quia si Deus non cognoscet litem, sequeretur Deum esse minus prudentem hominibus, & primo metaphysic. proclamauit, sapientis est prouidere, at Deus est omnibus sapientior; igitur de omnibus curam gerit, & primo meteor. aiebat, necesse est mundum hunc inferiorem contiguũ esse superiori, vt inde omnis virtus gubernetur: & 10. Ethic. vult manifestissimam prouidentiam omnium singularium sub proprijs esse, & rõne qua singularia sunt Deum habere; & hæc verba protulit ibi, qui secundum mentem operatur, & eam colit, optime est dispositus, & amicissimus Dijs videtur esse, nam si Dij curam aliquam habent (vt existimatur & creditur) rõnabile est eos gaudere optimo & cognatissimo; igitur Deorum eũdemq; fœlicissimũ esse, dicens, est itaque, & hoc modo sapiens vtiq; erit maxime fœlix; & Auerr. in commento ait, quòd Deus gaudet de eo qui nititur ei assimilari, & benefacit eis qui amant ipsum. Philosop. vt honorificet eos, & visitat illos, sicut est dispositio amici cum amico suo, eo quod actio eorum est actio nobilis & sana, quinto quoque Et c. docet orandos esse Deos, vt nobis bona tribuãt: ad quid igitur doceret orandos esse Deos, nisi ipsi nobis prouiderent? & alibi affirmat Auerr. sollicitudo diuina cum non potuerit facere ipsum hominem permanere secũdum indiuiduum, miserta est dando ei virtutẽ, qua possit permanere in specie, & infinita: sunt alia loca in doctrina Aristotel. quæ breuitatis causa relinquo; non ergo fabulose hęc ab Aristotel. dicta sunt, sed serio, & diligentissime: ea autem quæ dicit Aristotel. esse fabulose dicta, sunt vt exponit D. Thom. ea quæ dicebantur à gentilibus & a poetis Deos esse cõformes hominibus, & quibusdam aliorum animalium, puta Saturnum, Iouem, Mercuriũ &c. esse Deos, & quosdam alios homines ædificatos, & non ea quæ spectant ad futuram vitam, de qua non inepte asserere possumus Aristot. mentionem fecisse 9. Metaphysic. vbi de intellectione substantiarum separatarum differens, ait intellectũ nostrum ea ignorare, hæc tamen ignorantia non est talis priuatio sicut cœcitas, quæ est priuatio potentiæ, namque ignorantia similis cœcitati est, quando aliquis non hẽt vim intellectiuam ad attingẽdum substantias separatas, ac si dicat ꝙ licet in hac vita non possimus intelligere substãtias separatas, alia tamẽ intelligemus, an quidditatiue, vel nõ, nihil refert ad propositum: sat sit nobis modo, quòd in doct. Arist. datur alia vita.

(Margin notes: In prologo. — Cap. 2. — Cap. 10. — Deus gaudet de sapiẽte quia est suus amicus — Cap. 2. — 2. de anima Tex. 34. — Tex. 22.)

Quod aũt asserat Philosophus Deum quædã nõ meditari, hoc. n. non absolute affirmat Arist. sed cũ conditione, si meditãdo vtilia retraheretur a dignioribus intelligẽdis, melius esset illa vilia nõ meditari, quam meditari, quod esset quãdo Deus susciperet scientiam a rebus, & intelligeret alia à se in seipsis, sed nõ est ita, quia Deus tãtum seipsum in seipso intelligit. i. per suam essentiam, alia à se non in seipsis, sed ut contenta, & repręsentata in sua essentia, quia si seipsum perfectissime intelligit, ut probauit Arist. ergo intelligit omne contentum in seipso, aliter non se perfectissime intelligeret, sed in Deo cõtinentur perfectiones omnium rerum, saltẽ ex quinto Metaphysic. ergo intelligit ꝑfectiones oĩum rerum existentium, si ꝑfectiones oĩum rerum, ergo & res, quoniam ꝑfectio includit habitudinem ad id cuius est ꝑfectio: ergo si intelligit perfectionem q̃ est in homine ex eo quod eminenter est in Deo, intelligit hominem, & sic de aliis, ex quibus omnib. patet loca adducta nullum continere errorem. Tex. 49. 12. metaph. Tex. 40. 12. metaph. Cap. de perfecto.

QVAESTIO XXI.

Vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem.

Apposita enim super sensitiuum non sentiunt, &c. Tex. CXVI.

QVæritur xxi. Vtrum sensibile positũ supra sensum faciat sensationem. Et videtur ꝙ sic. Iandunus. q. 19.

Primo. Tangibile positum supra tactum causat sensum tactus: ergo &c. Antecedens probatur. Quantum medium tangens organum recipit sensibiie, secundum esse naturale in parte contingente organum, sensibile ponitur supra sensum. Sed aliquando dum sentimus calorem, recipitur secundum esse naturale in carne quæ est medium tactus, fit enim manus calida: ergo tunc sensibile ponitur supra sensum.

Secundo. Sonus peruenit aliquando vsque ad auditum, secũdum esse naturale, scilicet quãdo aer motus, in quo est sonus, peruenit vsque ad auditum, & tamen percipitur sonus, ergo &c.

Tertio. Odor cõtingens organum olfactus, ꝑcipitur ob olfactu, quãdo fumalis euaporatio peruenit ad olfactum: ergo &c.

Quartò. Lumen existens in aere videtur, & tamen tangit oculum, sicut & aer. ergo &c.

Quinto. Ferrum ignitum scindẽs partem animalis sentitur: & tamen tãgit organum. Tãgit enim neruum, quod est organum tactus: ergo &c.

Respon-

Respondeo. In ista quæstione tria facienda sūt. Primo declarabitur titulus quæsiti. Secundo quædam necessaria præmittentur.

Ordo obseruādus i hoc quæsito.

Tertio. Respondebitur ad quæsitum.

Quātum ad primum sciendum primo, ꝙ cum inter potentias animæ potentiæ sensitiuæ sint organis determinatis affixæ, ꝙ operatio nō tantum ipsarum potentiarum est, sed compositi ex organo & potentia, sicut videre non est tātum potētiæ visiuæ, sed compositi ex oculo, & visiua potentia.

Quō fit cognitio.

Sciendum secundo, ꝙ cum omnis cognitio fiat ex eo, ꝙ cognitum causat suam similitudinē in cognoscente, idem est quærere, Vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem: & quærere, Vtrum causet similitudinem sui: & per eā sentiatur.

Quid p sensibile.

Sciendum tertio, quòd per sensibile possumus intelligere duo, scilicet aut ipsam qualitatem sensibilem, aut id quod a qualitate sensibili denominationē capit. Visibilis enim nomine possumus intelligere, aut colorem, aut corpus coloratum, & per audibile, aut corpus sonans, aut sonum. Vtroque modo accipitur hic sensibile.

Quæritur ergo. Vtrum sensibile positū supra sensum, i. supra aggregatum ex organo & potētia tanquam tangens illud, faciat sensationem, i. causet similitudinem suam in sensū & sentiatur.

Obiecta potentiarū passiuarū quædā secūdum esse naturale, quædā secūdum esse intentionale agunt.

Quantum ad secundum. Sciendum primo, ꝙ licet omne obiectum potētiæ passiuæ sit aliquo modo actiuum, non tamen eodem modo cōuenit omnibus secundum formam sensibilem in sensum agere, non enim omnes qualitates sensibiles sunt eodem modo actiuæ. Aliquæ enim sunt principiū producēdi sibi simile secundum esse naturale, & secundū esse spūale, sicut qualitates actiuæ & passiuę elemētorum; potest.n. calidum producere in ligno caliditatem naturalem, & in tactu intentionem caloris. Vnde tangibile per qualitatem tāgibilem potest & naturaliter & spūaliter immutare. Aliquæ autem sunt principium producēdi sibi simile secundum esse intentionale tātum, sicut color, sonus &c. Non enim corpus coloratum potest alium colorem causare in esse naturali, per colorem suum suo colore non diminuto: similiter sonus existens in aere, nō est principium, quo aer causet alium sonum, licet virtus sonandi existens in corpore sonante, sit principium producendi sonum in aere suo modo, nec odor principium causandi alium odorem, nisi forte per accidēs. Vnde solum tangibilia possunt inmutare, & naturaliter, & spiritualiter, alia autem sensibilia inquantum talia sensibilia tantum spiritualiter immutare possunt.

Quanto virtus ē immaterialis, tāto est magis cognoscitiua.

Sciendum secundo, ꝙ omnis cognitio per aliquam abstractionē à materia fit, vnde forma materialis non potest esse principium immediatum cognitionis, sed ad cognitionem requritur forma aliquo mō abstracta à materia. Vnde videmus, ꝙ quanto virtus recipit immaterialius, tanto est pfectior ad cognoscendum, forma.n. ignis materialis non est principium cognoscendi ignem, alioquin & ignis cognosceret ignem, nec forma naturalis aquæ est principium cognoscendi aquā, alioquin & ipsa aqua cognosceret aquam.

Quantum ad tertium duplicem modum dicēdi imaginari possumus. Primus est, ꝙ sēsibile positum supra sensum nō causet sensationem, ex eo ꝙ ponatur supra sensum, hoc est ꝙ sensibile positum supra sensum sentitur quidem, sed non sentitur ex eo, ꝙ supponatur sensui, sed ex eo quod habet similitudinem in sensu, & superponi sensui per accidēs se habet ad hoc, ꝙ aliquid sentiatur. Sed hoc non videtur esse ad mentem Philosophi probantis, ꝙ caro non est organum tactus p hoc, ꝙ sensibile positum supra sensum non facit sensationem; tāgibile autem positum supra carnem facit sensum tactus: posset.n. dici ꝙ tangibile positum supra carnem non sentitur, eo ꝙ tangat: sed eo quod habet suam similitudinem in sensu; sed ꝙ sentiatur tangendo, hoc est quia non potest immutare, nisi tangat, & sic ratio Philosophi non habebit efficaciam. Tex. 116.

Secūdus modus dicendi est, ꝙ sensibile positū supra sensum non facit sensationem sui, sed bene alterius à quo est alteratum, sicut si caro efficiatur calida ab igne, ipsa caro non facit sensationē sui, sed ignis. Iste modus videtur esse contra mentem Philosophi dicentis, quòd si corpus dulce poneretur in aqua, & nos essemus in aqua, sentiremus dulcedinem tanquam aquæ dulcedinē, non tanquam dulcedinem corporis distantis, ex quo patet, ꝙ vult si medium sit affectum aliqua qualitate sensibili, si illa qualitas percipitur, sentitur, vt qualitas medij, non vt qualitas alterius. Tex. 1011.

Tertius modus dicēdi est, ꝙ si per sensibile intelligimus corpus denominatum à qualitate sensibili, est vniuersaliter verum in omni sensu, ꝙ sensibile positum supra sensum non facit sensationem.

Nō una rōne accidit omnib. sensibus, ꝙ sensibile positum supra sensū non faciat sēsationem.

Dicitur tamen, quòd hoc non vna ratione accidit in omnibus sensibus, sed diuersis, & vniuscuiusque sensus est ratio particularis. In visu enim ratio est, quam assignat Philosophus secundum expositionem Sancti Thom. textu 73. & secundum ueritatem text. 73. quia ad hoc ut pupilla recipiat similitudinem visibilium, oportet ipsam esse actu diaphanam. Si aūt supponatur illi corpus coloratum, non est in actu diaphana, eo quòd lumen non penetrat ad oculum: vnde similitudinem visibilis recipere non poterit. In auditu autem eo quòd oportet sonum causari ex percussione duorum corporum ad inuicē & ad aerā, vt dicit Philosophus, si autem corpus sonatiuum superponeretur organo auditus, non fieret ista percussio, aut si percuteret, organū illud destrueret, vnde sonus nullo modo secundum intentionem suam in auditu reciperetur. In olfactu ratio est, quia odor sensum cum quadam fumali euaporatione immutat, ut dicit Sanctus Thomas in multis locis, & est de mente Philosophi in de sensu, & sensato, talis autem fumalis euaporatio non fieret, si corpus odoriferum super organum olfactus poneretur, aut propter frigiditatem cerebri, aut aliqua alia causa. Habent tamen hoc commune auditus, & olfactus, quòd natura prouidit ne sensibile ad organum possit peruenire, fecit enim aures & nasum, quibus prohibetur ne sensibile tangat sensum. In tactu ratio 2. huius. Tex. 79. Lect. 10.

tio est,quia cum qualitates tãgibiles sint formæ productiuæ sibi similis secundum esse naturale,si tangibile poneretur super organum, quia solum habens excellẽtiam qualitatum tangibilium est obiectum tactus,imprimeret magis formam naturalem quam spũalem propter sui actiuitatem, & magis corrumperet organum soluẽdo proportionem organi,tum præsertim quia organum tactus.s.neruus est materialis, & facilis susceptionis qualitatum tãgibilium secũdum esse naturale.Vnde si ignis poneretur immediate super organum tactus,non faceret sensationem;sed causaret in eo qualitates suas secundũ esse naturale, q̃ formæ naturales nõ sunt principium cognoscen-
Lect. 102. di,vt dictum est superius. In gustu vero hæc est ratio:quia vt dicit Philosoph.humor id est sapor non facit sensum sine humiditate, vnde si poneretur corpus saporosum supra organũ gustus, qđ est etiam organum tactus,quia non posset sẽtiri humidum,eo ꝙ tangibile esset supra organum tactus,nec etiam sentiretur sapor.

Si autem per sensibile accipiamus qualitatem ipsam sensibilẽ,non autem corpus sensibile, tunc dicuntur duo.

Primum est,quod aliquod sẽsibile positum supra sensum causare potest sui sensationem,& hoc maxime apparet in auditu, potest.n.aliquis ita esse propinquus corpori sonãti,quòd aer primo motus in quo est sonus,perueniet vsque ad tympanum auditus.Aliquod autem sensibile & si tãgens sensum forte non causet speciem in sensu, non tamen impedit quin ab alio imprimatur species, in quo est spũaliter,& sic fiat sensus, & hoc apparet in olfactu,potest enim fumalis euaporatio,in qua est odor peruenire vsq. ad olfactum,& si quis nolit concedere quòd imprimat speciem in sensu,tamen nõ potest negare quin aer admixtus vapori,& in quo est odor, intentionaliter sensum immutet,Ad sensum.n.experimur ꝙ fumali euaporatione perueniente vsq. ad cerebrum percipimus odorem.

Secundum est,ꝙ & si qualitas sensibilis tangẽs organum non totaliter impediat sensum,facit tamen vt sensibile male percipiatur.Nam sicut inter agens & patiens dispõnes ad agendum exiguntur,ita etiam inter multa agentia, & patientia requiritur aliqualis distãtia:propter quod di-
Comm,116 cit Comm. cum super sentiens fuerit positũ sensibile non sentiet omnino,aut si sentiet,male.

Aliqui tamen dicunt, ꝙ sensibile positum supra sensum non facit sensationem in ea parte organi cui superponitur, bene autem potest facere sensationem in alia parte:videtur autem Phil.accipere sensibile primo modo tex.nu.73. & 116. dat exemplum de habente colorem.
Comm.116 Potest & quartus modus dicẽdi esse, qui & de mente Auerrois videtur esse, ꝙ nullum sensibile quomodocumque sensibile accipiatur,positum supra sensum facit sensationem,hac communi ratione,quia cum sensibilia non transferãtur ad extrema,nisi prius transferantur ad medium:necesse est vt inter sensibile & sensum aliquod mediũ sit.Nam cum sensibile in suo esse naturali omnino esse materiale habeat, in sẽsu vero habeat esse immateriale & intentionale uitale, tanquã.s.operationis vitalis principium, non põt ad hunc vltimum gradũ transferri:nisi prius transferatur ad esse intentionale non vitale,quod est medium inter esse materiale & esse intentionale uitale.

Ad rõnes in oppositum respondetur. Ad primum dr̃,quod si caro calefieret tantum in parte contingente organum,ꝙ haberet existentiam caliditatis,quæ requiritur ad hoc ꝙ aliquid sentiatur,corrumperet magis organum quam sentiretur, licet in tempore illam existẽtiam caliditatis præcedente,calor calefaciẽtis carnem per immutationem spiritualem carnis sentiri posset.

Ad secundum dictum est,quia.n.sonus non est sensibile,de quo loquitur Philos. ideo potest immutare auditum, non autem corpus sonãs,si supponatur auditui,

Ad 3.dictum est,ꝙ ut ipsa non mouet sensum, sed aer in quo est odor spiritualiter. Aut si mouet non est sensibile,de quo Phil.intendit.

Ad quartum dicitur,ꝙ dupliciter de lumine loqui possumus. Vno modo de lumine terminato, aut quia,s.est in corpore secundum se terminato vt est lumen solis: aut quia per reflexionem ad aliquod corpus terminatur: vt est lumen ad corpus politum reflexum. Alio modo de lumine recepto in aere medio non terminato.Si loquamur de lumine terminato:illud videri vtiq. potest:& per lumen causatum ab ipso in pupilla secũdum esse naturale,quod est eius idem speciei cũ ipso, videtur,habet enim secũdum esse naturale tantã spũalitatem, quantam habet similitudo coloris in oculo,ideo põt esse principium cognitionis luminis a quo causatur. Si autem de lumine interminato loquamur:negatur ꝙ videatur:contingit quidem oculum & est ratio videndi, inquantum diaphanum facit in actu:non tamen actum visionis, tanquam id quod videtur, terminat. De lumine dupliciter loqui possumus.

Ad quintum dicitur primo, ꝙ nerui admixti carni non sunt proprie organum,sed magis medium secundum Alb.

Dicitur secundo, ꝙ etiam sint organum, ꝙ tale corpus non eo quòd tangit neruum,sentitur: sed quia simul immutat carnem,quæ immutata, aliam partem nerui spiritualiter immutat:& in illa fit sensus. Trac.3.c 34

ADDITIO

Lege hic Alexand.arbitrantem medium non esse necessarium in omnibus sensibus,vide ẽt Auer.in comment.116.& Themist.in hoc libro c.31. nec nõ Romanum Egidium,in expositione tex.121.& Suessanum, Ioannem de Ianduno quæstione sua 29. vide Ioannem de Bassoris 4.sent.dist.49.q.6.& Greg.Ariminensem 2.sent.dist.6.q.3.lege quoq. D.Th.p.p.q.78.ar.3.vbi loquitur de distinctione sensuum exteriorum,& 2.sent.distin.2.q.2.ar.2.& in disputatis quęst. de anima art.13. in quibus locis latius videbis veritatem huius quæsiti.

QVAE-

QVAESTIO XXII.

Vtrum sit coueniens diffinitio sensus, quod est receptiuus specierum sine materia.

Quantum sensus est receptiuus specierum &c. Tex. CXII.

Magi. Christo. q. 51. QVÆRITVR xxii. Vtrum sit conueniens diffinitio sensus, quòd est receptiuus specierũ sine materia: quia S. Th. dicit, Philosophus in illo c. oportet autem, ostendit quid sit sensus. Et videtur, quod non.

Lect. 24. Primo. Aer est susceptiuus specierum sine materia, scilicet speciei coloris, & odoris, & tamẽ nõ sensus: ergo &c.

Secundo. Sensus interior, & intellectus sunt susceptiui specierum sine materia, & tamen nõ sunt sensus particulares: ergo &c.

Tertio. Organum sensus tactus calefit, & in frigidatur: ergo recipit cum materia.

Quarto. Vnũquodque recipitur in aliquo per modum recipientis: sed organa sensuum sunt materialia: ergo &c.

Respondeo. In ista q̃stione duo facienda sunt. Primo ostendetur, quid apud S. Thom. sit recipere species cum materia, & quid sine materia. Secũdo dicetur ad quæsitum.

Id quod recipit habet rationẽ materiæ. Quantum ad primum, oportet primo scire, quòd sicuti id quod recipit habet rationem materiæ, & quod recipitur in altero rationem formæ, ita dispositiones quib. disponitur materia ad formam ex parte materiæ, se tenent & sunt in genere causæ materialis, vnde aliqua forma potest dici recipi cum materia, siue simul cum ipsa materia agentis recipiatur, siue recipiantur cum ea dispositiones materiales.

Formæ est dare esse. Sciendum secundo, quòd cum formæ de se sit dare esse, quantum est ex parte formæ, non magis habet dare esse materiale, quam spirituale, vnde in aliquo recipitur materialiter, in aliquo spiritualiter, sed diuersitas receptiui est ratio suscipiẽdi formam, aut secundum esse materiale, aut secundum esse spirituale.

Dicitur ergo primo de mente S. Thom. quòd nulla forma potest recipi cum materia, quæ est pars agentis. Apparet enim quòd materia ignis non recipitur in ligno, non est enim vna numero materia agentis, & patientis, neque etiam dispositiones materiales tangentis eædem numero recipiuntur in passo, cum idem numero accidẽs de subiecto in subiectum non migret.

Secundum. Dicitur secundo, quòd forma tũc recipitur cũ materia, qñ recipitur fm eundem modum essendi, quem habet in agente, hoc autem accidit, quãdo patiens habet eandem dispositionem ad formam, quam habet agẽs, tunc enim dicitur recipi cum materia, quia recipitur cum dispositionibus similibus dispositionibus materialibus agentis.

Tertium. Dicitur tertio, quòd tunc recipitur sine materia, quando non habet eundem modum essendi in patiente, sicut in agente, eo quòd non habet patiens dispositiones similes dispositionibus agentis, & dicitur recipi sine materia, quia recipitur sine dispositionibus similibus materialibus dispositionibus agentis, vnde talis forma, denominatione sibi propria, quæ sibi conuenit inquantum talis forma, non denominat patiens, non enim dicitur aer albus in quo recipitur color sine materia.

Quantum ad secundum sciendum primo, qđ omnis cognitio fit per aliquam abstractionem à materia: tripliciter autem forma abstrahi a materia potest. Vno modo quia & si non recipiatur cũ materia, non est tamen abstracta a conditionib. materiæ, & a materiæ præsentia, ipsa enim repræsentat obiectum corporaliter, vt est in loco determinato, & cum aliis cõditionibus materialibus: similiter ipsa recipitur in organo materiali, extenditur que ad extensionem organi, quæ sunt conditiones materiales. Item nõ habet esse, nisi præsente sensibili. Secũdo modo abstrahitur forma & a materia, & præsentia materiæ, quia videlicet esse in absentia materiæ remanet, non tamen abstrahitur à conditionibus materiæ, repræsentat enim indiuidualiter, & recipitur in organo materiali. Tertio modo abstrahitur forma a materia & pręsentia materiæ, & à conditionibus materiæ, eo ꝙ non recipitur in organo materiali, & vniuersaliter, nõ autem particulariter repræsentat. Primus modus abstractionis conuenit formæ receptæ in sensu exteriori. Secundus formę receptæ in sensu interiori. Tertius formæ receptæ in intellectu. Tripliciter forma a materia abstrahi potest.

Sciendum secundo, quòd sensum non recipere species cum materia, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia nullo modo receptiuus est formæ secundum illum modum, quem habet in agẽte. Alio modo, quia & si secundum illum modum recipiat formam, tamen non recipit materialiter inquantum est sensitiuus, idest non habet sentire, ex eo quod recipit cum materia, sed ex eo quod sine materia recipit.

Sciendum tertio, quod per sensum duo possumus intelligere, scilicet aut potentiam sensitiuã, aut organum, vtrique enim conuenit suo modo sentire. Dupliciter potest intelligi sensum non recipere species cũ materia.

Tunc ad quæstionem respondetur quatuor cõclusionibus. Quarum prima est, Potentia sensitiua non est per se susceptiua formæ cum materia, sed forte per accidens. Prima pars probatur. Illud est per se susceptiuũ formæ cum materia, cui per se conuenit transmutari, quia recipere huiusmodi formam est transmutari. Accidenti autem non conuenit per se transmutari, sed tantum corpori: ergo &c. Secunda pars patet, quia existens in subiecto transmutabili per accidens, transmutatur ad transmutationem subiecti, sed potentia est subiectiue in organo, quod est transmutabile: ergo &c. 6. Physicorum. text. 32.

Secunda cõclusio. Organũ sensus est p se susceptiuum specierum cũ materia, nõ tñ qđlibet est susceptiuum speciei proprii obiecti cum materia. Prima pars probatur. Omne quod potest alterari est per se susceptiuum formæ cum materia, quia alteratio propria est ad formam materialẽ. Sed quodlibet organum potest alterari, ergo &c. vbi supra. Minor probatur. Omne quod potest corrũpi, potest

test alterari, quia corruptio est terminus alterationis, vt dicitur 6. Sed quodlibet organū potest corrumpi, ex eo quod est compositum ex elementis: ergo &c. Secunda pars conclusionis patet ex supradictis. Non enim omnes qualitates sensibiles sunt productiuæ suę speciei cum materia, sicut color, odor, & alia.

Tex. 36.

Corrolariū. Sequitur ex hoc corrolarium, quòd etiam aliqua organa sunt susceptiua formarum materialium sui obiecti, scilicet organum tactus: omnis enim alteratio fit per qualitates tangibiles, quæ sunt qualitates elementorum, sed organum tactus potest alterari, vt dictum est, ergo &c.

Tertia conclusio. Organum sensus recipit species sine materia, inquātum cognoscitiuum, idest si debet simul cum potentia cognoscere obiectū, oportet quòd recipiat species rerum sine materia. Patet hæc conclusio ex multotiens dictis. Si enim forma cum materia esset causa cognitionis, tunc etiam plantæ cognoscerent, quia recipiunt formas rerum saltem qualitatum tangibilium cū materia.

Quarta conclusio. Ista est conueniens diffinitio sensus exterioris: sed quædā sunt verbis Phil. supplenda. Præintelligitur enim primo, quod superius determinauit, scilicet, quòd sensus est potentia passiua cognoscitiua. Secundo intelligitur quod sub intelligit Albertus scilicet, non tamen sine potentia materiæ.

Tract. 4. Cap. 1. Ista igitur est diffinitio cōmunis omni sensui exteriori. Sensus est potentia cognoscitiua receptiua specierum sine materia, non tamen sine prę sentia materiæ, & est conueniens diffinitio sensus in quantum est potentia, explicat enim essentiam eius, & facit differre ab omnibus aliis: nam per hoc quòd dicitur potentia cognoscitiua, differt ab aere, ab aqua: quæ licet recipiant species rerū sine materia, tamen non sunt potentiæ cognoscitiuæ, per id quod dicitur, non tamen sine præsentia materiæ, differt à sensu interiori, & ab intellectu quæ recipiunt formas abstractas, & à materia, & præsentia materiæ.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum, & secundum patet ex dictis in quarta conclusione.

Ad tertiū dicitur, quòd licet organum tactus immutetur naturaliter, tamen illa immutatio nō facit sensum sentire, immo per accidens se habet ad actum sentiendi.

Solutio obiectionum in contrarium. Ad quartum dicitur, quòd maior propositio non sic est vera, quasi oporteat formam receptā in aliquo subiecto habere omnem modum essendi, & omnem cōditionem subiecti: oportet enim & formam esse corpus, & similia: sed sic est intelligendum, quòd scilicet forma recipitur in patiente, eo modo quo patiens est dispositum, & natum eam recipere, & quia sensus inquantum cognoscitiuus, natus est recipere species rerum sine materia, ideo sine materia recipit.

ADDITIO.

dubitatio de obiecto sensus, an sit vniuersale, vel particulare cap. 23.

CIRCA definitionem ipsius sensus, posset aliquis dubitare, an sensus cognoscat singulare, tanquā suum proprium obiectum, an vniuersale: persuadet auctoritas Arist. 1. Poster. dicentis, sensus est vniuersalis, vt hominis, sentire est singularis, vt Calliæ.

Persuadet quoque & ratio ipsa, quia sicut potentia materię respicit formam vt forma, recipit tamen hanc vel illam formam, sic sensus, puta visus, respicit colorē vt colorem, sentit tamen hunc vel illum colorem.

Adde etiam, quia illud, quod est eiusdem rationis in omnibus, non videtur esse ratio sentiendi in aliquo: sed singularitas est eiusdem rationis in colore, & sono: ergo nullius illorum erit ratio sentiendi.

Tum etiam quia, vel hæc singularitas est ratio sentiendi, vel quæ ab omnibus abstrahitur: non hęc, quia tunc non nisi vnum singulare sentiretur, si autem illa quæ est omnibus communis, ergo vniuersale est ratio sentiendi, & tamen nullum vniuersale est ante sensū, quia intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus vt scripsit Auerr. 12. diuinorum: igitur nihil inquantū vniuersale, potest esse obiectum sensus. *Cōmen. 4.*

Quid obiectum sit. Pro solutione huius difficultatis, Sciendum est, qđ obiectum dicitur illud quod aut recipit à potentia, aut agit in potentiam, aut intenditur principaliter à potētia, tanquam id quod terminet actum potētiæ. dicitur quidem lignum obiectum combustibile, quatenus recipit ab igne: sonus dicitur obiectū auditus, quia agit in illum, & quia duplex est obiectum, primum, & adæquatum, & est illud, quod non excedit, nec exceditur à potētia, & est id ratione cuius vnumquodque mouet, vel mouetur à potentia, vt color in visu, aliud secundarium, & est omne contentum sub obiecto adæquato, vel omne illud, quod non tantum agit, vel patitur à potentia. *Obiectū duplex.*

Vniuersale multiplex. Sciendum, etiam quod vniuersale, aliud est in causando, vt Deus, qui non tantū est vnius causa, sed omnium, & hoc dicitur vniuersale ante rem, & causa vniuersalis, aliud prædicando, siue repræsentando, siue significando, vt homo in mente, vel in voce aliud dicitur vniuersale in essendo, vt forma vniuscuiusque, verbi gratia animalium anima, & corporeitas corporū.

In termino actus sūt id quod, & id quo. Addamus quoque, quod in termino alicuius actus sunt duo, scilicet terminus, & ratio terminandi, terminus est ipsa res, ad quam cognitio terminatur, ratio autem terminandi est id, quo, formaliter terminus ipse habet quod terminet actum illum, verbi gratia cum video hoc album, terminus est res visa, scilicet album, ratio terminandi est eius albedo, ex ea enim formaliter habet hoc album, quod visionem terminet.

Natura in cōmuni sumitur nominaliter, & aduerbialiter. Natura quoque dupliciter sumitur in communi, s. aduerbialiter, & nominaliter, aduerbialiter quidem, vt cum dicitur, quod color in communi est obiectum visus, non enim color communis, aut vniuersalis, sed color communiter, & vniuersaliter est obiectū visus, quoniam visio non terminatur ad colorem vniuersalem, hic enim solo intellectu attingitur, sed ad colorē uniuersaliter, idest in quocunque quādocunque & ubicunque inuenitur: nominaliter autem cum dicitur, qđ color in communi intelligitur, scitur, diffinitur, &c. quoniam color uniuersalis, idest abstractus ab indiuiduantibus conditionibus hæc terminat.

Obiectū sensus est color vniuersaliter. Ex his sequitur resolutio ueritatis, quod obiectum sensus est uniuersale aduerbialiter, non nominaliter.

Vel aliter, obiectum sensus est uniuersale, non actu, sed potestate, p quod distinguitur ab intellectu obie-

cto

cto, quod est uniuersale in actu, quia intellectus attingit suum obiectum sub ratione uniuersalis, sensus uero sub ratione singularis, quoniam est ratio qua sensus apprehendit suum obiectum: & sic soluuntur rationes in contrarium, quia authoritas Arist. intelligitur sic, sensus est uniuersalis idest uniuersaliter, quia uisus non est determinatus ad hunc, uel illum colorem uidendum, sed potest quemcunque sibi oblatum videre, uel dicamus, ut oretenus audiuimus à Thomitano, cum essemus Pataui, sensus est uniuersalis quoad actum primum, non autem secundum.

Responsio Bernardi Thomitani.

Et sic quoque soluitur ratio secunda, quia sicut materia respicit formam uniuersaliter, & large, sic sensus uisus respicit colorem uniuersaliter, sed non uniuersalem.

Soluitur & tertia, quia licet singularitas sit eiusdē rationis in omnibus obiectis sensuum, non tamen secūdum eandem speciem sensibilem, quia singularitas cum specie sensibili soni, est ratio attingentis in auditu, singularitas cum specie sensibili coloris in uisu, &c. Vide D. Thom. p. 2. q. 29. art. 6. & Caie. Card. 1. post. ca. 23. & Alber. eodem lib. c. 13. tract. 3. lege Auerr. 2. post circa finem, Romanum Egid. 2. de anima super tex. 63. ubi exponit illa uerba, uisus non decipitur circa colorem. quoniam &c.

Lege Auerr. 7. Metaph. comē. 31.

QVAESTIO XXIII. Vtrum sensibile excellens corrumpat sensum.

Manifestum autem ex his, &c. Tex. CXXIII.

QVÆRITVR xxiij. Vtrum sensibile excellens corrumpat sensum. Et videtur quod non.

Ian dunus q. 35.

Primo. Nullum agens actione spirituali corrumpit, quia talis alteratio est magis salus, & perfectio, vt dicitur secundo huius. Sed sensibile agit in sensum actione spirituali, agit enim in eum producendo formam sine materia, vt declaratum est in præcedenti quæstione: ergo &c.

Tex. 58.

Secundo. Quanto aliquid magis participat rationem alicuius obiecti, tanto est magis cognoscibile à potentia cognoscitiua talis obiecti, sicut quanto aliquid magis habet rationem boni, tanto magis est appetibile. Sed quanto obiectum potentiæ sensitiuæ est excellentius, tanto magis participat rationem obiecti illius potentiæ, ergo tanto magis cognoscibile, & per consequens non corruptiuum.

Tertio. Sicut se habet intellectus ad intelligibile, ita sensus ad sensibile. Sed intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili, immo magis perficitur, vt inferius Philos. ait: ergo nec sensus ab excellenti sensibili.

In 3. de anima. Tex. 7.

Quarto. Proprietas alicuius numquam potest separari ab eo, sed potentia sensitiua est proprietas animæ sensitiuæ: ergo numquam potest separari ab ea: ergo excellens sensibile non potest illā corrumpere.

Respondeo, quòd excellens sensibile corrumpit sensum. Ad cuius euidentiam sine argumentis duo sunt declaranda. Primo quomodo cōueniat sensibili excellenti corrumpere. Secundo quomodo potentia corrumpi possit.

Conclusio responsiua.

Quantum ad primum. Sciendum, primo quod omne corpus sensibile aliorum sensuum in istis inferioribus est etiam sensibile sensu tactus, omnia enim sensibilia sunt corpora mixta, aut elemēta, in quibus omnibus necesse est esse qualitates tangibiles scilicet calidum aut frigidum.

Sciendum secundo, quòd quia sensibile tactus secundum qualitatem tangibilem est actiuum, & formæ naturalis productiuum, ideo ipsi per huiusmodi qualitates conuenit esse productiuū formæ naturalis, alia autē sensibilia secundum suas qualitates sensibiles non sunt productiua formæ naturalis, sed formæ spiritualis, præter lucidum quod per lucem formæ naturalis est productiuū, ideo per suas qualitates sensibiles non habent naturaliter alterare, sed tantum spiritualiter, vt superius dictum est.

Sensibile tactus est actiuum.

Sciendum tertio, quod nulla res corrumpitur, eo quod recipit id ad quod est in potentia, sed qa ab ipsa abijcitur forma quam habet, corruptio enim est mutatio ab esse ad non esse: vnde sequit, quod nihil corrumpit aliud, ex eo quod causat in eo formam, ad quam naturaliter habet aptitudinem, sed ex eo ꝙ ab eo abiicit formam q̄ habet.

Nulla res corrūpitur, propterea quia recipit.

Sciendum, quarto, vt dicit Philoso. in littera, ꝙ organum in quo est potentia debet habere talem proportionem, & commixtionem elementorum quæ sit conueniens potentiæ: vnde non quælibet potentia est in quolibet organo, sed determinata in determinato, vt visus in oculo, auditus in tympano, odoratus in organo existente in cerebro, & sic de aliis.

Tex. 114.

Dicitur ergo primo, quod excellens sensibile, inquantum spiritualiter tantum agit in sensum, non corrumpit. Tunc enim dicitur spiritualiter sensum immutare, quando suam similitudinem in sensum imprimit, imprimere autem formā in aliquo, inquantum huiusmodi, non est corrumpere, sed perficere.

Dicitur secundo, ꝙ, corrumpit inquantū agendo in organum sensus eius proportionem soluit. Hoc autem vno trium modorum fieri, possumus intelligere. Primo, ꝙ sensibile excellens suam formam imprimat secundum esse materiale: q̄ organo sensus sit disconueniens, & improportionata, debitamque organi complexionem abiiciat. Sicut contingit cum excellens calidum, nimium organum tactus calefacit, disconuenientemque ei improportionatam formam caliditatis inducit. Scdo, ꝙ tale sensibile formam sui secundum esse intentionale imprimat in sensum, quę organo sensus disconueniens, & improportionata existens, eius proportionem soluat. Tertio, quod sensibili excellenti alia qualitas actiua sit coniuncta, qua simul cum agente sensibili spiritualiter sensus immutante naturaliter agat, formamque organo sensus improportionatam naturaliter agēdo imprimat, sicque eius proportionem abiiciat. Sicut si diceremus, quod nonnunquam excellens album corrumpit visum, quia albedini coniuncta est frigiditas: quæ dum ab albedine spiritualiter visus immutatur. frigiditatē cōplexioni oculi repugnan-

Sensibile nō corrumpit agens spiritualiter, sed vt soluit proportionem.

pugnantem, eiusque corruptiuã inducit. Primus modus in solo sensu tactus, & gustus saluari pôt, quia vt patet ex Phil. sola tangibilia possunt naturaliter immutare, cum alia sensibilia solum spiritualiter immutent. Secundus modus in omnibus sensibus potest reperiri. Licet enim forma esse tãtum intentionale habens, effectus naturalis p se causa esse non possit, potest tamẽ agens naturale, ea mediante, effectum naturalem inducere, sicut licet virtus artificis, secundum quòd est intentionaliter in instrumento, non possit per se rem artificiatam efficere, potest tamen artifex per eam intentionaliter impressam operari instrumẽto. Tertius quoque modus etiam in omnibus sensibus inueniri potest, intellige quando forma intentionalis proportionem organi excellit, & illi contrariatur. Quia enim sensibile aliorum sensuũ aliq̃ etiam tangibilium qualitatum adiũctam habet, (Est enim aut calidum, aut frigidum, aut aliqd huiusmodi) potest simul organũ sensus, dum ab excellẽti sensibili spiritualiter immutatur, a qualitate tangibili sibi i nproportionata, & proprio coniuncta sensibili, naturaliter alterari atque corrumpi. Videtur autem hic modus conuenientior esse, & conformior doctrinæ S. Th. qui in hoc secũdo probat, lucem non habere tantum esse intẽtionale in aere: quia quæ habent solum esse intentionale, non faciunt transmutationem naturalem, radii autem corporum cælestium totam naturã inferiorem transmutant. Nõ sufficit autem dicere, quòd licet habens esse tantum intentionale, nõ faciat transmutationem naturalem de forma naturali in aliam formam, potest tamen agens naturale, per formam habentem tantum esse intentionale naturaliter immutare. Nam ita etiam ad rationem S. Th. dici posset, quòd scilicet radii solares naturam inferiorem non immutent, sed sol, ipsis mediantibus, hanc mutationem facit, & sic nihil prohibet lucem in aere tantũ intentionaliter esse.

Tex. 26.

Lect. 141.

Sed licet hic tertius modus conuenientior esse videatur, secundus tamen modus in doctrina S. Thom. etiam sustentari potest, quia constat ꝙ ipsa forma, quæ in sensu recipitur, nõ est id quod organi proportionem soluit, ipsumque corrumpit, sed sensibile excellẽs, formam sensibilem improportionatã organo causans, corruptiui rationem habet.

Ad auctoritatem autem S. Thom. dici potest, quòd intendit formam intentionalem, inquãtum huiusmodi absolute transmutationem naturalẽ efficere non posse: cum hoc tamen stat, quòd forma intentionalis, quæ in proportione quadam ad aliquod passiuum sibi proportionatum consistit: cuius modi est forma sensibilis. Si huiusmodi est forma sensibilis, si huiusmodi proportionem excedat, qua suo passiuo proportionari debet, sui passiui proportionem, & commensurationem soluere potest.

Quantum ad secundum. Sciendum primo, qđ sensus dupliciter considerari potest. Vno modo quantum ad essentiam suam. Alio modo quantũ ad iudicium de re sensibili.

Accidens habens esse in subiecto qd.

Sciendum secundo, quòd accidentia habentia esse in subiecto corruptibili, habent corrumpi ad corruptionem subiecti, in quo sunt, eo quòd accidens non potest per se esse, nec transmigrare de subiecto in subiectum, Vnde cũ sensus sit accidẽs organi, & taliter, ꝙ operatio sensus est etiã organi operatio, pôt sensus ex alteratione organi, aut corruptione impediri. Intellectus aũt, quia nõ est accidens existens in organo corporali, sed fundatur in essentia aiæ intellectiuæ, quæ est incorruptibilis, ad corruptionem alicuius organi non corrũpitur, conuenit igitur corrumpi potentiæ sensitiuæ ab excellenti sensibili, eo quòd est potentia organica, cuius organum a sua conuenienti proportione per actionem excellentis mutari potest.

Quomodo sensus corrũpitur ab excellẽti sensibili.

Vnde dicitur primo, quòd sensus corrumpitur ab excellenti sensibili quantum ad iudicium, aut de ipso excellenti sensibili, aut etiam de aliis pro tunc habendum, eo quòd aliquãdo excellens sensibile alterat organũ sensus à sua naturali dispositione, non tamen totaliter proportionem organi corrumpit, sicut cum aspicimus solem, corrumpitur aliqualiter iudicium sensus, vt non possimus de sole bene iudicare, nec etiã de aliis per aliqđ tempus, eo quòd lux solis, quæ est calefactiua, & dissolutiua, organum modo quodam alteret.

Dicitur secundo, quòd sensus quandoque corrumpitur ab excellenti sensibili, etiam quantum ad essentiam suam. Probatur. Omne accidẽs corrumpitur ad corruptionem sui subiecti: sed organum sensus aliquando corrumpitur ab excellenti sensibili, quando scilicet dissoluitur proportio organi: ergo &c.

Solutio argumentorũ.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur ad antecedens, quòd agens actione tantum spirituali non corrumpit, sed quod simul cum actione spirituali etiam immutatione naturali agit, potest corrumpere, quia & si non corrũpat inquantum immutat spiritualiter, corrumpit tamen inquantum naturaliter immutat.

Dicitur etiam ad minorem, quòd sensibile si sit excellens, non agit tantũ actione spirituali, sed etiam actione naturali, vt superius patuit.

Potest & tertio dici, qòd agens actione tantũ spirituali, quantum ad formæ intentionalis inductionem potest corrumpere, si passiui proportionem excedat.

Ad secundum dicitur, quod quãto aliquid participat magis rationem obiecti potentiæ, tanto est magis cognoscibile a tali potentia, quantũ est ex se, per accidens tamen potest corrumpere, inquantum habet improportionem ad organũ potentiæ, & quod non cognoscatur, est ex defectu potentiæ ad tale organum determinatæ.

Posset secundo dici, quod maior est falsa, quãdo potentia, ex eo quod est organica, requirit aliquam proportionem in obiecto, vnde quanto aliquid magis participat obiectum in tali proportione, est magis cognoscibile à tali potentia, non autem quanto magis absolute participat illam rationem absolute acceptam.

Posset tertio dici, quod sensibile absolute sumptum non est obiectum potentiæ, sed sensibile in tali proportione.

Responsio hæc non est secura.

Sed hoc non videtur secure dictum, quia quod non est proportionatum vni sensui, alteri sensui est

est proportionatum, sicut lux solis quæ non est visui hominis proportionata, visui aquilæ proportionata est, vt dicitur.

Ad tertium dicitur, quod non est omnimoda similitudo intellectus ad intelligibile, & sensus ad sensibile, quia sensus est virtus organica, non autem intellectus. Ad quartum negatur minor: potentiæ enim sensitiuæ non sunt proprietates animæ, sed compositi ex anima, & organo determinato. De hac materia vide in Commentariis nostris.

ADDITIO.

Num sensibile habeat esse reale, vel intentionale in medio vt &c.

FVIT antiqua controuersia, & non tacta ab authore in hoc libro, num sensibile habeat esse reale, vel intentionale in medio, & quod non habeat esse reale, probatur sic, quia forma quæ recipitur in materia sine contrario, ita quòd non habeat contrarium in ea, non potest recipi secundum esse reale in illa materia in istis inferioribus, nam in hoc differt materia istorum inferiorum à materia cœli, quia materia cœli habet formam contrarietate carētem, & ideo cœlum est ingenerabile, & incorruptibile: sed materia istorum inferiorum recipit formas habentes contrarium, si recipit eas realiter, & si non habet contrariū non possunt esse in materia istorum inferiorum secundum esse reale, quia sensibilia secundum esse quod habent in mediis, nullum habent contrarium, quia tunc non fierent in instanti, cuius oppositum patet ad sensum, saltē de lumine, & colore: ergo &c.

Quid sit sensus.

Adde etiam, quia vbi sensibile non est materialiter, nec est realiter, nam sensibilia sunt formæ materiales: sed in medio, & in organo sensibile non est materialiter, quia sensus est susceptiuus specierū sine materia: ergo &c.

Adde secundo, quia forma quæ non remanet, remoto generante, non habet esse reale in illo, in quo non manet, remoto generante, nam talis forma non habet esse fixum, & stabile, & tale est esse reale, sed forma sensibilis in medio non manet amoto generante, saltē color, & lumen, vt patet, ergo &c.

2.de anima comm.97.

Rursus, nulla qualitas realis secunda potest esse in simplici elemento, vt scripsit Auerr. sed color est qualitas secunda, & medium est simplex elementum, vel esse potest, igitur &c.

Adde quoque, quòd si color esset in medio, & organo realiter, aut esset eiusdem speciei cum colore obiecti, aut alterius speciei, non potest dici primum, quia tunc sicut album, & nigrum in corporibus terminatis contrariantur, sic albedo, & nigredo secundum esse in medio, & organo essent contrariæ, & tunc non possent esse in vna, & eadem parte medii simul quod est falsum: cum per eandem partem aeris videatur albedo, & nigredo, si haberet esse reale alterius speciei, nō posset ducere in cognitionem ipsius coloris obiecti, quod claret esse falsum.

Entia realia dicunt quæ non sunt facta per opus intellectus.

Contrarium huius apparet manifeste, quia quod est in medio circumscripta omni operatione intellectus, est ibi realiter, nam talia dicuntur entia realiter existentia, quæ sine operatione intellectus sunt, & habent esse circumscripta omni operatione intellectus: igitur &c.

Præterea: forma quæ ab agēte reali educitur de potentia subiecti realis, est in illo subiecto realiter, quia cuius causæ sunt reales, illud est reale, sed esse sensibilium in mediis, & organis, educitur ab agēte reali, scilicet ab ipsis sensibilibus formis de potētia materię realis, scilicet de potentia ipsius medii: igitur &c.

Huius 2. de anima.

Huic dubitationi respondendum est, derelinquendo ea quæ dicit author in q.14. de lumine, nū habeat esse tantum intentionale in aere, & id quod etiam dicit in q.17. de odore, de quo quærit si habeat esse naturale in aere medio inter corpus odoriferum, & olfactum, distinguēdo, quòd esse reale tripliciter capitur, primo prout distinguitur contra esse in anima, vt dixit Arist. distinguendo res ab his quæ sunt in intellectu, & per consequens esse reale ab ente quod est in anima: & alibi clarius dixit, quòd verum, & falsum non sunt in rebus sed in mente, & sic sensibile habet esse reale in medio: quia illud quod est in aliquo subiecto, quod non est animatum, habet esse reale, prout reale distinguitur contra esse in anima: sed sensibilia ipsa sic sunt in medio, igitur sensibilia habent esse reale in medio, vt distinguitur contra esse in anima.

Ens reale tripliciter 3.de anima. Text.39. 6.metaph. Tex.8.

Ens reale distinguit contra ens in anima.

Secundo modo capitur reale pro esse prædicamentali, & sic etiam sensibilia habent esse in medio secundum esse reale, quia illud est realiter in aliquo subiecto, capiendo esse reale pro esse prædicamentali, quod est ens in actu secundum se, circumscripta omni operatione intellectus: sed sensibilia sunt quædam entia in actu circumscripta omni operatione intellectus, quia etiam quod nullus homo intelligeret, adhuc albedo immutat diaphanum, & sic de aliis sensibilibus: igitur sensibilia habent esse reale in medio.

Ens corporeū dicitur ens reale.

Tertio capitur esse reale pro esse corporeo, scilicet extenso extensione quantitatiua illius medii, & sic sensibilia non habent esse reale in medio, sed spirituale, quia illud quod totum est in aliquo subiecto toto, & totum in qualibet parte illius subiecti, est in illo spiritualiter, & non realiter, capiendo esse reale pro esse extēso extensione quantitatiua: sed intētio formæ sensibilis, est tota in toto medio, & in qualibet parte illius: ergo illa intentio non est in medio realiter hoc tertio modo realitatis.

Licet loquendo absolute, possimus etiam dicere, quod sensibile in medio non habet esse intentionale pure, neque reale pure, sed vtrumque & neutrum, vt ostendimus in additione q.14. & tu vide ibi.

2.de anima. Argumentū Egidii soluitur.

Ex quo soluuntur obiecta in contrarium, & primū quod est Romani Egidii soluimus dicendo, quòd cōcludit, quòd lumen, & alia sensibilia non habent esse reale tertio modo in medio, sed habent esse reale primo, & secundo modo, vel quod habet neutrum & vtrumque &c.

Esse materialiter dupliciter.

Ad illud quod additur, primo dicimus, quòd sensibile esse materialiter in aliquo potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd penitus sit separatum a materia, & sic concedo, quòd in quo sensibile non est materialiter, idest omnino separatum secundum subsistētiam à materia, in isto non est realiter: alio modo potest intelligi non materialiter, idest non cum dispositionibus materialibus quas habet in obiecto, & sic non oportet si forma sensibilis nō sit materialiter, in aliquo, quòd non sit ibi realiter, sicut licet in medio non sit albedo realiter, idest cum dispositionibus materialib. quas habet in obiecto, scilicet cum extensione, & terminatione, & huiusmodi, non oportet, quòd in medio non sit realiter quocunque modo, sed bene verum est quòd non est ibi realiter, capiendo esse reale, iuxta tertium

ſpecificum accidentale diſtinctum ab eſſe ſpecifico alterius animalis, & per conſequens ſpecifice diſtinguuntur.

Potentiæ ſenſitiuæ ſunt eiuſdem rationis omnibus animalibus.

Secunda concluſio. Potentiæ animæ ſenſitiuæ in ratione potentiæ, ſunt eiuſdem ſpeciei in omnibus animalibus. Probatur ſic. Potentiæ reſpicientes idem obiectum formale ſunt eiuſdem ſpeciei: potentiæ enim, & diſtinctionem formalē ex obiectis, & vnitatem ex ſuis obiectis recipiunt, ſed potentiæ ſenſitiuæ etiam in diuerſis animalibus exiſtentes idem obiectum formale reſpiciunt. Viſus enim hominis, & viſus equi habent pro obiecto colorem, & auditus ſonum, ſimiliter de aliis: ergo &c.

Nota correlarium.

Corollarium. Viſio hominis, & viſio equi inquantum viſiones, ſunt eiuſdem ſpeciei, quia ad idem obiectum terminantur, inquantum autem qualitates accidētia ſunt diuerſarum ſpecierum, quia à diuerſis principiis ſpecifice diſtinctis efficiuntur.

Solutio rationū in contrarium.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primum, & ſecundum patet, quòd probant primam concluſionem, uerum tamen, quia ſumitur in ſecundo argumento, quod potentiæ animæ intellectiuę ſunt proprietates eius, & potentię animæ bruti ſunt proprietates animæ bruti.

Dicitur primo, quod potentiæ omnes intellectiuæ ſunt proprietates eius tanquam principii, quia ſcilicet non poſſunt eadem ſecundum ſpeciem, inquātum ſunt accidētia ab alia anima produci.

Dicitur ſecundo, quod non oēs potentiæ eius ſunt paſſiones eius, vt ſubiecti, ſed aliquæ ſunt accidentia coniuncti, ſcilicet compoſiti ex anima, & materia: ſunt enim actus aliquorum organorum, ſicut ſunt potentiæ vegetatiuę, & ſenſitiuæ, aliquę autem ſubiectiue ſunt in eſſentia, vt ſunt potentiæ partis intellectiuæ.

Modus immutandi dupliciter poteſt diuerſificari.

Ad tertium reſpondetur, quod modus immutandi poteſt dupliciter diuerſificari. Vno modo per ſe, ſcilicet ſecundum diuerſam habitudinem ſenſibilis ad ſenſum, & talis modus immutandi potentias diuerſificat. Alio modo per accidens, ſcilicet ex remotione prohibentis, & talis modus non diuerſificat potentias: ſic eſt in propoſito, animalia enim aerea reſpirantia immutātur ab odore cū reſpiratione, eo quòd organum olfactus in illis habet quoddam operculum, quod oportet aperiri ampliatis poris per reſpirationem, vt dicit Philoſ. ſecundo huius, in animalibus autem non reſpirantibus non eſt tale operculum, quod oporteat aperiri, ideo recipiunt ordorem ſine reſpiratione. Tex. 100.

Sed cōtra primum membrum huius deffinitionis, quę eſt S. Th. in ſenſu, & ſenſato, arguunt quidam ſic. Aliam habitudinem ad ſenſum habet ſēſibile magnum, & ſenſibile paruum. Similiter ſenſibile propinquum, & ſenſibile remotum, & tamē non diuerſificāt ſenſum, ergo falſum eſt, quod diuerſa habitudo ſenſibilis ad ſenſum diuerſificat ſenſum. Lect. 5.

Non omnis diuerſitas ſenſibilis diuerſificat ſenſus.

Rńdet, ꝙ nō oīs diuerſa habitudo ſenſibilis ad ſensū diuerſificat ſensū: ſed diuerſa habitudo ſenſibilis & obiecti inquātum eſt obiectum. Modo dico, quod ſenſibile magnum; & paruum non habent aliam habitudinem obiecti, inquantum eſt obiectum, ſed conueniunt in vna habitudine; tā enim viſibile magnum, quàm viſibile paruum eſt immutatiuum ſenſus viſus per medium extrinſecum diaphanum ſine immutatione reali medii, aut organi, aut obiecti, inquantum eſt perceptibile viſu, licet viſibile magum perfectius immutet, ſi ſit proportionatum, quam viſibile paruum.

ADDITIO

CIRCA illud dictum, quod habetur in reſponſione ad primum argumentum, quod potētiæ animæ intellectiuæ ſunt propriet ates eius, eſſet pertractandum illud quæſitum arduum & difficile, num ſint realiter diſtinctæ ab anima, cuius auctor in hoc libro non meminit, eo magis quod quidam moderni aſſerunt, D. Thom. tenuiſſe animam realiter identificari cum ſuis potentijs, quia hoc etiam tenuit Iſidorus.

Opinio Martini ab Azpilicueta Doctoris Nauarri in Manuali confeſſariorum.

Quidam alij ſoluunt rationes D. Thom. & tenent partem oppoſitam recitando plurimas ſententias, ſed quia ego non ſuſcepi prouinciam tractandi hæc quæſita per extenſum, ſed tantum citare doctores tractantes de rebus ipſis, ſufficiat tibi, prudens lector, videre q. nouam Franciſci Thol. & ſoluere rationes ſuas, quę ſunt nullius momenti: lege etiam Gregor. Arimin. 2. ſent. diſt. 16. quæſtio. 3. & Marſilium. 1. ſent. diſtin. 6. q. 7.

QVAESTIONES IN TERTIVM LIBRVM DE ANIMA


Cum Additionibus ad easdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum præter quinque sensus exteriores, oporteat ponere sensum communem vt cognoscat operationes sensuum particularium, & ponat differentiam inter sensibilia diuersorum sensuum.

Quoniam autem sentimus, quod videmus, & audimus &c. Tex. CXXXVI.

Iandunus q. 36.



IRCA tertium librũ de Anima quæritur primo, Vtrũ pter quinq; sensus exteriores, oporteat ponere sẽsũ cõmunẽ, vt cognoscat operationes sẽsuũ particulariũ, & ponat differẽtiã inter sẽsibilia diuersorũ sẽsuũ. Et videtur quod non.

Primo ꝙ nõ requiratur propter operationes sẽsuũ exteriorum arguitur sic. Sẽsus exteriores possunt cognoscere suas operationes: ergo non oportet ponere sensum communem, propter hoc vt cognoscat eorum operationes. Antecedens probatur. Primo. Quanto aliquid est similius cognoscẽti, tanto potest magis ab eo cognosci, sed operatio sensus est sensui similior quam obiectum, cũ sit aliquid productum à sensu: ergo &c. Secundo auctoritate Philos. probantis hoc duabus rationibus, scilicet quia si non sic esset, tũc idẽ obiectum pertineret ad diuersas potẽtias, & qa esset processus in infinitum: vt patet in litera. Tertio. Sicut se habet intellectus ad intelligere, ita sensus ad sentire, sed intellectus intelligit se intelligere: ergo & sensus sentit se sentire.

In hoc lib. Text. 36.

Quod etiam non requiratur, vt discernat inter sensibilia diuersorum sensuum, arguitur sic. Cognoscens aliqua duo potest ponere differentiam inter illa: sed homo cognoscit sensibilia diuersorum sensuum per diuersos sensus particulares, dato ẽt ꝙ nõ hẽat sensum communem: ergo &c.

Secundo. Intellectus potest cognoscere illam differentiam, quia continetur sub suo obiecto; ergo non oportet ponere sensum communem propter cognitionem talis differentiæ.

Respondeo. In ista quæstione tria facienda sunt. Quia enim sensus communis ponitur propter duo supradicta, oportet primo ostẽdere, ꝙ sẽsus particularis suã operationẽ cognoscit. Secundo ꝙ nõ cognoscit differẽtiã inter sensibilia diuersorũ generũ. Tertio quæ sit mẽs Philo. circa hoc.

Ordo obseruandus in hac disputatione.

Quantum ad primum. Sciendum primo, quòd cum omnis cognitio primo terminetur ad aliquod obiectum, non potest cognitio cognosci directe, sed si cognoscitur, cognoscitur per reflexionem, inquantum primo directe cognoscitur obiectum, secundario potentia, reflectendo se super seipsam, cognoscit suam operationem.

Sciendum secundo, quod potẽtia organica differt à potentia non habente organum determinatum in hoc, quòd potentia organica non potest vltra se extendere, quam requirat organũ, vnde nõ potest cognoscere, nisi quæ habent similitudinem in organo, potentia autem nõ organica potest cognoscere etiam quæ non habent similitudinem in ipsa, potest enim per similitudinem vnius deuenire in cognitione plurium, eo ꝙ non est particularizata, aut limitata per organum.

Quæ sit differentia inter potẽtiã organicã, & potentiã organum non habentem.

Sciendum tertio, ꝙ cum omnis potentia respiciat vnam formalem rationem obiecti, nõ potest aliquid cognosci à potentia, nisi participet illam rõnem formalem. Si igitur operatio alicuius potentiæ participet formalem rõnẽ obiecti illius potentiæ, poterit à potentia cognosci, sicut quia operatio intellectus ẽ quoddam verum, & quoddam ens, quæ sunt obiecta intellectus, ideo intellectus potest intelligere se intelligere. Si autem operatio non participat rationem obiecti, nunquam poterit à se potentia cognosci.

Ex his eliciũtur duo rõnes. Quare sensus particularis non cognoscit suam operationem. Quarũ prima est.

Oẽ ꝙ cognoscitur ab aliqua potentia organica, immutat organũ imprimendo suã similitudinẽ in illo. Sed operatio sensus non immutat organum, sicut visio non immutat organum visus, cũ actio immanens in proprium subiectum nõ agat: ergo &c.

Visio nõ immutat organum visus.

Scda rõ ẽ ista. Oẽ, quod cognoscitur ab aliqua potẽtia, participat rõnem formalem obiecti illius potentiæ. Sed operatio sensus non participat formalem rationem obiecti sensus, non enim visio est colorata, neque auditio sonora: ergo &c.

Quantum ad sm sciendũ primo, ꝙ cũ aĩa immediatũ principium cognitionis esse nõ possit, sed sit cognoscitiua per potentias, quæ sunt immediatum principiũ cognoscendi, iudiciũ de differẽtia aliquorum oportet immediate ab aliqua potentia esse, propter quod si homo velit ponere differentiam inter aliqua, oportet quod illa per aliquam potentiam cognoscat.

Vide Auctorem de hac materia 2. contra gen. cap. 66.

Scien-

Non potest aliquis differentiā duorum cognoscere nisi vtrumque cognoscat.

Sciendum secundo, ꝙ non potest cognoscere aliquis differentiam inter duo, nisi vtrumque cognoscat. Tum quia differentia importat quandā relationem inter ea, quæ differunt, relatio aūt nō cognoscitur nisi cognitis terminis, non.n. cognosci pōt pater inquantum patet nisi cognito filio. Tum ēt quia non possumus de aliquo iudicare, nisi illo cognito. Dicit.n. Phil. ꝙ vnusquisque bene iudicat de his, quæ nouit, & est eorū optimus iudex, non.n. possum de colore iudicare, nisi apprehēdā colorem, propter hoc cæcus nō iudicat de coloribus. Cum autē ponitur inter aliqua differentia, iudicatur hoc non esse illud, ideo oportet, ꝙ iudicans cognoscat vtrumque.

1. Ethi. ca. 3.

Sciendum tertio, ꝙ idem iudicium est, si vnus homo sentiat diuersa obiecta per diuersas potentias, sicut si duo homines cognoscerent illa obiecta, puta album, & dulce. Cuius ratio est, quia tā tam distinctionem habent illæ potentiæ in vno homine, inquantum cognoscunt per seipsas illa obiecta, quantam habent in diuersis hominibus. In vno.n. homine formaliter distinguuntur, & ēt subiectis proprijs.s. organis. In duobus autē hominibus etiam eodem modo distinguūtur: quod autem in vno homine radicentur in vna essentia animæ, & sint in vno inadæquato subiecto.s. in vno homine, hoc nihil facit ad cognitionem illarum, quia illæ sunt potentiæ determinatarū partium corporis, & non tātum ipsius animæ. Vnde tanta cognitio conuenit visui & gustui diuersorū hominum, sicut visui, & gustui vnius hominis.

Sensus particularis non cognoscit differētiam inter obiecta diuersorum sēsuū.

Ex his potest accipi rō ad probandum, ꝙ sensus particularis non cognoscat differentiam inter obiecta diuersorum sensuum: sed oporteat ponere sensum communem, & arguitur sic. Potentia ponens differentiam inter aliqua, cognoscit vtrūque illorum, sed vnus sensus particularis nō potest cognoscere obiecta aliorum sensuum, nisi forte per accidens, vt dicit Philosophus: ergo &c.

Tex. 154.

Si dicatur, quod licet vnus sensus non cognoscat differentiam inter alia obiecta, tamen vnus homo per diuersas potentias potest illam differētiā cognoscere, & ideo non oportet ponere sensum communem.

Tex. 146.

Contra arguitur dupliciter. Primo sic ratione Philosoph. Ita se habet homo ad iudicandum de differentia diuersorum sensibilium per diuersas potentias illa cognoscendo, sicut si duo homines illa cognoscerēt, quorum vnus cognosceret vnū, puta albū, alius vero aliud, puta dulce. Sed si duo homines illa cognoscerent, nullus illorum posset ponere differentiam inter illa, quia nullus illorū vtrumque cognosceret, vt supponitur: ergo &c.

Secūdo. Cum homo cognoscit album differre à dulci, oportet quod aliquo vno cognoscat, talis enim cognitio est vna. Aut ergo cognoscit ipsa essentia animæ, aut aliqua vna potentia. Nō potest dici, ꝙ cognoscat essentia animæ: quia vt dictum est, anima nō potest esse immediatum principiū operationis: ergo oportet, ꝙ cognoscat vna potētia: sequitur ergo oportere esse sensum vnum, cuius sit cognoscere operationes sensuum particularium, & differentiam inter sensibilia diuersorū sensuum.

Sensus communis est sicut centrū.

Quantum ad tertium. Sciendū est primo, ꝙ sensus communis est sicut quoddam centrum, ad ꝙ terminantur immutationes omnium sensuū particularium, propter quod dicitur sensus communis, eo.s. quod sit communis omnium sensuum, nam cum sensus particularis a re sensibili immutatur, hæc mutatio ad sensum communem, tāquā ad vltimum sensitiuum terminatur: dum enim visus à re colorata trāsmutatur, vsque ad sensum communem eiusmodi transmutatio pertingit, per quam trāsmutationem sensus communis nō solum colorem cognoscit, & diiudicat, sed etiam ipsum sensum visus, actū visionis habere cognoscit. Species enim visibilis ad sensum communē per sensum particularem penetrans, sibi non tantum visibile, sed etiam immutationem visus à visibili repræsentat.

Vide de sensu particulari hic.

Sciendum secundo, ꝙ sicut sensus particularis immutatus à re sensibili est quodammodo idem cum illo, quod conuenit in forma sensibili (visus enim immutatus à re colorata dicitur quodammodo res colorata, quia visus habet formam coloris spiritualiter) ita sensus communis immutatus per sensum particularem, est quodammodo ille sensus: immutatus enim mediante visu, cōtinuatione quadā dicitur quodammodo visus, immutatus ab auditu dicitur auditus, & sic de alijs.

Visus dupliciter capi potest, & similiter auditus & alii.

Ex istis sequitur, quòd visus accipi dupliciter potest. Vno modo pro potentia determinata, & particulari affixa oculo. Alio modo pro sensu cōmuni, vt per visum immutatur etiam à visibili. Sic enim est quodammodo visus, & non est totaliter distinctus ab illo. Dicitur enim visus, quia est id, ad quod terminatur sēsatio visus, & nō habet operationem circa aliquod pertinens ad visum, nisi existēte visu in actu, similiter auditus dupliciter dicitur, scilicet aut sensus cōmunis immutatus per auditum, aut potentia determinata affixa tympano auris, & sic de alijs. Voluit ergo Philosophus, ꝙ sensus particularis cognoscat se sentire, accipiendo sensum particularem nō pro potētia determinata distincta à sensu communi, sed ꝓ sensu communi à sensibili immutato per sensum particularem, qui quodammodo sensus particularis appellatur, sensus enim cōmunis immutatus per visum iudicat visum videre, & propter hoc dicitur, quod visus videt se videre.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur antecedens, accipiendo sensum particularem, vt distinguitur cōtra sensum communem.

Similitudo duplex.

Ad primam probationem dicitur, quòd duplex est similitudo, scilicet in esse naturæ, sicut inter duos homines est similitudo secundum naturam. Alia est similitudo secundum repræsentationem in esse cognoscibili, sicut est inter intellectum informatūm similitudine hominis, & hominem.

Dicitur ergo, ꝙ quanto aliquid est similius cognoscenti secūdum repræsentationem in esse cognoscibili, tanto est magis cognoscibile, non autē quāto est similius secundum naturam. Tūc in hoc sensu negatur minor, non enim effectus est similior causæ secundum hunc modum, quā obie-

ctum;obiectum enim habet similitudinem spiritu a em in ipsa potentia,non autem operatio.

Ad secundum patet,quæ sit mens Philosophi, sed ad rationes phil.respondetur,inquãtum sunt contra conclusionem veram.

Ad primam quidem dicitur primo, ꝙ non est inconueniens idem obiectum pertinere ad diuersas potẽtias subordinatas,quales sunt sensus particularis,& communis,potentia enim superior habet vniuersalius obiectum,quam inferior,quia illud obiectum inferioris potentię continet.

Sensus particularis,& cõmunis quomodo sunt idem & quomodo non.

Dicitur secundo,ꝙ sensus communis,& particularis sunt quodammodo vna potentia, vt dictũ est.

Ad secundum dicitur, ꝙ non erit processus in infinitum,sed erit deuenire ad intellectum, qui cognoscit suam operationem.

Ad tertium argumentum negatur similitudo quantum ad hoc,quia intellectus est virtus immaterialis,sensus autem est materialis. Ad quartum dicitur,ꝙ minor est vera de cognoscente immediato. Modo dico,ꝙ hoc non est cognoscens immediatum,sed potentia,vnde ratio non sequitur.

Dicitur secundo,ꝙ maior est vera de cognoscente illa vnica potentia,non autem de cognoscẽte pluribus potentijs.

Differentia diuersorum sensibilium.

Ad quintum dicitur,ꝙ differentia diuersorum sensibilium est duplex. Vna quantum ad quodquid est,vtriusque & hoc pertinet ad intellectu. Alia quantum ad diuersam immutationem sensus, & hoc pertinet ad sensum.

Dicitur secundo,ꝙ licet cognoscatur per intellectum,tamen prius oportet illam per sensum cognoscere,vnde negatur consequentia.

Disputatio de sensu cõmuni.

ADDITIO

CIRCA hoc quæsitum potest esse dubitatio, si sensus communis percipere possit contraria,vel sensibilia diuersorum generum sub vnica actione,an sub diuersis actionibus, quia cum intellectus non possit hoc facere,multo minus & sensus,qđ autem intellectus non possit,adest dictum Aristot. 4. metaphysic.qui vnum non intelligit, nihil intelligit, nunc sic magis videtur de intellectu, quam de sensus cum sit efficacior in cognoscendo, sed intellectus hoc agere non potest:igitur neque sensus.

Tex.10.

Adde ꝙ virtus illa quæ immutatur a contrarijs, & diuersis immutationibus,comprehendit ipsa diuersis actionibus,quia sic comprehendit,prout immutatur, sed immutatur diuersis immutationibus,quia vnũ immutat sicut habitus, & alterum, ut priuatio; igitur vna actione sensus non poterit diuersa sensibilia percipere.

Adde adhuc,quia sicut est de diuersis sensibus respectu vnius sensibilis,sic de vno sensu respectu diuersorum sensibilium,sed diuersi sensus non possunt comprehendere vnum sensibile actione vna: ergo vnus sensus diuersa sensibilia per vnam actionem non potest cognoscere.maior patet per conuenientem similitudinem,minor quoque est manifesta.

Opinio Petri de Tarantasia 3. sent. dist.8.

Propter has rationes fuerunt aliqui dicentes, quod virtus comprehendens contraria percipit ea diuersis actionibus; quia eo modo sentit, quomodo agit,sed agit diuersas actiones:igitur & per diuersas actiones quoque sentit,sed ista opinio est falsa, quia cum ita se habeat sensus ad sensibilia, vti intellectus ad intelligibilia,vt docet Arist.3.de anima.sed intellectus intelligit diuersa vnica actione,vt patet componẽdo,& diuidendo,igitur &c.

Impugnatur hæc opinio Tex.3.

Præterea sequeretur,quod vnum subiectum simul haberet diuersa accidentia eiusdem speciei solo numero differentia,nam omnes operationes eiusdem potentię sũt vnius speciei,& sic si simul ageret diuersas actiones,sequeretur illud impossibile,quod est contra Ari. 5.met.huius opinionis est Auerr.lib.de sensu, & sensato dicens,quod virtus sensus communis,secundũ quod est vna,iudicat diuersa iudicio vno.

Tex.fine commen.

Et nota,quod hoc est peculiare de sensu communi, licet nonnulli fuissent reperti Philosophi,qui de sensibus particularibus etiam hoc asseruerunt,moti ex hoc, quia si sensus particularis cognoscit suam propriam operationem,vt visus visionem, & sic de alijs,sicuti sensus communis,qui cognoscit operationes sensuum particularium propterea iudicat diuersa vno iudicio, hoc idem facere potest sensus particularis, quod autẽ particularis sensus,puta visus cognoscat suam operationem,probant;quia si aliquis sensus cognoscit operationem visus,ille sensus habet operationem aliquam, hoc est clarum,& apertum:aut ergo cognoscit eam, aut non,si cognoscit eam,eadem ratione visus cognoscit suã operationẽ,cum omnis sensus sit virtus organica,& in magnitudine,non vř ergo ratio, quare vnus cognoscat suam operationem,& non alius,sed isti decipiuntur valde,quoniam illud quod cognoscitur à visu debet aliquid agere in visum,cum sentire consistat in quodam pati sensibili,sed visio,aut auditio nihil potest agere in visum, quia actus non agit in suum proprium subiectum,visio autem est actus visus,igitur nũquam poterit visus ad tantum opus eleuari.

Opinio Plotini.

2.de anim. Tex.112.

Et confirmatur,quia sensus particularis non cognoscit nisi sensibilia propria,aut communia per se,sed videre non est aliquod sensibilium communium, nec sensibilium propriorum,quia omne sensibile propriorum est de genere qualitatis,videre autem est actio, aut passio,igitur falsa est hæc opinio.ratio adducta est nullius momenti,quia iam non proceditur in infinitũ in ipsis potẽtijs cognitionis,tunc ipse intellectus oportet vt sit cognoscitiuus omnium inferiorum virtutum & operationum suarum,& cognoscit etiam propriam operationem,cum sit immaterialis,quare ratio ex seipsa se interimit,nisi vellemus dicere,quod sensus particularis cognoscit priuationem,cognoscendo se non immutari a sensibili,vt visus cognoscit tenebram, cognoscendo se non immutari a lumine, & auditus cognoscit silentium cognoscendo se non immutari a sono,& sic in alijs,cuius signum est, quod si aliquis homo habeat oculos clausos,& ducatur ad locũ tenebrosum,ipse quamdiu tenebit oculos clausos,non cognoscet an sit in tenebris,vel in lumine, & statim si aperiet oculos,percipiet se esse in tenebris,ꝙ non videtur fieri,nisi quia visus cognoscit tenebram,cognoscendo se non imutari a lumine, sed non immutari à lumine cognoscere non potest,nisi cognoscat,aut cognouerit se immutatum fuisse,quia negatio non cognoscitur nisi per affirmationem aliquo modo,& sic cum immutari a lumine sit operatio visus,sequitur quod visus cognoscat suam operationem,non tamen ex hoc sequiť, ꝙ cognoscat suã sensationẽ.s.visionem,qa uisio luminis nõ est formaliter,& essẽtialiter ipsa immutatio uisus a lumine,ut oĩbus satis patet;unde sequitur ꝙ tantummõ sẽsus cõis unica actione cognosat cõtraria,uel diuer-

diuersorum'generum sensibilia, vt dictum est.

Lege D T. p. p. q. 85. ar. 4. in quo disputat, si intellectus possit plura intelligere, & 1. cont. gen. c. 55.

Et ad rationes principales respondendo dicimus, quod prima ratio nihil concludit, quandoquidem intellectus potest simul intelligere diuersa vnica actione, sub ratione conuenientiæ, vel differentiæ, & per modum vnius, sed non per modum plurium.

Ad secundam dicimus, quòd cum vnumquodque contrariorum immutat sensum secūdum se, & per potentiam propriam, tunc facit immutationes cōtrarias quodammodo, vel diuersas, & hoc non est simul sed successiue, sed cum immutant simul, tunc non faciunt diuersas immutationes omnino, sed vnam sub ratione conuenientiæ, vel differentiæ.

Ad vltimam negamus similitudinem, quia diuersi sensus respectu nullius sensibilis possunt habere operationem vnam, quoniam ad vnitatē operationis requiritur vnitas virtutis operantis, sed vnus sensus bene potest habere vnam actionem, respectu diuersorum sensibilium in vno communicantiū, & ratio est, quia semper virtus superior potentior est inferiori, constat autem, quòd sensus communis est superior, & nobilior sensibus particularibus, & ideo poterit cognoscere obiecta ipsorum particularium sensuū, licet diuersi particulares sensus non possint per se cognoscere vnum obiectum, ex quibus patet solutio dubitationis motæ.

QVAESTIO II.

Vtrum phantasia sit motus factus a sensu secundum actum.

Phantasia vtique erit motus, &c.
Tex. CLXI.

Magister Chrysostomus q. 59. huius libri.

QVÆRITVR secundo, Vtrum phantasia sit motus factus à sensu secundum actum. Et videtur quod non.

Primo. Potentia animæ non est motus, sed principiū motus aut operationis, sed phātasia est potentia animæ: ergo non est motus.

Secundo. Non existente sensu in actu, est phantasia, vt patet in dormientibus: ergo non fit à sensu in actu.

Tertio. Si phantasia esset motus factus à sensu in actu, eodem modo res apparerent phantasię & sensui exteriori: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur consequentia, quia motus sensus particularis essent ab eadem causa, scilicet ab obiecto sensibili, quod prius immutaret sensum exteriorem, & posterius phantasiam: falsitas consequentis patet, quia id quod videmus esse album in die, phantasiamur in nocte esse nigrum.

Quarto. Aliquando phantasiamur aliquid, quod non cadit sub sensu exteriori, sicut montem aureum: ergo est aliquis motus phantasia, qui non est causatus a sensu secundum actum: ergo &c.

Quinto. Hoc conuenit omnibus potentiis interioribus, actus enim omnium interiorum potentiarum causatur a sensu secundum actum: ergo illa non est conueniens diffinitio phantasiæ.

In oppositum est Philos.

Respondeo. In ista quæstione tria sunt facienda. Primo videndum est quid hic diffiniatur. Secundo ponentur aliqua necessaria ad diffinitionem. Tertio, declarabitur diffinitio.

Quantum ad primū conueniunt omnes in hoc, quòd si Phil. intendat immediate dare diffinitionem potentiæ phantasiæ, supplenda est illa diffinitio sic: phantasia est motus, idest potentia in qua est motus factus à sensu secundum actum. Si autē intendat diffinire immediate actum phantasiæ, q. est phantasiari, quòd magis ex processu Philosophi videtur, per diffinitionem actus dat Philosophus intelligere diffinitionem potentiæ. Nam si phantasiatio est motus factus à sensu in actu, phātasia erit potentia, quæ mouetur à sensu secundū actum.

Quid sub nomine phātasiæ diffiniatur a Philosopho.

Differētia aūt vr̃ inter S. Th. & quosdam alios quantum ad potentiam, quam intendit diffinire Phil. Nam vr̃ velle S. T. quod Phil. intendat diffinire phantasiam, quæ est potentia distincta à cogitatiua, siue extimatiua. Dicit. n. in fine expositionis. Vtrum aūt iste motus aliam potentiam requirat quam sensitiuam, Philosophus hic non determinat, sed vr̃, quod cum s̃m diuersitatem actuum distinguantur potētiæ, & diuersitas motus requirat diuersa mobilia, quia quod mouetur non mouet se ipsum, sed alterum, necessarium vr̃, quòd sit alia potentia phātastica, siue imaginatiua à sensu. Ex quibus dat intelligere, quòd nomine phantasię intendit particularem potentiam interiorem, quæ apud ipsum etiam imaginatiua appellatur. In tractatu etiam de potentijs animæ, enumerans potentias sensitiuas interiores, dicit: Secunda vis interior est phantasia, quæ est motus factus à sensu secundum actum, vt dicitur 3. de anima. Lect. 6. Tex. 161. Tex. 42.

Aliqui autem alii dicunt, quod Phil. dat diffinitionem communem phantasiæ, & extimatiuæ, & quòd accipit hoc nomen phantasia, tanquam quoddam commune comprehendens sub se phantasiā proprie dictam, & extimatiuam, siue cogitatiuā. Ad quam positionem confirmandam duas rationes adducunt. Quarum vna est.

Philosophus dicit animalia agere, & pati s̃m phantasiam, certum est autem animalia non agere s̃m phantasiam proprie dictam, quia s̃m illam animalia non iudicant aliqđ esse conueniens, aut nociuum, sed solum secundum extimationem, vt etiam dicit S. Tho. ergo Phil. non accipit phantasiam, vt contra extimatiuam est distincta. Lect. 4.

Secunda ratio est, quia Philos. esset diminutus, nullibi enim determinat de virtute extimatiua: vnde si nec in hoc loco de ea determinaret, esset valde diminutus.

Sed quia ista opinio non videtur esse ad mentē Phil. ideo pro positione S. Tho. qui ponit hic diffiniri phantasiam proprie dictam, occurrit mihi ratio vna, ex verbis Phil. sumpta. Pro qua rōne supponitur primo, quòd Philos. accipiat phantasiam eodem modo à principio: vnde incipit de phantasia determinare vsque ad finem. Tū ex processu suo, quia primo declarat quid non sit. Secundo quid sit, tum etiam quia vteretur æquiuocatione in processu non distinguendo, & declarando quo modo nomine æquiuoco vtatur, quod nullo modo tanto Philos. est attribuendum. Supponitur secundo quod ipse dicit, Opinionem scilicet distingui à phantasia, quia ad opinionem statim sequitur passio, non autem ad phantasiam: sed sic nos habemus s̃m phantasiam, sicut si essemus con- A Tex. 156. vsque ad finem. Tex. 154.

ſiderantes in pictura difficilia, & confidentia.

Pulchra dubitatio.

Tunc arguitur ſic. Si per phantaſiam Philoſophus etiam intelligeret cogitatiuam, ſeu extimatiuam, tunc phantaſiam ſequeretur paſſio in appetitu: quia per extimatiuam in brutis iudicatur aliquid eſſe conueniens, aut nociuum, ſimiliter ēt per cogitatiuam in homine de rebus particularibus. Sed oppoſitum dicit Philoſop. vt adductum eſt, ſcilicet quòd ad phantaſiam non ſequitur motus, ergo non debemus nomine phantaſiæ in hoc loco intelligere etiam extimatiuam.

Duplex eſt potentia ſecūdum quā animal poteſt dici agens.

Rationes autem in oppoſitum non difficile eſt ſoluere.

Ad primum quidem dicitur primo, quòd duplex eſt potentia, ſecundum quam animal poteſt dici agere. Vna ſecundum quam animali ſimpliciter præſentatur aliquod obiectum proſequendum, vel fugiendū, ſicut per viſum repræſentatur aliquod coloratum. Alia per quam iudicatur de tali re repræſentata, vtrum ſit conueniens necne, & iſta duo requiruntur ad hoc, vt appetitus moueatur, niſi à re apprehenſa ſub ratione conuenientis, aut nociui.

Dicitur ſecundo, quòd ſecundum extimatiuā, animalia bruta mouētur, ſicut per potentiam indicantem aliquid eſſe conueniens, aut nociuum, & imperantem motum, & de tali modo mouendi non loquitur hic Philoſophus; vnde non eſt ad ꝓpoſitum. Secundum phantaſiam autem mouētur ſicut per potentiam repræſentantem ſimpliciter aliquod obiectum conueniens, aut nociuum, ad quod mouentur, & tunc animalia dicuntur moueri ſecundum phantaſiam, quando ſecundum extimatiuam virtutem iudicant, ſecundum quòd apparet phantaſiæ, & mouentur ad id quod per ipſam eſt apprehenſum, quod quidem accidit etiā hominibus, quando velatum eſt iudiciū rationis, & de hoc modo mouendi loquitur Philoſophus;

Comm. 16.

quod etiam ex verbis Comm. apparet; vbi dicit, Et quia ſenſationes finguntur & remanent in animali imaginante poſt abſentiam ſenſibilium, in eo modo ſecūdum quem erant apud præſentiam ſenſibiliū, ideo animal mouetur ab iſtis ſenſationibus per hanc virtutem apud abſentiam ſenſibilium: & poſt pauca. Iſta virtus remanet eodē modo, ſecūdum quem erat apud præſentiam ſenſibilium, & vniuerſaliter, vtilitas ſenſuum apud præſentiam ſenſibilium data eſt huic virtuti apud abſentiam ſenſibilium. hæc ibi. Ex quibus verbis habetur primo, quòd ideo animalia mouentur ſecundum phantaſiam, quia ſenſationes in eis remanent etiam in abſentia ſenſibilium, & per conſequens, quod repræſentant obiectum. Habetur ſecundo, quod virtus phantaſiæ tanta eſt in abſentia ſenſibilium, quāta eſt virtus ſenſuum exteriorum ad eorum præſentiam. Certum eſt autē ſenſus exteriores non habere virtutem mouendi appetitum, iudicando aliquid eſſe conueniens, aut nociuum, ſed tantum apprehendendo, & proponendo obiectum; ergo eodem modo dicendum eſt de phantaſia. Quantum ergo ad hunc modū negatur minor, ſi dicatur quod ſecundum phantaſiam proprie dictam animalia non agant, patiantur primo modo.

Quare animalia hic mouentur ſecū dum phantaſiam.

Ex hac ſolutione tollitur contradictio, quæ videtur eſſe in verbis Philoſoph. dum in vno loco dicit, quòd ſecundum phantaſiam non patimur, inferius autem dicit animalia multa agere, & pati ſecundum phantaſiam. Dicitur enim quod in primo loco intendit, nos non agere aut pati per phātaſiam, tanquam per principalem potentiam, iudicantem aliquid eſſe conueniens aut nociuum. Tex. 154. Lect. 76.

Inferius autem intendit animalia agere ſecundum phantaſiam, tanquam ſecundum virtutē apprehendentem, & abſolute proponentem obiectum: hæc autem non ſunt contradictoria.

Ad aliam rationem dicitur, quòd Phil. non eſt diminutus. Aut enim quia poſuit illas virtutes ſenſitiuas ſolum, quarum operationes erant omnibus notæ, operatio autem cogitatiuæ non erat omnibus nota, ideo non determinauit de illa virtute. Vel forte dicendum & melius, quod Philoſ. determinando de memoria in libro de memoria & reminiſcentia, dat intelligere potentiam extimatiuam: quia ſicut memoria eſt conſeruatiua intentionum inſenſatarum: ita oportet eſſe vnā potentiam, quæ eliciat huiuſmodi intentiones inſēſatas: quæ extimatiua dicitur ſiue cogitatiua. Vnde ibi ponit Philoſ. quod reminiſcentia eſt actus virtutis cogitatiuæ. Exprimitur mens Philoſophi.

Quantum ad 3m. Sciendum primo, quod phātaſiabile quod eſt obiectum phantaſiæ, non cōtinet ſub ſe aliquid præter obiecta ſenſuum exteriorum, vnde non percipit phantaſia niſi quæ ſenſibus exterioribus percipiuntur, aut ſm totū, aut ſecundum partem, vt dicit Philoſophus, dum dicit de phantaſia loquens. Sed in his quæ ſentiuntur, & quorum ſenſus eſt. Differt autem à ſenſib. exterioribus, quia illi percipiunt eorum obiecta in eorum tantum præſentia: phantaſia autem ēt in eorū abſentia. Ex quo ſequitur oportere prius immutari ſenſus exteriores, & per illos phantaſiam, ad hoc vt obiecta per ſenſus exteriores ad phantaſiam perueniant, ſicut lumē per feneſtras ad penetralia domus ingreditur. Tex. 160.

Sciendum 2do, ꝙ motus dupliciter poteſt accipi, Vno modo vt eſt actus imperfecti, & exiſtentis in potētia ad formam, ſicut cum aqua calefit, calefactio quæ eſt in aqua, eſt actus exiſtentis in potentia ad calorem, dum enim aqua calefit non habet calorem, qui eſt terminus motus. Alio mō vt eſt actus perfecti, & exiſtentis in actu per formam, eo modo quo dicimus intelligere eſſe quēdam motum, eſt enim intelligētis, qui eſt in actu per ſpeciem intelligibilem, quæ eſt principium intelligendi. Motus autem qui eſt actus imperfecti dupliciter accipitur. Aliquando enim accipitur pro receptione formæ cum abiectione contrarii, ſicut cum aqua calefit, recipit calorem & amittit frigiditatem. Aliquando vero pro ſola receptione formæ, & hoc modo dicimus, quòd viſus mouetur à viſibili, dum eius ſpēm ſenſibilē recipit. Motus duplex. Motus qui eſt actus imperfecti dupliciter accipitur.

Sciendum tertio, quod ſenſus aliquando eſt in actu, aliquando in potētia, vt ſæpius docet Philoſophus. Dicitur tunc ſenſus in potentia quando non ſentit actualiter, ſicut viſus dormientis. Dicitur aūt ſenſus in actu, quando actualiter ſentit, ſicut dicitur viſus in actu, quando actualiter videt. Tex. 53.

Quan-

Quantum ad tertium. Diffinitio phātasiæ ista, vt Philosophus ponit. Phantasia est motus à sensu secundum actum factus. Vbi Phil. actū phātasiæ principaliter, vt dictū est, diffinit. In hac autem diffinitione duo sunt declaranda.

Tex. 160. Diffinitio phantasiæ.

Primum est hoc, ꝙ dicitur motus. Pro cuius intelligentia sciendum est, ꝙ in operatione phantasiæ sicut in operatione cuiuslibet sensus duo concurrunt, s. receptio speciei obiecti, & iudicium ꝑ talem speciem. Ad visionem enim concurrit receptio speciei visibilis, & iudiciū de re visibili. Per motum ergo phantasiæ, aut receptionem phantasmatis, aut iudicium de re phantasiabili possumus intelligere. Si receptionem phantasmatis intelligamus, tūc motus accipitur, prout omnis receptio dicitur motus, non aūt prout motus dicit etiam abiectionem cōtrarij, quæ fit successiue, & tunc phantasia est motus, i. est receptio rei sensatæ a sensu. Si aūt per motum accipimus iudicium & operationem phantasiæ, ut magis videtur esse de mente Philosophi, tunc accipitur pro eo quod est actus pfecti, prout omnis operatio dicitur motus, non pro actu existentis in potentia, vnde sensus est, phantasiæ est motus, i. est operatio causata à sensu secundum actum.

Quid intelligendū ueniat nomine sensus in actu.

Secundum declarandum est, factus a sensu secundum actum. Pro cuius declaratione duo sunt notanda. Primum, ꝙ nomine sensus in actu non solum sensus exterior hoc loco, sed etiam sensus communis accipitur. Iudicium enim sensus particularis ꝑ sensum cōem accipit complementū. A tali ergo sensu in actu, idest actualiter sentiēte vel qui fuit actualiter sentiens, causatur operatio phantasiæ, quia a tali sensu phantasma, quod est principium operationis phantasiæ, originem capit, vel etiam à sensu causatur receptio, sicut passio causatur ab agente in passum secundum primam expositionem. Secundo notādum, ꝙ operationem sensus interioris causari a sēsu exteriori, est commune omni sensui interiori: sed causari illam immediate à sensu exteriori secundum actum, sub sensu exteriori comprehendendo etiā sensum communem, est proprium phantasiæ, & ideo motus phantasiæ est similis motui sēsus exterioris, quantum ad ea quæ cognoscuntur. Per phantasiam. n. cognoscuntur ea quæ sensibus exterioribus cognoscuntur, & eodem modo, i. indiuidualiter, per alios aūt sensus cognoscuntur ēt illa, quæ sensibus exterioribus non cognoscūtur, sicut amicitia, & huiusmodi, vt plenius in quæstione sequenti manifestabitur. Oportet ergo intelligere diffinitionem operationis phantasiæ, ꝙ est motus à sensu secūdum actum factus, scilicet immediate.

Tex. 160. His declaratis probanda est hæc conclusio ratione Phil. In qua ratione supponitur primo, ꝙ phantasia, idest operatio phātasię est quidam motus, & est tantum eorum quorum est sensus: sicut enim sensus exterior mouetur à sensibilibus, ita phantasia à sensu. Supponitur secundo, quod ab actu sensus contingit quendam motum fieri. Nam ab eo quod mouetur cōtingit aliquid aliud

Tex. 43. moueri. Est enim duplex mouens, ut dicitur 8. Phys. scilicet mouens immobile, & mouens motum, sensus aūt à sensibili mouetur. Supponit tertio, quòd motus causatus à sensu est similis sensui. Probatur, quia omne agens agit sibi simile.

Ex istis arguitur sic. Est aliqs motus causatus à sensu secundum actum, sed nō potest esse alius motus factus a sensu, quàm motus phantasiæ: ergo motus phantasiæ est motus factus à sensu secundum actum. consequentia nota cum maiori. Probatur minor. Tantum ille motus est factus à sensu in actu, qui est similis actui sensus, patet ex tertio supposito, sed tantum motus phantasiæ est talis, dictum est enim in primo supposito, ꝙ phātasia est tantum eorum, quorum est sensus exterior: alii autem sunt etiam eorum, quorum non est sensus: ergo &c.

Ad rōnes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ non diffinitur hic phantasia immediate, sed actus eius.

Soluuntur rōnes in oppositum.

Dicitur secundo, ꝙ si diffiniatur potentia illa, est prædicatio non essentialis, sed effectus de causa: & est sensus, phantasia est motus. i. est potentia, in qua est motus.

Ad secundum dicitur, ꝙ sic est intelligendum. Phātasia est motus factus a sensu secūdum actū, qui. s. est in actu, vel qui fuit in actu, vnde in dormientibus, licet non sit sensus in actu, fuit tamen dum vigilarent.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ res apparent sensui, & phantasiæ eodem modo communi, idest indiuidualiter.

Dicitur secundo, ꝙ consequētia falsa est, quātum ad modum particularē. Ad probationem dicitur, ꝙ licet actus sensus, & phantasiæ sint ab eadem causa causati, s. ab obiecto, non tamē eodē modo, quia actus sensus est ab obiecto immediate, actus autem phantasiæ mediate: quanto autem aliquid elongatur à causa, tanto minus recipit similitudinem causæ.

Ad quartum dicitur, ꝙ nihil cadit sub phantasia, quod non fuerit sub sensu, aut secundum se totum, aut secundum partes; mons. n. aureus, licet non fuerit sub sensu secundum se totum, fuit tamen secundum partes, s. dum aliquis vidit montem, & vidit aurum.

Ad quintum negatur assumptum. Ad probationem dicitur, ꝙ licet omnis actus interiorū potentiarum causetur a sensu exteriori, non tamen omnis ab illo causatur immediate: sed solus actus phantasiæ, ut dictum est.

ADDITIO

Quia in hoc quæsito multa interponuntur de sensu communi, & præcipuè in definitione phantasiæ, quando dicitur, ꝙ est motus, i. operatio causata a sensu secundum actum, nomine sensus in actu non solum uenit intelligendus sensus exterior, sed etiam sensus communis, quæro hic difficultatē quandam, num somnus sit passio ipsius, an alicuius alterius sensus, quandoquidem aliqui fuerunt dicētes, somnum nō esse passionem sensus communis, siquidem

Difficultas de somno, cuius est passio Primo post. Tex. 11.

illius

illius est passio somnus, quod primo immobilitatur, quia passio debet assignari primo subiecto, vt scribitur in Posterioribus, nunc autem sensus communis nō primo immobilitatur in somno, quia primo deprimitur caput, & postea clauduntur palpebræ, & immobilitantur oculi, & tunc est somnus perfectus: non igitur erit passio ipsius sensus communis.

Præterea: somnus non est passio illius, quod operatur in somno, quia illud debet immutabilitari, qđ somno premitur, sed sensus communis operatur aliquando in somno, siquidem in somno iudicamus nos videre, & audire, & sic de alijs, & hoc non fit nisi per sensum communem: quoniam illius est de operationibus particularium sensuum iudicare, vt patet in hoc libro.

Huius libri, Tex. 136. Adde etiam, quia somnus est passio illius, à quo calor, & spiritus trahuntur; propter hoc enim redditur immobile illud, cuius somnus est passio, sed a corde, quod est primum subiectum, non retrahitur calor, & spiritus immo ad ipsum retrahuntur: sequitur ergo somnum non esse passionem sensus communis.

Pro veritate huius difficultatis est sciendum, quod in dormiendo ligantur, & immobilitantur oēs particulares sensus, quia si in somno nō immobilitarētur omnes sensus, immo vnus, aut plures operarētur, tūc simpliciter dormiens esset uigilans simpliciter, nam operans secundum unam uirtutem sensitiuam, est simpliciter uigilās, cum sit sentiens simpliciter, & sic priuatiue opposita simul inessent eidem simpliciter organo, in somno.n. simpliciter immobilitati sunt omnes exteriores sensus.

Quid ē somnus, variæ opin. Philosophorum. Est etiam sciendum, ꝙ somnus est impatientia sentiendi propter excessum uigiliæ, uel ut alij dicunt, ꝙ est immobilitatio sensuum, quia non possunt exercere proprias operationes, respectu sensibilium exteriorum, hinc sequitur, ꝙ somnus est impotentia detinēs actum rerum existentium, quia licet in somno sensus bene moueatur a simulacris interius existentibus, nō tamen subministratur ei a sensibus qui sunt extra, immo ex alia parte ligati, & immobilitati, & cū sit quoque somnus ligamentum sensuum cum confortatione eorundem, sicut uigilia est solutio in usum sensuū cum debilitatione eorum: semper.n. sensus in operando indigent spiritibus diffusis, & dispersis ad exteriora, & in operando consumuntur huiusmodi spūs, & deperduntur continue, & cum sint finitæ uirtutis, tandem omnino deficerēt, nisi animal quiesceret ab operatione sentiendi, & ideo oportet huiusmodi animal quiescere, & huiusmodi qes est somnus, & tūc fit quædam reparatio spirituum ex subtilissima nutrimenti actione caloris digerentis, & causa remota eius est euaporatio, quæ eleuata fuit ad cerebrum, & ibi infrigidata, & ingrossata, & descensu suo repellit spiritus, & prohibet ab interiorib. ad exteriora diffundi, & hæc dicitur causa positiua, & remota, causa uero propinqua est priuatio influxus spirituum ad organa sensuū, & sic respondendo, Ad quæsitum principale dicimus, ꝙ somnus est passio sensus communis, quia somnus est passio illius, quo immobilitato oēs sensus particulares immobilitantur, & non econuerso, sed sensu communi immobilitato, immobilitantur oēs sensus particulares, quia ab ipsa est influentia uirtutis in omnib. sensibus, & non econuerso; igitur &c.

Quid est uigilia.

Quę est causa remota sōni.

Quæ est causa ꝓpinqua somni.

Somnus est passio sēsus communis. Ad rōnes in contrarium dicitur, & ad primā, quod somnus est passio illius, quo primo immobilitatur causalitatio, & naturā, modo quāuis primo appareat immobilitatio, & ligatio partium exteriorum, tamē hoc causatur ex priuatione influxus a sensitiuo communi ad eas: primo.n. euaporatio infrigidata debilitat terminos sensuum, & tunc cadunt partes exteriores graues, ut caput, & palpebræ, qa calor reciprocatur ad intra, tandem oppilatis vijs spirituum, priuatur influxu spirituum, & fit somnus perfecte.

Ad secundam dicimus, ꝙ in somno sensus communis non operatur circa sensibilia exteriora, nec ab eis immutatur, mediantibus sensibus particularibus, sed bene immutatur a simulacris sensibilium interius reseruatis, & illa sensatio sensus communis, quam facit cum immutatus est ab imaginib. interius reseruatis, est obiectum sensus cōmunis, & quid spirituale.s. imago rei interius reseruata.

Ad ultimam dicimus, ꝙ non oportet somnum esse passionem illius, a quo retrahuntur spiritus, sed illius ad quod retrahuntur; quia illud fit impotens moueri a sensibus exterioribus, eo ꝙ sensus particulares spiritibus priuati, non possunt ipsum immutare. uide Alb. de sensu, & sensili, tract. 1. cap. 2. & Auer. eodem lib. cap. 2. Lege D. Th. lib. de sensu & sensato, lect. 5.

QVAESTIO III.

Vtrum sint tantum quatuor vires interiores.

De phantasia quidem igitur quid est, &c.
Tex. CLXII.

Quæritur tertio, Vtrum sint tantum quatuor vires interiores. Et videtur ꝙ non.

Primo. Quia Auicenna in suo libro de anima ponit quinque.

Secundo. Iuxta doctrinam S. Th. alia est potētia quæ recipit, & alia quæ conseruat, sed phātasia recipit phantasmata, ergo illa quę conseruat phantasmata, erit alia a phantasia, & per consequens erunt plures quam quatuor. P. p. q. 78. articu. 4.

Respondeo. In ista quæstione tria sunt facienda. Primo.n. ponētur aliqua necessaria ad declarationem quæsiti. Secundo declarabitur, quæ sint potentiæ sensitiuæ interiores. Tertio ostendetur, quæ sint organa illarum potentiarum. Ordo quæsti.

Sciēdum primo, ꝙ ad vitam animalis perfecti requiritur, ꝙ non solum rem ad præsentiam sensibilis apprehendat, sed etiā in eius absentia, alioquin animal, cum aliquam sequatur apprehēsionem, non moueretur ad absens.

Sciendum secundo, ꝙ animal non solum propter delectabile, & cōtristabile secūdum sensum mouetur, sed etiā propter alias vtilitates, aut nocumenta aliqua quærit aut fugit, sicut ouis veniētem lupum videns fugit, non quia indecētiam coloris, & figuræ horreat, sed tanquam inimicum suæ naturæ.

Sciendum tertio, ꝙ eorum quæ sensib. interioribus percipiūtur: quædam dicūtur formæ sensatæ, quædam formę insensatę: formæ sēsatæ vocātur

tur sensibilia propria & communia,quæ sensibus exterioribus cognoscuntur,formæ insensatæ sunt proprietates coniūctæ,quę sensibus exterioribus non apprehenduntur,& sunt bonitas , malitia , odium,& similia.

Sensibus interioribus formæ sensatæ & insensatæ percipiuntur.

Sciendum quarto secundum S.Thom.ꝙ in corporalibus bene recipere,& bene conseruare reducuntur ad diuersa principia. Nā humida bene recipiunt,& male retinent,sicca vero econuerso cū difficultate recipiunt,sed bene retinent,vnde ad hoc vt aliqua virtus sit bene receptiua, dominiū humiditatis supra siccitatem in cōplexione organi requiritur,ad hoc autem,vt virtus sit receptiua,dominium humiditatis supra siccitatē in cōplexione organi requiritur,ad hoc autem vt virtus sit bene conseruatiua in organo eius, dominium siccitatis supra humiditatem exigitur.

P p.q.78. ar tic.4.

Ex quibus omnibus sequitur,primo oportere esse in animali aliquas potentias apprehendētes rē in ipsius absentia,cum principiū operationis vitalis sit aliqua potentia. Sequitur secundo nō tātum sufficere potentiam,quæ recipiat formas sensatas,sed etiam oportere esse potentiam receptiuam formarum insensatarum. Sequitur tertio bene potentiam receptiuam debere distingui à potentia bene conseruatiua,cum recipere & conseruare reducantur ad diuersa principia.

Quantum ad secundum dissentiunt Comme. & S.Tho.ab Auicenna & Alber. Secundum Commen.& S.Thom.sunt quatuor,scilicet sensus cōmunis,imaginatiua,quæ etiam alio nomine dicitur phantasia,cogitatiua,& memoratiua.

Quatuor sūt sensus interiores.3. de anima Commen.& Sanctus Thom 1.parte q.78 artic.4 & in opere de poten.

Sēsus communis est virtus bene receptiua formarum sensatarum,cuius est cognoscere operationes sensuum exteriorum,& ponere differētiā inter sensibilia diuersorum sensuum,& hic sensus non conseruat species sensatas, saltem per longum tempus.

Imaginatiua siue phantasia est virtus cōseruatiua specierum sensatarum,cuius est phātasmata intellectui præsentare,cōponereque formas imaginatas,vt formā montis,& formam auri imaginatione ipsa,sicque montem aureum cōstituere.

Tract.3.c.1.

Ista virtus ad duo disponitur secundum Alb. Primo ad scientias mathematicas,vnde qui subtilē habet intellectum,& cū hoc imaginatiuæ organum bene dispositum habet,proficiunt multum in mathematicis. Secūdo disponit ad prophetiā. Qui enim cū intellectus bonitate bonā habēt imaginationē, duabus conditionibus obseruatis, efficiuntur prophetæ. Prima est vt solitarij sint, & motibus sensuū abstracti:quia multus motus sensuum suo tumultu impedit in illis effectus corporū cœlestium manifestari. Secūda est,vt à cura carnis,& delitijs corporis abstrahātur,cura enim carnis,delitiæ,solicitudines,multique actus humani occupant animam,vt impressiones cęlestes percipere nequeat. Nā propter vnionem potentiarū in anima,quando intēditur operatio vnius potentię,alterius potentiæ actus impeditur.

Extimatiua quę in homine dicitur cogitatiua, est virtus cuius est elicere,& recipere intētiones insensatas ex sensatis,puta amicitiæ,inimicitiæ,& huiusmodi,non quidem in vniuersali secundum Albertum,sed in particulari,accipit enim illas in hac imagine & in illa. Huic virtuti cōuenit primo cognoscere intētiones indiuiduales omniū prædicamentorum secundum Commne.non quidem quia omnes cognoscat, sed q̄a de omnibus aliq̄d cognoscit. Secundo habet componere formā intentionis cum suo idolo,sicut cum animal vidit album,cogitatiua componit formam albi cū visione,& recordatur animal album se vidisse,componit etiā intētiones cū intentionibus, puta inimicum cum filiatione,vt patet cum ouis filii sui lupum iudicat inimicum. Tertio cum fuerit cogitatiua cōiūcta cū imaginatiua,& memoratiua, repræsentat aliquod indiuiduum nunquam apprehensum a cogitante,sicut cum cogito ætatē Sor.& eius ægritudinē,aliasque circūstātias, & cogito alios homines ex eadē ægritudine mortuos,cōsequēter iudico istum esse moriturū, & istud pertinet ad experimētū,quod Sanctus Th. in 1.Met.attribuit cogitatiuę. Quarto ista virtus in homine de particularibus rōcinatur, sicut intellectus de vniuersalibus. Item eius est syllogismū expositoriū,propositionesque singulares formare.

Tract.1.c.1

Lect.1.

Ista virtus ab imaginatiua secundum Alb. est distincta. Primo quia ad imaginem rei solam nō sequitur motus misericordiæ,vel tristitiæ, prosequutionis,aut fugę,ad extimationem autem aliquod illorum consequitur. Secundo quia extimatiua est magis actiua,q̄ imaginatiua, quoniā intentiones elicere est magis agere,quā speculari imagines tātū. Tertio quia extimatiua est motiua per hoc quòd determinat ad quid moueri debeat animal,& quid fugere, non autem imaginatiua.

Tract.1.c.1.

Sciendum tamen,ꝙ licet sit eadē potentia quę dicitur in homine cogitatiua,& in brutis extimatiua quantum ad operationes,tamen aliquā secundum S.Th.differentiam habēt. Primo quia bruta illas intētiones insensatas solum naturali quodam instinctu percipiūt,homo autem quodamdiscursu,vnde in homine dicitur ratio particularis. Secūdo quia cogitatiua in homine, eo quod simul est cum intellectiua, indiuiduū vt sub natura communi cōtinetur agnoscit; cognoscit enim hunc hominem, inquantum est hic homo: extimatiua autem alicuius operationis terminus est aut principium,ouis enim cognoscit hunc agnū, non inquantum est hic agnus,sed inquantū est lactabilis.

Quomodo differant cogitatiua & existimatiua In opusculo de potentiis animæ,vid. D.Thom.

Virtus memoratiua est,quæ species insensatas conseruat,& etiam sensatas secundum Comme. Quantum ad istam virtutem homo ab alijs animalibus in modo operādi differt. Bruta enim habent, memoriam in subita recordatione præteritorum, homo autem vltra hoc habet reminiscētiam,quasi syllogistice inquirendo præteritorū memoriam secundum intentiones indiuiduales.

Hæc est opinio Comm.& S.Th.circa quā duo occurunt dubia.

Primum est:quia de cogitatiua dictum est,ꝙ eius est intentiones insensatas elicere. Contra, Sequeretur .n.ꝙ sentire esset agere,& ꝙ virtus sensitiua non informata similitudine rei sensibilis operationem

Tex. 31. operationem haberet, quæ sunt contra mentem Philo. dicentis, quod sentire in quodam pati consistit, & quod oportet ex sensu, & sensibili effici vnũ scilicet per similitudinem sensibilis receptam in sensu. Probatur consequentia quoad primam quidem partem, quia vt dictum est elicere est agere: quoad secundam vero, qđ abstrahit vnum ab altero; nã hẽt illud in se dum abstrahit, nisi ex se abstraheret: ergo si habet cogitatiua elicere tantum species insensatas ex sensatis, dum elicit non habet illas in se, & per consequens sine similitudine existẽte in se operatur.

Secundum dubium est, quia dictum est cogitatiuam cognoscere singulare ut sub natura vniuersali continetur. Cõtra. Sequeretur.n. ꝙ cogitatiua cognosceret vniuersale, hoc est contra Phil. ergo &c. (1.Phys.tex. 49.& S.Th. vt sup.) Probatur consequentia. Cognoscens vnum, vt habet relationem ad alterum, cognoscit & alterum, relatio enim non cognoscitur nisi cognitis terminis: ergo si cogitatiua cognoscit particulare, vt habet respectum ad naturam vniuersalem, tanquam cõtentum sub natura vniuersali, etiam vniuersale cognoscet.

Ad primum dicitur primo, quod argumentum supponit cogitatiuam tãtum intẽtiones insensatas elicere, resque sensatas non cognoscere, quod tamẽ est falsum. Nã quicquid potest virtus inferior, potest virtus superior & nobiliori modo, vnde cum phantasia cognoscat res sensibiles, etiam cogitatiua quæ est nobilior illud poterit.

Dico secundo, ꝙ consequentia est falsa. Ad probationem dicitur, ꝙ elicere nõ est agere, sed operari, sicut videre. Potentia.n. extimatiua similitudinẽ rerum sensatarum primo recipit, deinde intentiones, inquantum immutata est à re sensibili elicit; p cuius similitudinem in ipsa re sensibili intentiones sensatas adinuenit.

Ad secundam probationem dicitur, ꝙ licet cogitatiua, dum huiusmodi intẽtiones elicit, nõ habeat similitudinem, quæ illarum tantum intentionum sit repræsentiua, habet tamen similitudinem rei sẽsibilis à phantasiarate in cogitatiua causatam, per quam similitudinem ex re sensibili cognita, illas intentiones insensatas elicit.

Ad secundum dubium potest dupliciter responderi.

Cogitatiua indiuiduũ cognoscere dupliciter intelligi potest. Primo dicitur, ꝙ illa propositio. Cogitatiua cognoscit indiuiduum, vt sub natura vniuersali continetur, duplicem sensum habere potest. Vnus est, ꝙ cogitatiuam relationem inter indiuiduum, & naturam vniuersalem cognoscit, indiuiduumque illius naturæ indiuiduum esse deprehendit, in quo sensu procedit argumentum, & iste non est sensus Commen. & S.Tho. Alius sensus est, ꝙ cognoscit omnem naturam existentem in indiuiduo, per quã est indiuiduum illius naturæ vniuersalis, non tamen ꝙ relationem vnius cognoscat ad alterum, & iste est verus sensus, contra quem non procedit argumentum.

Respondetur secundo, quod proprie loquendo, operatio sensitiua non est potentiæ, sed compositi, vnde sensus illius propositionis est, quod homo per cogitatiuam cognoscit indiuiduum, vt stat sub natura vniuersali, non quod naturam vniuersalem per cogitatiuã cognoscat: sed quia per intellectũ cognoscit naturã vniuersalem, & per cogitatiuã indiuiduum, vt sub natura vniuersali continetur, sic ꝙ vnus homo cognoscit relationem indiuidui ad naturam vniuersalem, sed per intellectum cognoscit vnum extremum, & alterum per cogitatiuam. Prima tamen responsio est melior.

Auicenna autem 6.naturaliũ posuit quinque potentias, scilicet, sensum communem, phantasiã imaginatiuã, quę componit formas sensatas adinuicem, extimatiuã, & memoratiuam. Sed quia S.Tho. ponit phantasiam posse illas formas sensatas componere adinuicẽ, ideo apud ipsum imaginatiuam aliam potentiam à phantasia ponere non oportet. (6.naturaliũ.)

Albertus quoque posuit quinque hoc ordine, scilicet sensum communem, imaginatiuam, extimatiuam, phantasiam, & memoratiuam, & ponit ꝙ phantasia habet cõponere imagines cum intẽtionibus, & intentiones adinuicem, sicut qđ hoc dulce est delectabile, & ꝙ hoc delectabile sm sensum est nociuum. Vnde S. Tho. & Commen. ab Alberto differunt, quia Albertus ponit vnã potentiam, quã phantasiam vocat, qua animal vnũ esse tale, & aliud tale, & hoc non esse illud diiudicat. Hæc aũt S. Th. potẽtiæ attribuit extimatiuę. Vnde ponitur hæc conclusio secundum mentem S.Tho. (2.tra.4.c.7.)

Sensus interiores sunt tantum quatuor. Probatur. Tot sunt potentiæ interiores, quot ad vitam animalis perfecti sunt necessariæ, sed tãtum quatuor sunt necessariæ: ergo &c. Probat minor. Animali necesse est apprehendere species sensatas, & hoc fit per sensum communẽ. Illi etiam est necesse species sensatas conseruare, & illas adinuicem componere, & hoc fit per imaginatiuam: necesse est etiã animali recipere species insensatas, & illas adinuicem, & cum rebus sensatis componere, & hoc fit per extimatiuam: habet etiam cõseruare, & hoc fit per memoratiuam, & pluribus non indiget animal; ergo &c.

Quantum ad tertium sciendum, ꝙ cerebrum animalium in tres partes, qui dicuntur tres ventriculi cerebri, est diuisũ, & sũt tres cellulæ. Quarum vna est in anteriori parte capitis. Altera circa medietatẽ. Tertia in posteriori capitis parte.

Sciendum vlterius, quod differẽtia videtur inter medicos, & Arist. quia videtur velle Arist. in de sensu, & sensato, & in de partibus animaliũ, ꝙ cor sit organum sensus communis, medici vero cerebrum. Sed forte posuit illud Phil. volens intelligere, ꝙ sensus communis primo originatur à corde, licet subiectiue sit in cerebro.

Supposito ergo, ꝙ omnes sẽsus interiores sint in cerebro, Diuidunt Comme. & S.Th. primam cellulam capitis in duas partes. In parte quidem anteriori illius primæ cellulæ ponunt sensum cõmunem. In parte vero posteriori eiusdem ponũt imaginatiuam. Quæ potentię ideo in eadem cellula collocãtur, quia cum imperfectiores in suis operationibus sint, pauciori quãtitate spirituũ ad perficiendũ suas operationes indigẽt. Extimatiuã, siue cogitatiuã ponũt in media cellula capitis. Memoratiuam autem in posteriori cellula. (Quæ sint organa sensuũ interiorum.)

Qui autem

Qui autem ponunt quinque potentias, diuidũt mediam cellulam capitis in duas partes, dicũtq; quod communis est in prima parte primę cellulę. In secunda est phantasia secundum Auicennam. siue secundum Alber. extimatiua. In prima parte

6. naturalis Tra. 40. c. 7. 2.

secundæ cellulæ est imaginatiua. In secunda vero parte est extimatiua secundum Auicennam, phãtasia vero secũdum Albe. In posteriori cellula ponunt memoratiuam.

Tract. cap. 2.

Sed quęrit Alb. Vtrum omnibus animalibus insint omnes istæ potentiæ.

An omnib. animalibus omnes insint potẽtiæ interiorum.

Ad quod respondet quod nõ, sed quòd in omnibus sunt tres, scilicet sensus communis, imaginatiua, & extimatiua: animalibus autẽ perfectis insunt omnes. Alij autem dicunt, ꝙ animalia imperfecta nullam istarum virtutum habent.

Ad rationes in oppositum patet ex dictis.

Ad primum quidem dicitur, ꝙ Sanctus Thom. non tenet in hoc opinionem Auicennæ.

Ad secundum dicitur, quod phantasia conseruat res sensatas, sensus autem communis recipit.

ADDITIO

Disputatio de numero sensuum interiorum.

QVAERO circa hanc disputationem, num verior sit opinio Auicennæ, quam D. Thom. inter quos est altercatio de numero sensuum exteriorum, & videtur quod probabilior sit positio Aui. & Alberti: quandoquidem vltra sensum communem, & phantasiam, & cogitatiuam, & memoriam, debet esse reminiscentia, non loquor modo de extimatiua, quã

6 natur. c. 3.

ponit Auicennas, & de qua currit communis opinio. quod autem debeat poni hæc virtus, quæ dicitur reminiscentia probatur ratione, quia erubescimus, cum sine ratione loquimur, reminiscentia clarum est, quod non est sensus communis, nec phantasia, nec cogitatiua, vt patet ex earum diffinitionibus, quod etiam non sit memoria, sic suadeo, quandoquidem illæ virtutes non sunt eædem, quę habent diuersas operationes, vt ait

2. de anima. Tex. 33.

Aristot. sed memoria & reminiscentia sunt tales: igitur &c. probatur minor: quia actus memoriæ est reseruare aliquid sub ratione præteriti, & actus reminiscentiæ est inuestigatio alicuius quod excidit à memoria secundum seipsum.

Et confirmatur, quia illæ virtutes sunt diuersæ, quarum vna inuenitur in aliquo, in quo alia nõ inuenitur; nam vna & eadem virtus non inuenitur in aliquo sine ipsa, sed memoria inuenitur in brutis, vt patet, reminiscentia non inuenitur, vt ait Ar. igitur habeo quod nõ

Lib. de sensu & sensibili. cap. 6.

sunt eadem.

Adde, quod si illæ virtutes essent eędem potentia, tunc habens bonitatem vnius haberet bonitatem alterius: sed hoc est falsum, quia aliqui sunt memoratiui: sicut tardi, qui tamen sunt male reminiscitiui, & econtra, aliqui sunt bene reminiscitiui, & sunt male memoratiui, vt subtiles: distinguitur igitur reminiscẽtia à memoria.

Propter has rationes aliqui dixerunt, quod hæ virtutes non sunt eædem, & hoc de mente D. Thom. quia memoria non est vis discursiua, & inquisitiua, sed reminiscentia est discursiua ab vno in aliud, & sic non

Lect. 2.

est eadem virtus, & hanc opinionem tenuit D. Thom. in lib. de memoria, & reminiscentia: pace tamen horum dixerim, hoc non reputo verum, quia S. Tho. in

Opus. 45.

opusculis suis expresse ait, quod ipsa reminiscentia est ipsa cogitatiua, cuius est discurrere in particularibus intentionibus, quia virtus cogitatiua est aliqua res, vt ait

Com. 63.

Auer. 3. de anima. ita quod sicut intellectus ratiocinatur in intentionibus vniuersalibus. sic proportionaliter cogitatiua ratiocinatur in particularibus intentionibus. Siquidem memoria in reminiscendo præsentat intentionem, & imaginatiua præsentat imaginẽ rei, & cõpositio intẽtionis cum imagine fit per cogitatiuam, verbi gratia, volo reminisci, quid audiui nudius tertius, incipiam per artem reminiscendi ab aliquo principio, à quo consueui ad plura moueri, sicut incipiam à consideratione lactis, & tunc propter consuetudinem statim occurrit mihi nix, quæ est ei similis in albedine, & vlterius considerata niue, statim occurrit mihi grando propter aliquam propinquitatem in causa generationis, quæ est frigiditas, & post comprehensionem grandinis occurrit mihi comprehensio tonitrui, quia solent fieri propinque adinuicem, modo in illo actu reminiscendi, imaginatiua virtus præsentat intentionem tonitrui in se reseruatam, & memoria præsentat intentionem quãdam tonitrui, scilicet auditionem eius pręteritam, & cogitatiua facit compositionem hanc; audiui grandines; ergo erit tonitruum: & sic cogitatiua vocatur ratio particularis, & valde auxiliatur memoriæ

Memoria localis qd sit.

locali, quam ego sæpe expertus sum Bononiæ, Venetijs, & Neapoli recitando aliquando plusquam centũ argumenta, & longissimas orationes, & prædicationes, & in paruo tempore illa memoriæ mandaui, licet fuerim quoque vsus pulcherrimo medicamento. hæc est vna via non multiplicandi sensus interiores.

Duplex via non multiplicandi sensus interiores.

Est etiam alia via dicendi, quod reminiscentia est eadem cum memoria, quia ad eandem virtutem pertinet principium, & conclusio, vel discursus ad aliquam conclusionem, & ipsa conclusio: nunc autem reminisci est quidam discursus, qui ad memoriam terminatur; ergo pertinet ad eandem virtutem cum actu memoriæ, & cum memoria pertineat ad memoratiuam virtutem, reminisci pertinet ad eandem, & iam patet, quod reminisci pertinet ad reminiscentiam: ergo reminiscentia est eadem virtus cum memoria: tum etiam quia eadem virtus est, quæ reseruat aliquid, & quæ inquirit de illo per illud interius reseruans, nec est inconueniens, quòd memoria in hominibus propter sui coniunctionem cum superiori virtute possit in aliquam operationem, in quam non potest in brutis, quia ibi non est coniuncta superiori virtuti, quæ est intellectus: vnde superfluum est ponere plures sensus interiores ipsis quatuor supra nominatis.

Ad rationes in contrarium dicimus, & primo ad primam, quod illæ operationes sunt ab vna potentia, & distinguuntur sicut componere, & discurrere.

Ad secundam dicimus quòd non est eadem memoria in hominibus, & in brutis quia in hominibus subseruit cogitatiuæ, quod non facit in brutis.

Vide Albertum Buccha fer in li. de memoria.

Ad vltimam dicimus quod illa diuersitas accidit ꝓpter diuersos actus illius potentiæ, propter diuersam complexionem hominum, lege de hac materia Aureolum 4. sent. dist. 42. & Mirandulanum in tracta. de memoria locali.

QVAESTIO IIII.

Vtrum intellectus sit aliquod ens actu, an magis sit pura potentia.

Quare neque ipsius esse naturam neque vnam &c. Tex. V.

QVAERITVR quarto. Vtrum intellectus sit aliquod ens actu, an magis sit pura potentia. Et videtur quod non sit ens actu.

Primo. Quod est ratio recipiendi omnem entitatem, debet esse denudatum ab omni entitate. Sed intellectus est animæ ratio recipiendi omnẽ entitatem: ergo &c. maior est de mente Philos. 3. de anima, quia recipiens debet esse denudatum à natura recepti. minor est etiam Philos. in eodem tex. vbi dicit necesse est vtique, quoniã omnia intelligit &c.

Secundo. Si intellectus esset ens in actu, tunc nulla esset differentia inter intellectum & sensum. Sed hoc videtur esse contra mentem Philoso. intendentis ponere aliquid propriũ intellectui, dũ dicit, ꝙ intellectus est pura potentia: ergo &c. consequentia probatur, quia sicut ponis intellectum esse aliquod ens actu, & esse in potentia ad intelligibilia, ita sensus est aliquod ens actu, & est in potentia ad sensibilia.

Tertio. Si esset ens actu, aut esset forma materialis aut intelligibilis. Sed non est forma materialis, neque intelligibilis: ergo &c. consequentia nota cum maiori, quia omnis forma aut materialis est, aut intelligibilis. Minor vero probatur auctoritate Commen. vbi dicit, ꝙ intellectus nullam habet naturam & essentiam, qua constituatur secundum ꝙ est materialis, nisi naturam possibilitatis, cũ denudetur ab omnibus formis materialibus, & intelligibilibus. (Cõclusio 5. huius lib.)

Quarto Est auctoritas Philosophi dicẽtis, quare neque ipsius est esse naturam, neque vnã, & inferius dicit: intellectum nihil esse eorum, quæ sũt ante intelligere. (Te. 5. huius lib.)

Respondeo. Ad euidẽtiam istius difficultatis. Primo sunt aliqua præmittenda. Secundo ponentur conclusiones.

Sciẽdum itaque primo, ꝙ sicut res quęlibet & propriam naturam habet, & propriã intelligibilitatem, ita & in duplici rerum ordine collocari potest. Inquantum enim propriam naturam habet, quia videlicet est homo, aut equus, aut lapis, aut aliquid hmõi, in ordine, & genere entium colloca tur. Inquantum vero intelligibilis est, ad ordinẽ, & genus intelligibilium spectat.

Sciendum secundo, ꝙ licet potentia, & actus illi oppositus vni simul conuenire non possint (non potest enim aliquid secundũ idem simul esse potentia album, & actu album) non inconuenit tamen aliquid esse vno modo actu, alio vero modo potentia, paries enim niger est actu paries, & potentia albus.

Sciendum tertio, ꝙ aliquid esse potentiam purã in genere intelligibilium dupliciter accipi potest. Vno modo in ordine ad formas ĩtelligibiles, quia videlicet nullam formarum intelligibilium sibi connaturalem habet, sed omnes recipere potest, sicut in genere entium materia prima pura potentia dicitur, quia nullam in sui natura formã habet, sed omnium per aliquam trãsmutationem est capax. Alio modo in ordine actus intelligẽdi, quia videlicet nullum actum intelligendi sibi con genitum habet, & connaturalem, sed habet naturam, vt omnia possit intelligere; (Dupliciter accipi potest aliquid esse purã põiam in genere intelligibili.)

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio Intellectus possibilis non est pura potentia in genere entium, sed est ens actu, immo actus. Probatur. (Conclusio 1.)

Primo. Omnis aĩæ virtus, & potentia est actus: sed intellectus possibilis est animæ virtus, & potẽ tia: ergo actus. Maior probatur, quia potentia animæ aut est ipsa anima, aut accidens eius, vt patet ex variis opinionibus de potentiis animæ. Quomodocunque autem dicatur, constat, ꝙ est actus quidam. Minor vero est Phi. vbi intellectum potẽ tiam animæ vocat. Commen. quoque ait. Necesse est ponere in anima rationali has duas virtutes, scilicet virtutem actionis, & virtutem passionis; per virtutem autem passionis intellectum materialem, quem intellectum possibilem dicimus, intelligit. (2. huius Tex. 17.) (3. huius Comme. 4.)

Secundo: Quod est alteri ratio, & principium operandi est actus & forma; intellectus possibilis est animæ ratio operandi, idest intelligendi, ergo est actus. Patet maior, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor vero est Phil. De parte autem animæ, qua intelligit, & sapit, &c. Dico autem intellectum, quo opinatur, & intelligit anima. (Tex. 1. & 5. in hoc lib. Tex. 1. Tex. 5.)

Secunda conclusio est. Intellectus in ordine ad formas intelligibiles est pura potentia. Probatur. Quod in genere intelligibilium in sui natura nullam intelligibilem formam habet, in illo genere est pura potentia. Sed intellectus possibilis est huiusmodi: ergo &c. Maior patet ex comparatione puræ potentiæ in genere intelligibilium, ad puram potentiam in genere entium. Nam & in genere entium, illud dicitur pura potentia, quod nullam in sui natura formam habet. Minor vero est Philosophi dicẽtis. Neque ipsius est esse naturam, neque vnam, nisi quod possibilis est vocatus, & inferius subdit. Itaq; animæ ĩtellectus nihil est actu eorum, quę sunt ante intelligere. Probatur etiam ratione Phil. Omne quod est in potẽtia ad aliqd & susceptiuum eius, caret eo, sicut pupilla quæ est in potentia ad colores & ipsorum susceptiua, omni colore caret. Sed intellectus possibilis est in potentia ad formas intellectuales, & est earum susceptiuus, ergo omnibus illis in sui natura caret. (Intellectus est pura potentia in ordine ad formas intelligibiles.) (Tex. 5.)

Pręterea. Si intellectus noster aliquam formã de numero earum, quarum est cognoscitiuus, sibi connaturalem haberet, ab aliarum cognitione prohiberetur. Intus enim apparens, inquit Philo. prohibebit extraneum, & obstruet, sicut apparet in sensu gustus. Si enim amaro humore fuerit lingua respersa, omnia sibi videntur amara, hoc (Tex. 4.)

autem

autem experimur falsum esse, ergo &c.

Comment. 4.

Patet & conclusio hæc ex verbis Auerrois. Dicit enim q demonstratio Aristo. fundatur super istis duabus propositionibus. Quarum vna est, q ista substantia recipit omnes formas materiales. Secunda est, quod nomen recipiens debet esse denudatum à natura recepti. Ex his enim duobus sequitur, quod ista substātia, quę dicitur intellectus materialis, nullam habeat in sui natura de formis materialibus.

Quid nomine formæ intelligibilis accipiēdum est.

Vbi aduertendum est, quod cum dicimus intellectum possibilem nullam formam intelligibilem sibi connaturalem habere, nomine formæ intelligibilis non intendimus absolute omnem formā, & naturam quæ intelligi potest, significare, nam & intellectus ipse est forma, & actus quidam, qui intelligi perfecte potest, saltem à substantijs separatis, sed formam, & naturam intelligibilē corpoream & materialem. Quidditas enim materialis est intellectus nostri proportionatum obiectū, & ipse omnis quidditatis materialis est susceptiuus, & idcirco nullam habeat in sui natura quidditatē materialē necesse est, ne ab aliarum cognitione prohibeatur. Propterea demonstrationem Arist. inquit Commen. super hac propositione fundari, quod ista substantia recipit omnes formas materiales, & concludi ait, quod ista substantia quæ dicitur intellectus materialis, nullā habeat in sui natura de formis materialibus istis.

Sequitur ex hoc, quòd cum dicimus intellectū possibilem esse puram potentiam in genere intelligibilium, intendimus non de genere intelligibilium absolute, sed in ordine ad propriū obiectū. Est enim sensus, quòd intellectus nullam materialium rerum, quę nostræ intellectionis obiecta sūt propria, neque secundum esse immateriale, & intelligibile sibi connaturalem habet, sed est earū omnium receptiuus, licet in se actus quidam intelligibilis sit. Et hoc est quod Philosoph. proprie hoc loco intendit. Vnde & Alber. ait, quòd intellectus possibilis, & est intellectus, & est possibilis; per hoc quòd est intellectus, est determinatus ad naturam incorpoream, & est ens talis naturæ, per hoc autem quod est possibilis respectu omnium oportet, quod priuetur omnium formis, quæ potentia sunt in ipso, quæ sunt scilicet formæ materiales.

In hoc lib. Ca. 2. trac. 3.

Potest etiam dici, quod sicut, quia materia in genere entium est pura potentia, & ideo non potest intelligi, nisi per analogiam ad formam, vt primo Physic. dicitur, ita, quia intellectus noster est pura potentia in genere intelligibilium, ideo inquantum est talis pura potentia non potest à quocunque intellectu intelligi, nisi in ordine ad formam intelligibilem, cuius est susceptiuus, licet inquantum in genere entium est actus, per se intelligi saltem ab immaterialibus substātijs possit.

Tex. 69.

In ordine ad actum intelligēdi est pura potentia.

Tertia conclusio est. In ordine ad actum intelligendi etiam intellectus possibilis est in genere intelligibilium pura potentia. Probatur. Intellectus, qui nullū actum intelligendi connaturalē habet & cōgenitum, est hoc modo pura potentia in genere intelligibilium. Sicut enim, quia nullam formam intelligibilem sibi connaturalem habet, dicitur pura potentia in ordine ad formam intellectualem, ita si nullum actum intelligendi sibi habeat connaturalem, dicetur in ordine ad actum intelligendi pura potentia, tāquàm scilicet nullū sibi cōnaturalem habens, & omnium susceptiuus existens. Sed intellectus noster nullum actum intelligendi ad res materiales terminatum sibi congenitum, & connaturalem habet. Nam cū nō possit exire in actum intelligendi, nisi specie rei intelligibilis informetur, si nullam intelligibilem speciem rerum materialium sibi connaturalē habet, vt ostendimus, neque aliquem actum intelligendi ad eas terminatum sibi cōnaturalem habebit; ergo &c. Quomodo autem seipsum possit intelligere, inferius ostendetur.

Sensus illius propositionis omne recipiēs debet esse denudatum à natura recepti, vide & Auctorem in 2. cōtra gen. cap. 98. cir. a finem.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam enim dicitur primo: quòd illa propositio, recipiens debet esse denudatum à natura recepti, secundum do. S. Tho. de ver. q. 22. ar. 1. ad octauum: fallit in potentijs, quæ habent obiectum vniuersale, idest quarum obiectū adæquatum est cōmunissimum, ad omnia scilicet se extendens.

Dicitur secundo secundum Auerroem Comment. 4. quod illa propositio est sic intelligenda, quod recipiens non debet esse eiusdē naturæ specificæ cum recepto, potest tamen esse eiusdem generis: maximè eius quod dicitur per æquiuocationem. Hoc autem sic est intelligendum, quod recipiens non debet esse eiusdem naturæ, quam primo & per se recipit, & à qua suam speciem, & determinationem habet, sed bene potest sub eodē genere vtique communi contineri. Sicut quia visus primo, & per se respicit colorē, & à colore speciē capit, ideo omni colore carere debet, tamē tā visus quam color in genere qualitatis continetur.

Dicitur tertio, quod non est verum, intellectū possibilem esse animę rationem recipiendi omnē entitatem, sed est illi ratio tantummodo quidditatem materialem recipiendi: ideo non oportet, vt ab omni simpliciter entitate, & actu sit denudatus, sed tantum ab omni materiali quidditate.

Ad secundum dicitur, quod est differentia inter intellectum, & sensum, quia sensus quilibet est in potentia ad vnum genus sensibilium tantum; intellectus autem noster est ad omnia sensibilia, & materialia in potentia.

Dicitur secundo, quod Philosoph. in illis verbis aliquid proprium intellectui nostro in ordine ad alios intellectus ponit, non autem in ordine ad sensum. Vnde text. 3. ex potentialitate intellectus concludit, quod oportet similiter se habere, sicut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectiuum ad intelligibilia.

Exponitur authoritas Auerr.

Ad tertium dicitur, quòd est forma, & actus intelligibilis. Ad auctoritatem vero Comment. dicitur, quod per formam intelligibilem non intēdit formam, quæ secūdum suum esse naturale est immaterialis & actu intelligibilis, quæ contra formā materialem distinguitur: Sed ipsam formam materialem, secundum q facta est immaterialis, & intellecta in actu. Nō solū. n. intellectus noster qdditate materiali secūdū eius esse materiale in sui natura caret, sed ēt secūdū eius esse immateriale,

intelligibile. Vnde & superius in eodem commento dicit. Non enim habet naturam secũdum hoc nisi naturam possibilitatis ad recipiendũ formas intellectas materiales.

Quæ sit mẽs Ar. de intellectu possibili. Ad quartum dicitur mentem Philos. esse, quòd intellectus nullam sibi naturalium materialium connaturalem habet, cuius oppositum antiqui Philoso. dicebant. Est enim receptiuus eorum, q̃ ab intellectu agente, quod est proprium actiuum respectu intellectus possibilis, actu intelligibilia fiunt: huiusmodi autem sunt res sensibiles, & materiales, quæ in seipsis p intellectũ agentem intelligibiles actu fiunt, dum eas abstrahit à materia, & in intellectu possibili ponit, ideo oportet q̃ intellectus possibilis nullam earum rerum sibi connaturalem habeat.

ADDITIO

Dubitatio a natura intellectus possibilis. QVIA hic inuestigatur natura intellectus possibilis, de qua disputat Auerr. comment. 5. huius libri præcipue contra Theophrastum, qui cũ audisset ab Aristote. intellectum possibilem esse nullius naturæ, putauit nullam perfectionem dicere, quia si exprimeret aliquam perfectionem; tunc esset aliquis actus, sed hoc est falsum, quia vel esset actus sensibilis, vel intelligibilis, sed neuter esse potest: non sensibilis, quandoquidem tunc non posset recipere formas vniuersales & abstractas, quia recipiens & receptum debent esse proportionata: non actus intelligibilis, siquidem tunc esset intelligens & intellectum, quocumque alio circumscripto, quod est absurdum, quia ad hoc, vt sit intelligens, oportet vt adsit phantasma, & per speciem intelligibilem fiat in actu. vtebatur, & alijs rationibus inter quas sunt illæ, quæ adductæ sunt ab Auctore in sua quęst.

Sed hæc opinio est falsa, quia siue dicamus cum illis, qui ponunt intellectum possibilem identificari cum anima intellectiua, siue cum illis qui sustinent intellectum esse accidens ipsius animę, semper sequitur quòd intellectus sit quidam actus, quoniam si intellectus idẽtificetur animæ, quæ est actus, sequitur, quòd non est simpliciter pura potentia, si vero sit accidens eius, ex hoc ipso quòd inest ei, sequitur, quòd sit quidam actus, & sic non est pura potentia, vt materia prima, sed in tali genere, scilicet intelligibilium, quemadmodum dicimus, quod oculus est pura potentia in genere colorum, & non simpliciter, quia est actu diaphanus, & sic intellectus est pura potentia, sed non simpliciter, sed in ordine rerum intelligibilium, quia nullum immediate receptiuum accidentium spiritualium est simpliciter potentia, sed intellectus possibilis est receptiuus accidentium spiritualium: ergo &c. Maior patet, quia subiectum accidentium non est pura potentia simpliciter. Minor probatur, quia intellectus recipit speciem intelligibilem, actum intelligendi, & habitus sciẽtificos, quæ omnia sunt accidentia.

Tex. 17. Præterea, pars animæ non est potentia simpliciter, sed intellectus est pars animæ, vt ait Arist. in anima. n. sunt duæ partes, quarum vna est recipiens, & alia agẽs; igitur &c.

Tex 53. Item; nullum operatiuum est simpliciter potentia, sed intellectus est operatiuus: igitur &c. Maior colligitur ex secundo de gener. materiæ est pati, & facere est alterius potentiæ.

Item; nullum distinctum à materia est potentia simpliciter, sed intellectus possibilis distinguitur à materia, cum collocetur in genere entium supra materiam: igitur &c.

Item, nullum impassibile est; potentia simpliciter, sed intellectus possibilis est impassibilis: igitur &c.

Rursus: suum nomen ostendit, quod non est simpliciter potentia, quia intellectus significat vim cognoscitiuam; vnde necessario deducitur, quòd sit quidam actus eo magis, quia esse intellectum inuenitur in primo principio, in quo nulla est potentia passiua, propterea concludendum est, ipsum intellectum non esse puram ac simpliciter potentiam, nisi cum hac clausula in genere intelligibilium, siue immaterialium; & siquis diceret, id quod est omnia fieri, est pura, ac simpliciter potentia, sed intellectus possibilis est huiusmodi: igitur &c. Tex. 7. huius lib.

Præterea illud cuius intelligere est pati, est simpliciter potentia, sed intellectus possibilis intelligere est pati: igitur &c. Tex. 4. Comm. 5.

Præterea: intellectus, qui est receptiuus, & non est actiuus, est pura potẽtia; sed intellectus possibilis est receptiuus, ex hoc lib. igitur &c. Tunc Auer. dixit, quod intellectus possibilis est quartũ genus simile materię, sed hæc omnia, & similia concludunt intellectum possibilem esse potentiam non simpliciter, vt materia prima, quæ nullum dicit actum, sed esse potentiam in ordine ad intelligibilia ipsa, cum hoc tamen stat, quod ipse in se sit quidam actus, & quædam imperfectio.

Ad principale argumentum dicimus, quod intellectus possibilis est natura intellectualis & non sensibilis, & est actus in ordine ad animam intellectiuam, quia est eius accidens informans ipsam, sed in ordine intelligibilium est pura potentia, vt dictum est. Pro maiori declaratiõne illius maximæ, qua vtitur Auctor in responsione primi argumenti, lege ipsum 3. cont. gent. cap. 98. & Caietan. in p. p. D. Thom. quæst. 56. artic. 2. in respon. ad primum; lege etiam Zimmaram Theor. 8. vbi latius disputat contra nonnullos de glosa huius vulgarissimæ propositionis, quæ est maximi momenti & in Philosophia, & in Theologia, vt ostendi in quæ. meis Metaphysicalibus super 7. Metaphysic. aduersus Antonium Andream Scotistam, & sequere glosũ Caietani, ex qua poteris soluere plura argumenta, & præcipue illud quod fieri solet de tactu, qui non est denudatus à tangibili quod tangit, cum consistat in quadam medietate qualitatum tangibilium, 2. de anima, & etiam in tertio. Omne recipiens est denudatum à natura recepti.

QVAESTIO V.

Vtrum intellectus sit substantia separata.

Dico autem intellectum quo opinatur &c. Tex. V.

QVAERITVR quinto, Vtrum intellectus sit substantia separata. Et videtur quod sic. Iandunus q. 7. huius lib. & Franciscus Tholetanus q. 19. & Lauellus q. 1. de intel lectu possibili.

Primo. Si intellectus esset forma in materia, non reciperet omnem formam materialem

riale intentionaliter, quia non reciperet se; recipiens enim debet esse denudatum à natura recepti. Si autem esset in materia, non esset denudatus à natura formę materialis: sed hoc est contra Phi. 3. de anima: ergo &c.

Secundo. Si esset in materia, sequeretur quòd esset extensus saltē per accidens. Hoc est inconueniens, quia tūc species receptæ in intellectu essent extensę, & per consequens repræsentarent materialiter, & indiuidualiter, ergo &c. cōsequentia probatur. Primo. Aut intellectus esset aliquo modo subiectum figuræ hominis, aut non. Si sic, cum omne subiectum figuræ sit quantum, & extensum, intellectus erit quantus, & extensus. Si non, quæritur de proprio subiecto. Non enim potest esse materia prima, quia per se non potest esse subiectum accidentis determinati. Non compositum ex materia, & alia forma substantiali, quia in homine non sunt plures formæ substantiales: ergo erit cōpositū ex materia & intellectu, & per consequēs intellectus extensus, cum sit pars illius cōpositi.

Præterea: si intellectus existens in materia non esset extensus, sequeretur quod simul moueretur & quiesceret, sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia, quia tunc esset secundum se totum in qualibet parte corporis, & per consequens, moto vno brachio hominis, & altero quiescente, moueretur ad motum brachij moti, & quiesceret ad quietem partis quiescentis.

Tertio arguitur sic. Si intellectus esset forma materialis, reciperet indiuidualiter; hoc est falsū: ergo &c. Probatur consequentia: quia forma materialis indiuidualiter recipit, vt patet de sensibus.

Quarto. Sequitur, quod intellectus esset aliqđ intellectum in potentia: hoc est falsum: ergo &c. patet consequentia, quia omnis forma materialis est intellecta in potentia. Probatur falsitas. Quod est intellectum in potentia, intellectū possibilem mouere potest; intellectus autem non potest mouere seipsum: ergo &c.

Quinto. Sequeretur, quòd manus intelligeret, hoc est falsum: ergo &c. Probatur consequentia, quia forma hominis est in qualibet parte corporis: sed vbicūque est intellectus, illud intelligit: ergo &c.

Sexto. Omnis forma materialis educitur de potentia materiæ. Sed intellectus nō educitur de potentia materiæ: ergo intellectus non est forma materialis. consequentia nota cum maiori. Minor vero est Philosoph. in libro 2. de generatione, & corruptione animalium, dicentis: Intellectum de foris aduenire, & diuinum esse solum.

Septimo arguitur, & supponitur: quòd si intellectus esset in materia, & tunc potentia intellectiua & sensitiua, & vegetatiua essent in vna essentia animæ. Tunc sic. Si intellectus esset forma hominis, sequeretur vegetatiuam, & sensitiuam esse ab extrinseco, cum ipse intellectus sit ab extrinseco: hoc est contra Philos. loco præallegato: ergo &c. (vide generat. animalium cap 3.)

Respondeo. In ista quæstione, Primo videndum est, quid antiqui Philosoph. de intellectu sēserint. Secundo, quid Aristotel. Tertio, probabitur conclusio negatiua. Quarto, declarabitur quomodo existente anima intellectiua, forma corporis virtutem non communicantem corpori habere possit.

Quantum itaque ad primum: sciendum, quòd antiqui Philosophi, vt recitat Comment. tertio de anima. circa hanc difficultatem in varias opiniones inciderunt. Themistius enim, & Theophrastus, vt ipsis imponit Comment. dixerunt intellectum possibilem non esse in homine, sed esse substantiam ingenerabilem & incorruptibilem, quæ perficitur tantum ab intellectu agente, & non ab intelligibili. (Commen. 5. Variæ de intellectu sententiæ. Opinio Themistii.)

Verum si diuo Thomæ credimus, vtque ipsorum verba testantur, contrariæ magis fuere sententię. Dicit enim Themistius in suo Commento de anima. Duas ergo differentias esse humani animi necesse est, intellectum potentię, & intellectum agentem; & multis interpositis dicit. Cum enim statuisset Aristot. in omni natura alterum pro materia haberi, alterum pro forma à mouēte perficiēteq. necesse est, inquit, easdēq; differentias in anima reperiri, & talem aliquem intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Ex quibus verbis clare patet ipsum existimasse tam intellectum possibilem, quam agentē, partes animę rationalis esse; Theophrastus autem, vt Themistius refert, cū quæsisset quomodo intellectus possibilis dicatur esse ab extrinseco, & tamen nobis connaturalis, respondet dicens. (Opinio Theophr.)

Porro quod dicitur mentem extrinsecus accedere, non ita statuēdum est, vt qui vere appositus inuectusque habeatur, sed qui statim ab ortu, quasi comprehendere nos amplectique soleat. In quibus verbis sentit, quod intellectus non aduenit ab extrinseco, quasi accidentaliter adueniens, vel tempore præcedens, sed à prima generatione, sicut continens naturam humanam.

Alia est opinio Alexandri, quam etiam recitat Comment. scilicet quòd intellectus est virtus in corpore generata à nobilissima mixtione corporis humani, & hanc vocauit prędparationem ad recipiendum intelligibilia, dicebatque quod intellectus materialis magis assimilatur præparationi, q̄ est in tabula, quam tabulæ præparatæ. Subiectum autem illius præparationis dixit esse corpus. (Opinio Alexand.)

Abubacher autem, & Auempace, vt Auerroi placet, posuerunt intellectum materialē esse virtutem imaginatiuam, secundum quod est præparata, vt intentiones quę sunt in ea, sint intellectæ in actu. (Opinio Auempace.)

Plato ab istis dissentiens posuit, animam intellectiuam vniri corpori tātum, vt motor. Dicebat, enim quòd homo erat anima vtēs corpore. Quid autē veritatis falsitatisue habeant positiones istæ nimis longum esset perscrutari. (Opinio Platonis.)

Commentator autem confutatis omnibus prędictis opinionib. posuit Primo, quod intellectus possibilis, quem ipse materialem vocat, est substantia à corpore separata, & nullo modo est corporis forma. Posuit secundo, ad hoc vt homini intellectio posset attribui, quod intellectus vnitur nobis per speciem intelligibilem à phantasmatibus abstractam, quę quidem habet duo (Opinio Auerr.)

duo subiecta. Quorum quidem vnum est subiectum, per quod sensus fit verus, & sensatum extra animam. Aliud est subiectum, per quod sensus est forma existens, & est prima perfectio sentientis. Posuit tertio, quod ille intellectus non vnitur nobis à principio natiuitatis, quia tunc non sunt in nobis phantasmata apta ad hoc, vt ex illis abstrahantur species intelligibiles, sed vnitur nobis in ętate maturiori.

Mouebatur autem Commen. ad hoc ponendū ex verbis Philosophi. Nam cum quæsisset Phil. 2. Tex 19. de anima. Vtrum vnumquodque principiorum. s. quo nutrimur, sentimus &c. sit anima, an pars animæ, & si pars animæ, an separata, aut nō, respondet Tex 81. adhuc non esse declaratum de intellectu, & virtute perspectiua: sed quod videtur hoc aliud genus animæ esse, & quod iste solus potest separari à corpore, sicut perpetuum à corruptibili. Ex quibus videtur velle Arist. quod intellectus sit à corpore separa- Tex 4. & 7. tus. Dicit etiā Philo. 3. de anima, quòd intellectus est immixtus, & quod est separatus.

Sed sunt quidam, qui dicunt, quòd opinio hæc falso attribuitur Comm. dicunt enim, quod Comm. non posuit intellectum esse substantiā separatam à corpore, quasi non sit in corpore, sed posuit intellectum esse vnitum nobis, tāquam formam dātem intrinsece operationem, non autem tanquā formam dantem esse.

Opinio Auerroistarū diuersa. Sunt autem & alij qui dicūt de mente Auerrois esse, quod intellectus vniatur nobis nō tantum per phantasma, sed etiam secundum esse, licet vnū esse omnium hominum posuerit.

Ostendūt autem hoc. Primo ex verbis eius 10. Cap. 8. Ethic. vbi ait, quod existentia vniuscuiusq. hominis inquantum homo, est per hāc substantiā, quę est intellectus nominatus, cum sit melius, & honorabilius quod sit in eo.

Comm. 1. Secundo ex his quę 2. de anima dicit, scilicet quod intellectus potentialis prima continuatione continuatur nobis per materiam.

Comm. 1. Tertio 7. Metaph. dicit hominem ex animalitate & rationalitate componi.

Sed quod ista non sint ad mentem Comment. facile videtur. Quòd enim prima positio ad men- Comm 4. tem eius non sit, ex verbis eius in magna digressione constat. Dicit enim ibi, quod ex intellectu materiali, & intentione intellecta fit vnum, sicut ex materia, & forma, & quod cōtinuatio intellectus, quam necesse est fieri nobiscum per alterum illorum duorum, cum non possit fieri cum vnoquoque homine per illud, quod est de ipso intellectu quasi materia, scilicet per intellectum materialē; quia tunc esset hoc aliquid, & intentio intellecta in potentia remanet, vt continuatio intellectorū, cum nobis hominibus fiat per continuationem intentionis intellectæ cum nobis, & quod illæ sunt intentiones immaginatæ.

Considera diligenter quę scribuntur in comm. 5. Quod etiam secunda positio ad mentem eius non sit, ostenditur breuiter. Primo ex his quæ commen. 5. dicuntur. Nam cum apud ipsum vnus numero sit omnium hominum intellectus, sequitur si nobis vnitur secundum esse, quòd vnum sit esse omnium. Et sic habebit efficaciā ratio, quam contra se facit, scilicet, quòd tu esses per esse mei, & ego per esse tui, sed ipse reputat eam inefficacem, vnde nec dignatur eam soluere. ergo &c. Se- Comm. 36. cundo, quia dicit quod intellectus materialis non copulatur nobiscum primo & per se, & quod nō copulatur nobiscum nisi per suam copulationem cum formis imaginabilibus. Tertio quia 1. Metaphys. inquit, quòd impossibile est formas rema- Comm. 33. nere, & deficere res quarum sunt formæ, quoniam tunc non esset generatio neque corruptio, deficiente autem vno indiuiduo hominis adhuc remanet intellectus, cum sit vnus omnium secundum ipsum: ergo apud ipsum non est forma homini dans esse.

Ad primam auctoritatem in oppositum dici Soluuntur quæ contra fiunt declarationi factæ. potest. Primo quod non secundum propriam, sed secundum vulgi opinionem loquitur. Dicitur secundo, quòd loquitur de existentia hominis non absolute, sed in ordine ad intelligere. Sic enim est in eo intellectus, sicut ars in instrumento, & sicut forma habens in aliqua fundamentum, dicitur esse illi vnita, & sic existentia hominis inquantum homo, idest existētia, & esse hominis, vnde habet vt possit intelligere, conuenit sibi per intellectum.

Ad secundam dicitur primo, quod loquitur de continuatione potentiali. Dicitur secundo, quod potest intelligi de continuatione, quæ est, ratione primorum principiorum. Vnio enim intellectus nobiscum ad ea intelligenda, est prima continuatio intellectus nobiscum, & naturalis.

Ad tertiam dici potest primo, quod per rationalitatem cogitatiuam intelligit, quæ ratio particularis dicitur: & per quam homo natus est intelligere tanquam per intellectus possibilis instrumentum, siue tanquam per id ex quo homo habet, vt continuari possit cum intellectu possibili, quomodo dicitur, quod hominis forma, inquantū est homo, non est nisi per continuationem eius 12. Metaph. Comm. 38. cum intellectu.

Quantum ad secundum dicitur, quòd Arist. Intellectus possibilis est potētia animæ, & non substātia separata secūdum Arist. existimauit intellectum possibilem potentiam animæ esse, quæ est forma corporis, non autem esse substantiam separatam. Hoc autem probatur quatuor rationibus ex verbis Philosophi sumptis.

Arguitur igitur primo ex diffinitione animæ. Illud quod est actus primus corporis non est substantia separata à corpore, quia actus non separatur ab eo cuius est actus, vt dicitur 2. de anima. Sed anima intellectiua est actus primus corporis, ergo &c.

Respondetur ad hoc, quod illa diffinitio non est communis animę secundum veritatem: sed Philoso. loquutus est condicionaliter, Ideo Tex. 11. ibidem dixit. Si autem aliquid commune omni animæ oportet dicere, erit vtique actus primus.

Sed contra arguitur. Valet argumentum, si aliquid est commune omni animæ, est actus corporis: sed est aliquid cōe omni animę, ergo anima est actus primus. Minor probatur, quia 1. Phil. in prin- 1. huius, cipio dicit se velle inquirere diffinitionē cōmunē Tex. 2. omni animæ, & oēm partē animæ cōprehēdentē.

Vbi

Comm. 1. Vbi Commen. dicit. Deinde narrauit, quod oportet incipere in cognoscendo substantiam eius, scilicet animæ, & considerare in hoc quousque sciatur diffinitio, quæ magis est vniuersalis, & comprehendens omnes partes animæ. Et in eodem commento. Et primo debemus inuenire diffinitionem, quæ magis est vniuersalis omnibus partibus eius, cognitio enim vniuersalis semper tenetur antecedere cognitionem propriam. Et in principio commenti 2. dicit. *Cum voluerit scire diffinitionem vniuersalem omnibus partibus animæ &c.* Item Philo. Iam diximus vniuersaliter, inquit, quid est anima. Item dicit, quod sicut est vna ratio figuræ omnibus figuris conueniens, ita est vna ratio animæ, extra quam non est aliqua pars animæ. Vbi Commentator dicit. Manifestum est per se, quòd nulla perfectio alicuius partis animę est extra perfectionem vniuersalem, quam accipimus in diffinitione omnium virtutum, etsi istæ virtutes sunt diuersæ intentione propria vnicuique. Item volens per secundam diffinitionem probare primam, in secunda diffinitione dicit. Anima autem quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primum: ergo anima, quę fuerat diffinita prius, continet omnes, & per consequens illa diffinitio communis erit.

Tex. 8. & 30.

Tex. 14.

Ad istam rationem respondetur, quòd illa diffinitio vtique est communis omnis animę esse, sed forma, siue actus est duplex, s. forma dans esse, & forma dans operationem. In diffinitione autem ponitur forma absolute, siue sit forma dans esse, siue dans operationem. Modo intellectus est forma dans operationem, non autem forma dans esse. Quod autem istud sit verum apparet ex eo, quod in illa diffinitione ponitur forma eo modo, quo forma accipitur in illa diuisione substantiæ, qua diuiditur in materiam, formam, & compositum. In illa autem diuisione accipitur forma absolute, siue sit forma dans esse, siue operationem, alioquin substantiæ separatæ non essent substantiæ, quia non sunt materia, neque forma dans esse, neque compositum: ergo &c.

Duplex forma, scilicet dans esse; & dans operationem.

Tex. 2. Sed quod sit hoc contra mentem Philosophi, non est difficile videre. Apparet enim consideranti verba eius, & Commen. quod in illa diuisione substantiæ accipitur forma pro forma dante esse.

Comm. 6.

Primo quia sic habet: substantia autem quædam est secundum materiam, & ista non est per se hoc, & quædam est forma, per quam datur in re, quod hoc est hoc. Alia est tertia, & est illud quod est ex ambobus, forma autem per quam hoc est hoc, est forma dans esse.

Comm. 4. Confirmatur auctoritate Commen. qui de illa diuisione loquens dicit, quod forma est, per quam indiuiduum fit, sed illa est forma dans esse: ergo &c. Item Commen. dicit. Subiectum enim accidentis est corpus compositum ex materia & forma, & est aliquid existens in actu, & non indiget in suo esse accidente; subiectum autem formæ non est in actu, secundum quod est subiectum, nisi per formam, & indiget forma vt sit in actu; talis autem est forma dans esse: ergo &c.

Tex. com. 2.

Tex. 5.

Præterea cum Philos. diuisisset formam: quia, scilicet aliqua est sicut scientia, alia vero sicut speculari, dixit, quod anima est sicut scientia. Scientia, autem est forma dans esse intellectui: ergo &c. Dicetur forte quod Phil. comparat animam scientiæ, in quantum est principium actus intelligendi, & non in quantum dat esse intellectui.

Comm. 5. Sed contra; Commen. dicit ibidem, perfectio est duobus modis: quorum alter est sicut scientia existens in sciente, quando non vtitur scientia sua, & alius est sicut scientia quando vtitur ea: & in eodem commento concludit, quod anima est perfectio, sicut scientia in sciente, scilicet quando non vtitur ea, sed tunc non est principium operationis: ergo &c.

Ad rationem, qua arguitur, quod tunc substantiæ separatæ non essent substantiæ, dictum est, quod hic non diuiditur substantia absolute: sed substantia singularis materialis: & sic prima ratio manet in suo vigore.

2. de anima

Secundo arguitur sic. Pars animæ non est substantia separata, quia pars est in suo toto, sed intellectus est pars animæ: ergo &c. Probatur minor. Nam Philos. dicit, quod quidem igitur non sit anima separabilis a corpore, aut pars quædam ipsius, si partibilis apta nata est, non manifestum est; quarundam enim partium actus est ipsa. At vero secundum quosdam nihil prohibet separari, propter id, quod nullius corporis sunt actus. Ex quibus habetur, quod secundum partes, quæ non sunt actus corporis, nihil prohibet animam separari, hoc autem non potest intelligi nisi de partibus intellectiuis: ergo intellectus est pars animæ. Item dicit. Potentiarum autem animę, quæ dictæ sunt, aliis quidem insunt omnes, &c. & subdit. Potentias autem dicimus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum. Item in principio 3. de anima dicit. De parte autem animæ qua cognoscit, & sapit, &c.

2. de anima Tex. 1.

Tex. 17.

Tex. 1.

Tertio arguitur sic. Secundum Philosophum in 2. Phy. Terminus considerationis naturalis est ad formas, quæ sunt separatæ species in materia, sed hoc est intellectus, siue anima intellectiua: ergo intellectus est de consideratione naturalis, sed naturalis est de his quæ sunt in materia; ergo intellectus non est separatus, sed in materia.

Tex. 26.

Quarto in 12. Meth. Cum Phil. ostendisset formas ante materiam non esse, quia quando sanatur homo, tunc est sanitas, &c. Consequenter inquirit. Vtrum aliquæ formæ remaneat post materiam, sic respondet. In quibusdam vero nihil prohibet, vt si anima huiusmodi est non omnis, sed intellectus. Omnium enim impossibile est fortasse. Ex quibus intellectum esse in corpore comprobatur, cum relinquat sub dubio: Vtrum remaneat post corpus.

Tex. 17.

Ad motiua Commen. respondetur.

Soluuntur motiua Auerr.

Ad primum quidem dicitur, quod Phi. non quæsiuit in illo loco: Vtrum intellectus, & alia principia sint separata a corpore, sed vtrum sint aia, vt partes aiæ, & si partes: Vtrum separatæ abinuicem loco, vt voluit Plato, aut tantum diffinitione. Hoc enim apparet ex tex. dicente. Et si est pars. Vtrum sic, vt sit separabilis ratione solum, aut etiam loco. Ad quam quæstionem respondet. De quibusdam hoc difficile non videtur, sed

Tex. 19.

quædam sunt quæ dubitationem habent, & ostẽso de quibus manifestum est, subiungit de quibus est dubitatio, dicens, immanifestum esse de intellectu, & de virtute speculatiua, & licet id esse immanifestum dicat, subiungit tamen quod prima facie videatur, scilicet ꝙ videtur esse alterum genus ab alijs partibus animę, & ꝙ contingit ipsum solum separari ab alijs partibus, scilicet nõ esse in eodem organo, aut subiecto cum eis, cum ipsum sit perpetuum, cui non debetur organum corporeum, aliæ verò partes sunt corruptibiles, & ideo corporeo indigent organo, & subiecto: non autẽ de separatione totali a corpore loquitur Aristot. Et ideo Phil. subdit. Reliquæ autem partes manifestum ex his, ꝙ non sunt separabiles: & tex. sequẽti dicit; ratione autem ꝙ alterę sint, manifestũ est.

Quare intellectus dicitur immixtus. Ad secundum dicitur, ꝙ Phil. ea ratione dicit intellectum esse immixtum, quia in se non habet naturam aliquam sensibilem.

Ad tertium dicitur, quòd intellectus est separatus, idest non habet organum corporale. Sic. n. dixit Philos. intellectum esse separatum, sicut superius dixerat, ꝙ fieret calidus, aut frigidus, si esset aliquod organum sicut sensitiuo.

Quantum ad tertium. Ista conclusio, quam de mente Aristo. esse diximus. i. intellectum possibilẽ substantiam separatam non esse, sed potentiam animæ, quæ est actus corporis, probatur: Et primo ratione sumpta à Philos. 2. de anima. Et arguitur sic. Illud quo aliquid primo operatur, est forma eius; sed intellectus est id quo homo intelligit; nihil enim aliud intellectus nomine accipimus: ergo intellectus est forma hominis. (Quæ sit ratio formæ.)

Ad istam rationem respondetur primo, quod homo intelligit per intellectum, & non oportet quòd id quo homo intelligit, sit forma ei intrinseca, sed sufficit, quòd aliquo modo ei vniatur. Vnitur autem intellectus homini per speciem intelligibilem existentem in intellectu, quæ phãtasmatibus, à quibus est abstracta, copulatur.

Vnio intellectus cum homine p speciem intelligibilem non sufficit, vt homo dicatur intelligens. Sed contra istam responsionem arguitur primo sic. Quod vnit aliqua adinuicem, dum coniũgitur vni, dẽt & alteri coniungi. Si. n. dum vni cõiugitur ab altero separetur, non potest ea cõiungere: sed species dum coniũgitur intellectui, non coniungitur phãtasmati, immo ab eo separatur: ergo speciei intelligibilis illa non coniungit: consequentia nota cum maiori. Minor vero probatur, & supponuntur duo. Primum est, quod species non recipitur in intellectu, nisi dum est species in actu. Secundum est, quòd species intelligibilis non est actu in phantasmatibus, sed tantum in potentia. Tũc sic. Species intelligibilis dum est in intellectu, est in actu, sed cum est in actu, est abstracta à phantasmatibus: ergo dum est in intellectu, est abstracta à phantasmatibus. Secundo arguitur. Admissa etiam illa vnione: Sicut se habet copulatio potentię visiuæ ad colorem existentem in pariete, ita copulatio intellectus ad phantasmata, q̃a ita se habet intellectus ad intelligibilia, sicut visus ad visibilia. Sed ex eo quod species, q̃ est in visu: est abstracta à colore, nõ dicitur paries videre, immo videri: ergo ex eo quod species intelligibilis existens in intellectu est abstracta à (Tex. 1. lib. 3. de anima.) phantasmatibus, quæ sunt in homine, non dicetur homo intelligere, sed magis intelligi.

Secundo aliter respondetur, scilicet quod si accipiatur forma pro operante intrinseco, conceditur maior & totum argumentum. Si autem pro forma dante esse, negatur.

Ad quid dixit responsio clare. Ista responsio dicit duo. Primum est, quod intellectus vnitur nobis, vt intelligamus, tanquam forma dans operationem. Secundum est, quod ista propositio est falsa, s. illud quo aliquid primo operatũ, est forma dans illi esse. Cõtra primũ arguitur sic. Aut ex intellectu & Sorte fit per se. vnum, aut per accidens, & per aggregationem motoris & moti. Non primum, quia ex duobus existentibus in actu, sicut sunt Sor. & intellectus, si est substantia separata, non fit vnum per se. Non etiã secundum, quia tunc intelligere non attribuetur aliquo modo Sorti. Illud enim tantum intelligit, in quò recipitur intellectio subiectiue, quia intelligere est operatio immanens. Sed si ex intellectu, & Sorte fiat vnum tantum per aggregationem, intellectio recipietur tantum in intellectu: ergo tantum intellectus erit intelligens, & non Sor. (Quæ potentia intelligit.)

Ex quibus non fit vnũ per se. Confirmatur, quia non dicimus nauem intelligere, ex eo ꝙ nauta cum quo nauis est vnũ aggregatione, intelligit. Si etiam intelligere esset actio transiens, non attribuitur Sorti. Nam actio transiens non attribuitur actiuæ materiæ, in quã transit: calefacere enim nõ attribuitur aquę calefactæ, sed igni calefacienti.

Respondetur, ꝙ ex Sor. & intellectu fit vnum per se, quia ad hoc vt ex aliquibus fiat vnum per se, non requiritur, ꝙ habeat vnum esse, sed sufficit, quod esse vnius, non sit separatum loco, & subiecto ab esse alterius.

Contra. Ex pluribus non fit vnum per se, nisi vnum se habeat vt potentia, & alterum sicut actus, patet hoc per singula discurrendo, quæ sunt vnum per se. Quantumcunque autem aliquorum diuersa esse non distinguerentur loco & subiecto, propter hoc illa non se haberent, sicut actus & potentia. Dulcedo enim & albedo, quæ habent sua esse in lacte, non propterea se habent sicut potentia & actus: ergo illud non sufficit ad hoc, vt ex multis fiat vnum per se.

Quo aliquid operatur primo, est forma dans illi esse. Contra secundum dictum in responsione arguitur, & probatur illa maior, Vnumquodque operatur inquantum est in actu sufficiente ad talem operationem: ergo eo quo formaliter operatur, est in actu. Sed forma qua aliquid est in actu, dat illi esse: ergo forma qua aliquid operatur, est forma dans esse.

Respõdetur, ꝙ compositum esse in actu per aliquid, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ esse istius recipiaĩ in alia parte, sicut esse formæ substantialis in materia primo. Alio modo non ꝙ esse illius recipiatur in alia parte: sed quia ipsum ꝙ alteri vnitur, sit ens actu in se. Verum est itaq; ꝙ vnumquodque operatur inquantum est in actu primo aut secundo modo, non autem oportet sẽper, ꝙ sit in actu primo modo, scilicet vt illud quo operatur, det esse alteri parti. (Vnumquodque operatur eo modo quo dicitur esse in actu.)

Sed ꝙ istud sit voluntarie & sine ratione fictũ,

quantum

quantum ad secundum membrum diuisionis, arguitur. Eo modo dicitur potentia esse in actu, dũ habet formam, quomodo dicebatur esse in potentia, antequam haberet actum, sed nõ dicebatur in potẽtia ad actum, quia appeteret aliquid sibi vniri, quod est in actu, sicut vnum vnitur vasi, immo quia appetebat fieri in actu per formam, & recipere esse formæ: ergo dicitur esse in actu per formã, quia recipit esse illius formę, sicut lignum dicitur actu calidum per calorem, quia habet in se esse caloris.

Pulcra rõ. Præterea eadem ratione posset dici, ꝙ vas impletum vino est in actu per vinum, quia vinum est ens actu in se.

Quod etiam falsum sit, ꝙ nõ oporteat id quod operatur, esse in actu per principium operationis primo modo assignato: Arguitur, quia hoc modo de nulla forma substantiali probari poterit, ꝙ det esse suo subiecto per operationes, & ratio Philos. erit vana. Poterit. n. dici, ꝙ id quo primo mouemur, sentimus &c. est forma, quæ non dat esse corpori, sed quæ est actu in se, & vnitur corpori tantum vt mouens.

Ratio S. Th. p. p. q. 67. artic. 1. Secundo principaliter arguitur ad conclusionẽ. Illud quo homo distinguitur ab omnib. alijs, est forma eius. Sed intellectus est, quo homo distinguitur ab omnibus alijs: ergo &c. consequentia nota cum maiori, quia actus est qui distinguit & separat, vt dicitur 7. Metaph.

Tex. 43. Ad minorem vero respondetur, ꝙ per intellectum distinguitur ab alijs, tãquam per operãs intrinsecum, per cogitatiuam vero tãquam per formam essentialem, & specificam.

Sed contra hoc arguitur, & supponuntur duo. Vnũ est, ꝙ cogitatiua est virtus sensitiua: hoc ponit Comment. 3. de anima. Alterum est, ꝙ homo excedat essentialiter omnia animalia, & habeat gradum vitæ omnibus alijs altiorẽ: hoc est de mẽte phil. 2. de anima, quia ponit intellectũ supra sẽsitiuum, & dicit omnes gradus vitæ quibusdam inesse, quod non potest intelligi, nisi ab homine. Tunc arguitur sic. Per id homo cõstituitur in specie, & ab alijs animalibus distinguitur, per quod excedit omnia alia animalia, & in superiori gradu vitæ constituitur. Sed per cogitatiuã homo nõ excedit omnia alia animalia essentialiter, neque in superiori gradu vitæ constituitur, cum cogitatiua pertineat tantum ad sensum, quo gradus intellectiuus est superior: ergo per cogitatiuam homo non constituitur in specie. Nec valet si dicatur, ꝙ licet cogitatiua secundum se considerata non cõstituat hominem in specie humana; secundum tamen ꝙ intellectus vnitur illi, tanquam operans intrinsecum hominis, potest illud facere. Nam puer est in specie humana, & tamen tunc illi nõ vnitur intellectus secundum Commen. ergo non constituitur in specie à cogitatiua, secundũ ꝙ vnitur sibi intellectus. Præterea quãtumcunq; intellectus vnitur homini: cogitatiua semper pertinet ad partem sensitiuam: ergo &c.

(Margin: Côm. 6. & 7. — Tex. 27. — Pulchra replica contra responsionẽ Auerroistarum. — Cogitatiua spectat ad sensum.)

Tertio arguitur sic: illud est forma hominis, per quod homo speciem sortitur: sed sortitur speciẽ per intellectum: ergo &c. consequentia nota cum maiori. Minor uero probatur. Per illud homo speciem sortitur, quod est principium operationis conuenientis homini vt homo est, sed intelligere est huiusmodi operatio. Ideo Philosop. in 1. Ethi. ponit felicitatem hominis in hac operatione, tanquam in ea quæ est proprie operatio hominis, ergo principium talis operationis, scilicet intellectus, est id quo homo speciem sortitur. Cap 9.

Forma hominis quæ sit. Quarto. Illud à quo sumitur differentia hominis est forma eius, quia differentia sumitur a forma. Sed rationale quæ est differentia sumitur ab intellectu: ergo &c. Nec valet si dicatur ꝙ sumitur ab intellectu, tanquã à forma intrinseca. Illud enim rerum imperfectarum est, quæ dependẽt ab extrinseco secundum suum esse.

Cõtra Aue. Quinto. Si intellectus sit substãtia separata, tollitur tota moralis philosophia; tollitur enim qđ homo suorum actuum sit dominus. Nam non habebit in se rationem, & volũtatem, quibus homo habet libere operari, sed intellectus & voluntas erunt ab homine separata, hoc autem est maximũ inconueniens: ergo &c.

Quomodo dicimus intellectũ abstractum esse à corpore. Quantum ad quartum, scilicet quomodo anima intellectiua existẽs in materia habeat virtutẽ cui non communicet corpus.

Sciendum primo, ꝙ non sic dicimus intellectũ esse à corpore abstractum, quasi non sit in corpore: cum enim sit accidens animæ, nõ potest esse extra corpus, sed quia nõ est alicuius corporeæ partis actus, sicut aliæ virtutes animæ; illæ enim sunt affixę organis corporalibus, intellectus autem immediate fundatur in essentia animæ, & nulli determinato organo est affixus.

Sciendum secundo ꝙ non est de ratione formę (absolute loquendo) quod ad suũ esse materia indigeat, sed secundum diuersitatem formarum sic est diuersa habitudo formę ad materiam: forma. n. quæ per se non subsistit, indiget materia ad suum esse, sed forma per se subsistens ad suum esse non indiget; cum igitur anima intellectiua sit per se subsistẽs (quod apparet ex eo, ꝙ habet operationem cui non communicat corpus) non indiget materia ad hoc, vt sit in facto esse, idest postquam est producta, licet in fieri & in principio sui esse materia indigeat, cum omne quod producitur, sit singulare & indiuiduum, anima autem nõ possit indiuiduari, nisi per corpus, eo ꝙ animæ per corpora distinguantur, oportet ꝙ anima intellectiua creetur in corpore, licet creata corporis capacitatem excedat, à materiaque non comprehendatur totaliter.

Nota ordinẽ formarum. Sciendum tertio, ꝙ inter formas est talis ordo, ꝙ quãto forma est nobilior, tanto magis materię corporali dominatur, & magis sua virtute illã excedit. Videmus enim ꝙ forma mixti ex elemẽtis habet virtutem, quæ non est alicuius elementi virtus, sed ex aliquo alio principio, puta ex corpore cœlesti formæ conuenit. Sicut magnes habet virtutem attrahendi ferrum, & Iaspis restringendi sanguinem, & sic paulatim ascendendo, quanto formæ sunt nobiliores, tanto virtutes excellentiores supra materiam habent. Quia ergo anima intellectiua est nobilior quacunq; alia forma existente in materia, & non dependet à materia secundum esse, ideo etiam habet virtutem totaliter supergredientem

(Margin: Magnes quã virtutem habeat.)

dientem materiam corporalem,& hæc virtus dicitur intellectus,qui licet sit virtus,& accidēs formæ existentis in materia,ipse tamen esse suum alicui parti materiæ non communicat.

Dubitatio soluta a D. Tho.p.p.qu. 76.art.1.

Sed occurrit dubium. Nam secūdum istam declarationem, virtus animæ esset simplicior,& immaterialior ipsa animæ essentia,cum ipsa sit vnita materiæ illiq; det esse,intellectus autem sit separatus.

Respondetur primo,ꝙ anima intellectiua & si sit forma corporis,eius tamen capacitatem excedit,eo ꝙ maior est animæ nobilitas,quam capacitas materiæ. Vndè anima per esse suum primo existit,& illud corpori posterius natura cōmunicat: id quod alijs formis non cōuenit. Prius enim sm naturam dant esse composito,quam ipsæ existant.

Intellectus est potentia animæ.

Dicitur secundo,ꝙ consequentia est falsa,tam prima quam secunda. Tum quia anima nō sic est forma materiæ, quod existat per esse compositi, & non per esse suum. Tum quia intellectus est virtus animæ,non secundum, quod est forma materiæ,sed secundum, quod materiæ capacitatem excedit,& sic comparando adinuicem animam, scilicet secundum quod excedit materiam,& intellectum, intellectus anima immaterialior non inuenitur.

Vide 2. contra gentes Authorem cap.69.

Potest secundo responderi,& forte melius, ꝙd nullum inconueniens est,intellectum esse & abstractiorem,& immaterialiorem ipsa anima. Nā non arguit hoc intellectum anima nobiliorem simpliciter esse,cum hāc immaterialitatem & abstractionem originaliter ab anima habeat:nisi.n. talis esset forma,quæ materia non comprehenditur,nullam haberet potentiam,quę organo corporali affixa non esset: sed arguit intellectum in hoc tantum,scilicet in immaterialitate,& in abstractione animam excedere. Ad argumēta in oppositum respondetur.

Soluuntur rationes principales.

Ad primum dicitur,ꝙ forma intelligibilis alicuius potest dici dupliciter. Vno modo, quia est propria sibi,& adæquata,ab ejus phātasmate causata,& tunc negatur falsitas consequentis;non est enim mens Phil.ꝙ intellectus sit receptiuus omnium formarum materialium, & specierum,quæ sint adæquatæ species illarum rerum; immo dicit ꝙ nulla forma habet talem speciem in intellectu, sed cognoscitur per speciem totius. Alio modo, quia est species alicuius,cuius ipsum est pars: vel quia per eam aliquo modo cognoscitur,& sic negatur consequentia,& dicitur,ꝙ nullum est inconueniens,si idem sui ipsius talem recipiat speciē, intellectus.n.recipit speciem hominis,qua partes etiam hominis cognoscit,& etiam seipsum.

Extensum p accidens dupliciter dicitur.

Ad secundum dicitur, ꝙ aliquid esse per accidens extensum,contingit dupliciter. Vno modo, quia est in subiecto quanto,& extenso, licet ipsum non extendatur. Alio modo,quia extenditur ad extensionem alicuius,sicut albedo ad extensionem parietis. Si primo modo accipiatur, nullum est inconueniens animam esse per accidens quantam & extensam. Si vero secundo modo,negatur consequentia.

Ad primam probationem dicitur primo, ꝙ argumētum hoc supponere videtur duo falsa. Quorum vnum est,ꝙ compositum non addat aliquid supra partes. Alterū est,ꝙ anima sit pars integralis compositi.

Nota doctrinam Auctoris hic.

Dicitur secundo,ꝙ subiectum figuræ hominis est compositum ex anima & corpore,vt est quantum: sed non valet; ergo anima est subiectum figuræ hominis,anima enim est pars essentialis hominis,non autem pars integralis.

Ad secundam dicitur primo,ꝙ non est inconueniens idem moueri,& quiescere per accidēs, sicut idem mouetur contrarijs motibus, existēs.n. in naui deorsum mota, potest econuerso sursum in naui ipsa moueri.

Dicitur secundo,ꝙ consequentia est falsa. Ad probationem dicitur,ꝙ forma non mouetur, aut quiescit ad quietem partium,sed ad motum,& quietem totius, eo quod totum est eius primū adęquatum subiectum, non autem pars.

Quomodo anima non informat corpus.

Ad tertiam negatur consequentia. Ad probationem dicitur,quod anima nō informat corpus, quantum ad intellectum: immo intellectus consequitur illam,inquantum materiæ capacitatem excedit.

Dicitur secundo,ꝙ recipere speciē indiuidualiter cōtigit dupliciter. Vno modo,quia species habet esse indiuidualiter in ipso secundum substātiam suam. Alio modo,quia secundum quod recipitur,in illo indiuidualiter repręsentat. Primo modo negatur falsitas consequentis. Secundo modo negatur consequentia. Species.n. in intellectu est indiuidua,repræsentat tamen vniuersaliter.

Ad quartum negatur falsitas consequentis. Ad probationem negatur antecedens,si vniuersaliter accipiatur,sed bene est verum de completis in specie,& de his quę primo,& directe intelligūtur;intellectus autem nō directe;sed per reflexionem intelligitur.

Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo,ꝙ licet essentia animæ sit in qualibet parte corporis,secundum tamen aliū & alium modum in diuersis partibus inuenitur, diuersimode potentiæ ipsam consequuntur;secūdum enim potentiam visiuam est in oculo, secundum auditiuam in tympano auris,& sic de alijs.

Dicitur secundo, ꝙ intellectus immediate est in essentia animæ,non inquantum est forma corporis,vt supra dictum est;sed secundum ꝙ capacitatem corporis excedit.

Vbicunque est intellectus illud intelligit, quo modo intelligēdum est.

Dicitur tertio,quod illa propositio est falsa: vbicunque est intellectus illud intelligit, sed verum est,quod vbi est tanquam in proprio, & adæquato subiecto,compositum ex illo subiecto, & anima intelligit,& quia corpus est adæquatū subiectum animę,non autem manus, ideo compositū ex anima & corpore,quod est homo,intelligit;nō autem compositum ex anima,& manu.

Ad sextum dicitur,quod educi de potentia materiæ potest dupliciter accipi. Vno modo prout dictum est, quod forma quæ prius erat in potentia in materia,dependere in actu a materia secundum esse,& secundum operationem,& in illam ab agente naturali introduci,& tunc negatur maior; habet enim tantum veritatem in formis quarum totum esse est in vnione ad materiam. Alio modo

potest

potest intelligi, vt sit idem quòd formam prius nõ fuisse in materia, & postmodum esse ibi actu, & tunc minor est falsa, secundum enim Philosophũ tam anima intellectiua, quam vegetatiua, & sensitiua, præexistunt potentia in materia.

In libro de generatione Anaimlium 1.cap.

Ad septimum concesso supposito, negatur falsitas consequentis, loquendo de vegetatiuo, & sensitiuo, secundum quòd sunt in homine. Nec hoc est contra mentem Philosop. ipse enim vult, quòd sicut in figuris quod est prius, est potentia in eo quo consequenter, ita est etiam de animatis: sicut enim in tetragono trigonum continetur ita in sensitiuo continetur vegetatiuũ, & in intellectiuo sensitiuum, & ideo cum sunt in homine, ab intrinseco sicut intellectiuum sunt producta. Sed si consideretur sensitiuũ, & vegetatiuum seorsum ab intellectiuo, tunc intellectiuum est ab intrinseco, non autem sensitiuum, & vegetatiuum.

Tex.31.

ADDITIO.

Lege Augu. Suessanũ libro de intellectu.

QVIA hæc quæstio luculenter tractatur hic ab Authore, non oportet aliud addere, nisi remittere lectorem (si latius voluerit scire opiniones horum philosophorum) ad Augustinum Niphum in quinto Commen. Auer. huius tertij, & in 36. in quibus fusius videbit opinionem Alex. de triplici illo intellectu s. intellectu tangente, quem voluit esse Deum, & de intellectu possibili, quem vocat præparationem quandam animæ ad recipiendum influxum à Deo, quo mediante suscipit speciem intelligibilem, & sic efficitur intellectus in habitu, & vtatur contra istã opinionem rationibus, quibus vtitur D. Thom. habebit etiam opiniõnem diuini Platonis asserentis, animã esse veluti nautam in naui respectu hominis, & intellectum esse potentiam inorganicam, contra quam disputat D. Thom. p.p.

2.cont. gen. cap.61. q.76. p totũ.

Reperiet adhuc latius opinionem Auempacæ, Albumazar, & multorum aliorum Arabum, asserentium intellectum esse virtutem imaginatiuam, in qua recipiuntur phantasmata sensibilia, aduersus quos disputat pluribus rationibus D. Thom.

2.cont.gent. cap 67. Tract.2. cap. 12.

De opinione Themistij, & Theophrasti asserentium intellectum esse substantiam separatam, vt quidam eis imponunt, vel vt aliqui asserunt eos posuisse animam esse vnam in omnibus hominibus æternam, & immortalem, & esse compositam ex duplici parte, vna quæ est vt materia, & dicitur Intellectus possibilis, altera vt forma, & dicitur intellectus agens, lege tu diligens lector Albertum in hoc 3. de anima: & videbis quoque opinionem Ammonij, Simplicij & Philoponi.

Cap.63.

2.cont. gent. cap.64. Cap.66. Cap.59.

De opinione Galeni, asserentis animam esse complexionem, lege D. Thom. 2. cont. gen. reperies quoque opinionem Dinarchi, vt ait Gregorius Nissenus, & Emp. qui voluerunt animam esse quandam armoniam sonorum contrariorum, ex quibus componuntur corpora animata, & de facili refellere poteris illos rationibus D. Thom. quibus rationibus, & alijs, quas addit D. Thom. poteris, impugnare etiam opinionem Leucippi asserentis, intellectum non differre à sensu, quæ opinio est rudior alijs, cum sensus reperiatur in omnibus animalibus, intellectus tantum in homine.

Quæst. 76. art. 1.

De errore Auerr. quem multi Auerroistæ sectantur, vide D. Thom. eodem lib. 2. cont. gent. & p. p. summæ Theologiæ, & in opusculo cont. Auerroistas, & conclude cum D. Thom. & ipsa veritate, intellectum possibilem esse vnam ex facultatibus, & potentijs animę, quæ facultas est in potentia ad recipiendas species à phantasmatibus, mediante alia virtute, & facultate, quę vocatur intellectus agens, & anima ipsa rationalis est forma informans corpus hominis, incipiens simul cum eo, & remanens, post hanc veritatem reperies multis in locis apud D. Thom. & agnosces, quomodo intellectus possibilis dicitur impassibilis, quia non patitur passione corruptiua, dicitur immixtus, quia non est virtus organica, dicitur separatus, quia nõ est actus corporis, & hæc noluerunt intelligere Philosoph. propterea inciderunt in varios errores.

Quolibet. 2. ar. 10 opusc. 3. cap. 8.

QVAESTIO VI.

Vtrum intellectus possibilis possit cognoscere seipsum, factus in actu per speciem intelligibilem.

Sed intellectus cum intelligat aliquod &c. Tex. VII.

QVÆRITVR sexto, Vtrum intellectus possibilis possit cognoscere seipsum, factus in actu per speciem intelligibilem. Et videtur quòd non.

2 cõt. gent. cap 82. vide quo intellectus iste libe, & e pura potentia in genere intelligibiliũ q 7.

Primo. Omne quod cognoscitur ab intellectu, cõtinetur sub obiecto proportionato intellectui. Sed intellectus non continetur sub suo obiecto proportionato: ergo &c. consequentia nota cum maiori. Minor vero probatur. Obiectum proportionatum intellectus nostri, ẽ quidditas rei materialis, vt dicetur inferius. Sed intellectus non est quidditas rei materialis. ergo non continetur sub obiecto proportionato intellectus.

Secundo. Si cognosceret se, aut se cognosceret cognitione, quæ sit idem cum essentia sua, aut cognitione quæ sit ab essentia sua distincta. Nõ primo modo, quia vt dicit Commen. Intellectus differt à substantijs separatis, quia illæ intelligunt se per essentiam suam, nõ autẽ intellectus. Non etiã secundo, quia tunc idem esset mouens, & motum intellectus enim causaret intellectionem & reciperet illam: ergo nullo modo potest se intelligere.

Commen. 8.

Tertio. Cognoscens debet esse denudatum à natura cogniti, sed intellectus non est denudatus à seipso: ergo non cognoscit seipsum.

Aristot. 3. de anima. Tex. 4.

Quarto. Omne quod cognoscitur, per speciem sui cognoscitur: sed intellectus nõ habet speciem sui quia non habet phantasma: ergo &c.

Respondeo. In ista quæstione duo facienda sunt. Primo ponetur vna opinio, & improbabitur. secundo ponentur conclusiones.

Series obseruãda in hac disputatione.

Quantum ad primum est quorundam opinio, quòd intellectus possibilis potest seipsum intelligere per speciem propriam elicitam, sed non à phantasmate dependentem. Quam opinionem probant sic.

ſic. Intellectus eſt nobilior virtute cogitatiuæ, ſed virtus cogitatiua ex ſpecie formæ ſenſatæ poteſt elicere ſpeciem formæ non ſenſatę, vt ſpeciē amoris vel filiationis &c. ergo multo magis intellectus poterit elicere ex notitia proprię operationis ſpeciem ſuæ eſſentiæ repræſentatiuam.

Impugnatur opinio Aureoli.

Sed contra hoc inſtatur ſic. Potentia eliciens ſpeciem ex ſuo obiecto, elicit ſpecies repræſentatiuas eorum quæ ſunt in obiecto, non autem aliorum, ſicut patet de cogitatiua, quę elicit intentionem filiationis ex phantaſmate alicuius, qui vere eſt filius, & intentionem inimicitiæ ex eo, ꝙ vere eſt inimicus, vel ſaltem reputatur inimicus. Sed actus intellectus non eſt vere intellectus, ergo ex actu intellectus, intellectus ſpeciem ſui repręſentatiuam non elicit. Conceditur tamen ꝙ ex actu cognoſcendi, quo intellectus ſeipſum intelligit, poteſt in intellectu relinqui quidam habitus, quo poterit faciliter ītellectus à ſe cognoſci, ſicut ex actu demonſtrandi relinquitur habitus ſcientiæ.

Ad rationem dicitur, ꝙ conſequentia non valet. Cogitatiua enim nō elicit ſpeciem repræſentatiuam ſui, vnde non ſequitur, ꝙ intellectus poſſit elicere ſpeciem ſui, ſed alicuius alterius. Item cogitatiua elicit intentiones eorum, quæ ſunt in re ſenſibili, vnde ex hoc non debet argui, ꝙ intellectus eliciat intentionem ſui ex actu intelligendi, quia ipſe non eſt formaliter in actu intelligendi.

Notandum primum.

Quantum ad ſecundum pro notitia concluſionum. Sciendum primo, ꝙ vt ſuperius dictum eſt, differentia eſt inter intellectum, & ſenſū, ꝙ ſenſus cum ſit virtus affixa organo corporali, non poteſt reflecti ſupra ſe, neque ſupra actum ſuum; non enim viſus videt ſe videre, nam ſenſus percipit ſecundum immutationem organi materialis: materiale vero non poteſt ſeipſum immutare. Intellectus autem, quia non eſt affixus organo corporari poteſt reflecti ſupra ſe, & ſupra actum ſuum: intelligit enim ſe intelligere.

Inter cognoſcens & cognitum actu oportet eſſe ſimilitudinē.

Sciendum, ſecūdo, ꝙ inter cognoſcens in actu, & cognitum in actu, oportet eſſe quandam ſimilitudinem, inimo vnitatem, non quidem in eſſe naturæ, ſed in eſſe cognoſcibili. Oportet enim cognoſcens, & eſſe cognitum conuenire in vna forma actu cognoſcibili, ſicut viſus in actu, & corpus viſum in actu cōueniunt in ſpecie viſibili, quę eſt forma informans potentiam viſiuam, & repręſentans corpus viſum, & ideo ſi intellectus debet cognoſcere ſeipſum, cum ſecundum eſſentiā ſuā cōſideratus nō ſit actu intelligibilis à ſe, eo ꝙ ſub ſuo proprio obiecto, ideſt ſub quidditate materiali non contineatur, oportet quod per aliquid aliud fiat in actu, ꝑ quod ſit materialis quidditas ineſſe intelligibili.

In re exiſtēti duo reperiuntur.

Sciendum tertio, ꝙ ſicut in re exiſtente ſunt duo, ſcilicet eſſe eius, & quidditas ſiue eſſentia, ita duplex poteſt de re haberi cognitio, ſ. cognitio an eſt, & cognitio quod eſt, & ideo de intellectu queſtio moueri poteſt, an poſſit ſe cognoſcere, quātum ad an eſt, poteſt etiam moueri an poſſit ſe cognoſcere quantum ad quid eſt.

Cognitio duplex reflexa & directa, & quid vtraque

Sciendum quarto, ꝙ duplex eſt cognitio, ſcilicet directa, & reflexa. Quæ cognitiones per ſimilitudinem ad motum continuum, & reflexum nominatur. In motu enim continuo recto ſemper proceditur, & illud quod eſt terminus ad quem in actu, non fit terminus à quo, neque terminus à quo in actu fit terminus ad quem.

In motu autem reflexo terminus ad quē fit terminus à quo, vt motus qui fit ſuper eandem lineam, & econuerſo. Similiter ergo cognitio directa eſt, quæ ex principio cognoſcendi intellectus fertur in cognitum, & res cognita quæ eſt terminus cognoſcendi non efficitur principium cognoſcendi id, quo fuit cognita, neque illud principiū efficitur terminus. Cognitio autem reflexa eſt illa in qua id quod fuit principium cognitionis, efficitur terminus, & quod fuit terminus, efficitur principium, ſicut ſi ꝑ rationale intellecta riſibilitate, per riſibilitatem poſt modum rationale à poſteriori cognoſceretur.

Iſtis ſuppoſitis reſpondetur quinque concluſionibus.

1. Concluſio

Prima eſt. Intellectus poteſt ſeipſum intelligere. Probatur ſic. Cognoſcens actum poteſt etiā cognoſcere principium actus, ſed intellectus cognoſcit actum ſuum: dicit enim Philoſo. Sentimus autem, quoniam ſentimus, & intelligimus quoniam intelligimus: ergo intellectus cognoſcere ſe poteſt. 9. Eth. c. 11.

2. concluſio.

Secunda concluſio. Intellectus non poteſt ſe cognoſcere cognitione directa, ſed tantum cognitio reflexa. Probatur ſic. Illa cognitio, in qua quod fuit terminus, efficitur principium, & ꝙ fuit principium, efficitur terminus, eſt cognitio reflexa. Sed intellectus nō poteſt ſe alio modo cognoſcere: ergo &c. conſequentia nota cum maiori. Minor vero probatur. Intellectus non poteſt ſe intelligere, niſi factus in actu per ſpeciem alicuius obiecti prius ab ipſo cogniti, & per ipſum ad ſui cognitionem reuertens: ergo cognoſcit ſe intellectus, dum id quod fuit terminus cognitionis efficitur principium, & econuerſo.

3. concluſio.

Tertia concluſio. Quantum ad intellectionem an eſt, intellectus cognoſcit ſe immediate per actum ſuum, qui eſt intelligere, hoc eſt cognito actu ſuo, immediate cognoſcit ſe. Probatur. Potētiæ cognoſcentur per actus ſuos. Sed intellectus eſt potentia animæ, ergo & cætera: conſequentia nota cum minori ex ſupradictis. Maior vero eſt Phil. 2. huius. Tex. 3.

4. concluſio.

Quarta concluſio. Intellectus quantum ad cognitionem quid eſt, per ſpeciem intelligibilē immediate cognoſcitur, ideſt cognita natura ſpeciei intelligibilis cognoſcit ſe quantum ad quid eſt. Probatur. Sicut ſe habet materia in genere rerum ſenſibiliū: ita intellectus in genere rerum intelligibilium. Sed materia quantum ad eſſentiam ſuam cognoſcitur per formam. Cognoſcitur enim materia per analogiam ad formam, vt 1. Phy. dicitur. ergo & intellectus cognoſcitur per formam ſuam, quæ eſt ſpecies intelligibilis. Hoc ergo modo ſecundum S. Thom. Philoſophi deuenerunt in cognitionem intellectus. Videntes enim intellectum cognoſcere quidditates, & naturas vniuerſales, cognouerunt ſpeciem intelligibilem eſſe immaterialem: ſi enim eſſet materialis, vniuerſaliter repræſentare nō poſſet. Ex immaterialitate Tex. 69. Vide D. Th. inde, verit. q. 10. ar. 8

vero

vero talis ſpeciei cognouerūt intellectum nō eſſe virtutē in materia, eo quòd immaterialiter recipit, & ſic de alijs conditionibus intellectus.

Sed occurrit dubium, vt ſuperius dictum eſt. Actus ſunt priores potētijs ſecundum rationē, & potentiæ ſpecificantur per actus: ergo intellectus cum ſit potentia, cognoſcitur quantum ad quid eſt immediate per actum ſuum cognitum, nō autem per ſpeciem intelligibilem.

Potentia vt ſic habet per actū cognoſci, ſecus sūt abſolute conſiderata.

Rñdet ꝙ pōtia cū ſi relatiuū ſm dici, pōt dupliter conſiderari. Vno modo inquantum potentia, ideſt vt dicit ordinem ad actum, & ſic habet cōgnoſci per actum. Alio modo abſolute, inquātum talis actus eſt qualitas, & quantum ad conditiones ſibi ſecundum hanc conſiderationem conuenietes, & hoc modo poteſt aliter quam actus immediate cognoſci.

5. concluſio.

Quinta concluſio. intellectus non poteſt ſeipſum cognoſcere per propriam ſpeciem, ſed tantū per ſpeciē qdditatis materialis ſe cognoſcit. Probatur. Omne quod habet ſpeciem propriam in intellectu, habet phantaſma, ex quo ſpecies elicitur. Sed intellectus non habet phantaſma, quia nō eſt res materialis: ergo neque ſpeciem: ergo &c. Tūc vltra. Non poteſt ſe cognoſcere per ſpeciem: ergo &c. Tunc vltra. Non poteſt ſe cognoſcere per ſpeciem propriam, ergo per ſpeciem ſui obiecti, quæ eſt quidditas rei materialis. Non quidem qa illa ſpecies repræſentet intellectum, ſed quia per illam exit in actum, & per reflexionem deuenit in cognitionem actus, & ſpeciei, ex cuius naturæ conſideratione ſeipſum cognoſcit.

Soluuntur rationes aduerſariorū.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur.

Ad primum quidem dicitur, quòd ſi per obiectum proportionatum accipiatur obiectum primum formale, & adæquatum, negatur minor, & dicitur quod tale obiectum non eſt quidditas rei materialis, ſed ens, vt dicetur in quęſtione ſequenti. Si autem per proportionatum accipiatur obiectum, quod immediate & perfecte ab intellectu noſtro pro iſto ſtatu cognoſcitur, tunc negatur maior. Non enim oportet, vt omne quòd cognoſcitur ab intellectu, contineatur ſub hoc obiecto, ſed ſufficit quod contineatur ſub obiecto formali primo, & adæquato.

Ad ſecundum dicitur quod intelligit ſe intellectione diſtincta ab eſſentia.

Ad huius improbationem dicitur primo, quod intellectus non eſt ille proprie, qui ſe intelligit, ſed magis anima quæ per ipſummet intellectum intelligit. Extēſo tamē vocabulo poteſt dici intelligere ſe. Dicitur ſecundo, ꝙ eo modo intellectus dicitur intelligere: non eſt idem totaliter producens intellectionem, & eam recipiens. Nam producens intellectionem eſt, intellectus informatus ſpecie intelligibili, recipiens autē eſt intellectus ſolus. Vnde cōſequētia illa valet, ſcilicet qđ idem eſſet totaliter mouens, & motum.

Producens intellectionē quia eſt.

Ad tertium dicitur primo, quòd maior eſt falſa. Non enim omne cognoſcens debet eſſe denudatum à natura cogniti: alioquin nulla res cognoſceret ſeipſam, ſed bene verum eſt, ꝙ recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti.

Dicitur ſecundo, ꝙ ſi illa ꝓpoſitio eſſet vera, eſſet intelligenda de cognito, quod primo & directe cognoſcitur, quo modo nō cognoſcitur intellectus a ſe.

Ad quartum dicitur, ꝙ maior eſt vera de his quę primo & per ſe cognoſcuntur, de alijs vero ſufficit, ꝙ intellectus ex ſpecie & cognitione aliorum deueniat in eorum cognitionem. Intellectus autem non cognoſcitur primo, & per ſe: ideo ſufficit, ꝙ per ſpeciem & cognitionem aliorū in ſui cognitionem deueniat.

ADDITIO.

CIRCA hanc diſputationem nota, quòd videtur eſſe mota cōtra tex. Ariſ. dicentis de intellectu. neceſſe eſt itaque quoniam omnia intelligit immixtum eſſe, ſi ergo intellectus omnia intelligit, ergo intelligit ſeipſum, quoniam qui omnia dicit, nihil excludit; vana ergo eſt dubitatio, num intellectus intelligat ſeipſum. Text 4. p.p. q 86 per totam.

Adde, quod cum intellectus poſſibilis ſit quoddam ens, oportet quod contineatur ſub ente vniuerſaliter, quia omne particulare continetur ſub vniuerſali, & ens eſt ſuum obiectum, quod ipſe intellectus poſſibilis intelligit, ergo ſequitur neceſſario ſeipſum intelligere.

Niſi dicamus, quod Doctores tractant hoc quæſitū propter diuerſas opiniones Philoſophorum, ſiquidem aliqui poſuerunt intellectum adeptum ſe intelligere per hoc, quod intellectus agēs eſt qui facit per abſtractionem obiecta intelligibilia ex ſenſibilibus, & hæc intellectus poſſibilis intelligit, & quæcunque intellectus agens abſtrahit, intellectus poſſibilis intelligit, adeo quod venerit ſtatus, in quo intellectus poſſibilis acquiſierit omnem ſcientiam, & tunc nominabitur adeptus, & intelliget intellectum agentem, & omnes ſubſtantias ſeparatas, & ſeipſum, & hæc erit ſumma beatitudo ſua, quam opinionem reputat D. Tho. eſſe fabuloſam. Op n. Auer. 36. comme. huius lib. p.p.q.88. Opinio Alfarabij lib. de intellectu

Alia opinio fuit Plotini aſſerentis, quod intellectus poſſibilis magis intelligit ſeipſum quam alia, quia alia intelligit per ſpecies, & non per ſeipſa, ipſe autem intelligit ſe per ſuam ſubſtantiam, cum ſit ſemper ſibi ipſi præſens. Opinio Plotini.

Alij vero econtra dixerunt, quod intellectus cognoſcit ſe per ſuam ſpeciem, quia quando cognoſcit aliqua, fit actu per ſpeciem illorum, & poſtea format aliā ſpeciem de ſe, & per illam ſe cognoſcit. Opinio Alexand.

Alij vero docuerunt, quod bene intellectus intelligit ſe, ſed quodam modo accidentali, quoniam quando intelligit res ad extra fit vnum cum eis accidentaliter, & non eſſentialiter, & ſic intelligendo ipſas res, intelligit etiam ſe, cum ſit vnum cum illis rebus intelligibilibus.

Quidam alij dicunt, quod intellectus nullo pacto poteſt ſe intelligere, quia tunc intelligeret etiam ſuam operationem, quam tamen, apprehendere non poteſt, ſiquidem intellectus ſe habet ad operationem ſuam, ſicuti ſenſus ad ſenſationem per conuenientem ſimilitudinem, ſed ſenſus non poteſt ſentire ſuam ſenſationem, vt docuit Ariſtotel. in fine 2. lib de Anima: igitur &c. Opinio Manani Græci. Tex. 10. huius lib.

Adde etiam, quod intellectus illud tantum intelligere poteſt, quod eſt ſenſibile, cum ſine phantaſmate nihil intelligat, phantaſma eſt rei ſenſibilis, ſed operatio intellectus, & ipſemet intellectus non

ſunt

sunt sensibilia:igitur &c.

Text.39. huius. Videmus etiam, quod illud intelligit noster intellectus, quod agit in ipsum, cum intelligere sit pati ab ipso intelligibili, sed operatio intellectus, & ipse intellectus non agit in eum, quia accidens non agit in suum subiectum, vel idem in seipsum: ex quibus sequitur, quod intellectus seipsum intelligere non potest; sed hi allucinantur valde, quia sensus si non percipit suam sensationem, hoc ideo est, quia est virtus organica, intellectus vero est inorganicus, impassibilis, & immixtus, & licet intellectio non sit sensibilis per se, habet tamen habitudinem ad sensibile per se, nempe ad illud, a quo causatur in intellectu. (quandoquidem omne causatum habet habitudinem ad suam causam) & hoc sufficit. intelligere quoque dicimus, quod est essentialiter agere, & non pati, quoniam solus intellectus producit intellectionem, sed non per seipsum præcise: sed mediante specie intelligibili, per quam veluti per formã suam constituitur in actu primo, vt potentia cognoscitiua est, & sic factus in potẽtia accidẽtali, reducit se ad actum secundum: est ergo intelligere essentialiter agere, & pati antecedenter, & concomitanter, ex quo sequitur, quod intellectus intelligit se, sed non per se primo, & directe, sed indirecte ex cognitione aliorum, & dum intellectus intelligit se, & ea quæ in ipso sunt, hoc non facit per aliam speciem, sed tãtum per illam, quam suscepit ab extrinseco obiecto, & hoc tenemus ad mentem D. Tho. nec eo dicitur, ne habeamus pro inconuenienti dari processum in infinitum in his actibus.

Soluuntur rationes Mariani.

Intelligere quo dicitur agere essentialiter, & pati antecedenter.

Text.4. huius. Primam rationem principalem soluunt dicendo, quod quando dixit Arist. intellectus omnia intelligit, voluit innuere omnes formas materiales, quę responsio stare non potest, quia verbum illud omnia accipitur vniuersaliter pro omnibus entibus, quia si pro formis materialibus tantum staret, tunc non cognosceret seipsum, & actum suum, cuius oppositum ostẽsum est: est ergo germanus sensus verborum Ar. quod intellectus secundum aptitudinem omnia intelligit, quoniam est aptus natus omnia intelligere, licet non eodẽ modo.

Quomodo intellectus omnia intelligit.

Alia ratio facit pro nobis, quia cum nullum ens sit ignotum naturaliter, oportet ipsum intellectum omnia cognoscere, licet non æqualiter, vt dictum est. De quibus omnibus vide 2. con. gent. vbi inuenies, quomodo intellectus se intelligit secundum modum suæ naturæ, si altius perscrutari, volueris, quomodo differenter Deus agnoscat se, & Angelus intelligat seipsum per suam substantiam: & anima separata etiam se, & alias animas agnoscat, lege D. Thom. p. p. q. 14. art. 2. & 3. q. 89. per totam. & 4. dist. 50. q. 1. art. 1. & de ver. q. 19. ar. 1. & q. de Anima art. 15. videbis abundantissimam doctrinam.

Cap.78.

Differentia intelligẽtiũ.

QVAESTIO VII.

Vtrum quidditas rei materialis sit obiectum intellectus.

Cum autem sic singula factus est, &c. Tex. VIII.

Caiet. Card. in lib. de ente & essentia in prologo.

QVÆRITVR Septimo, Vtrum quidditas rei materialis sit obiectum intellectus. Et videtur quod non.

Primo. Obiectum intellectus, non debet esse minoris ambitus obiecto scientiæ acquisitæ per intellectum. Sed quidditas materialis est minoris ambitus obiecto scientiæ acquisitæ per intellectum: ergo nõ est obiectum intellectus. cõsequentia nota, & maior probatur. Si esset minoris ambitus, tunc intellectus cognosceret ea quæ non continentur sub obiecto: cum oẽ obiectum scientiæ ab eo acquisitę cognoscat: hoc est impossibile: ergo &c. Minor etiam probatur: Obiectum metaphysicæ est ens commune: & hoc est vniuersalius quidditate materiali: ergo &c.

Quidditas materialis ẽ minor obiecto scientiæ Metaphysic.

Secundo. Si quidditas materialis esset obiectũ intellectus, sequeretur, ꝙ res quanto esset materialior, tanto perfectiori modo intelligeretur, sicut quanto aliquid est magis coloratum, tanto magis videtur, Sed hoc est falsum; nam omne quod intelligitur quantum est a materia abstractum intelligitur, & consequenter quanto magis erit abstractum, tanto magis intelligitur.

Tertio. Aut quidditas materialis est obiectum intellectus, secundum ꝙ est coniuncta conditionibus materialibus, aut secundum quod est è conditionibus materialibus abstracta. Si primo modo, cum quidditas materialis inquantum coniuncta cõditionibus materialibus sit singularis, obiectum intellectus erit singulare. Si autem secundo modo, cum vt sic habeat tantum esse obiectum in intellectu, erit ens rationis, & per consequẽs obiectum intellectus erit ens rationis.

Quarto. Obiectum intellectus causat speciem intelligibilem in intellectu. Sed quidditas materialis non potest eam causare: ergo &c. consequẽtia nota cũ maiori, quia intellectus est virtus passiua, vt dicitur 3. de anima. Minor probatur. Aut enim causaret illã speciẽ quidditas particularis, aut vniuersalis. Nõ particularis, quia illa species repræsentat vniuersaliter. Nõ etiã vniuersalis, quia quidditas non est vniuersalis extra intellectum: ergo &c.

Tex.5.

Quinto. Nulla potentia potest eleuari vltra suũ obiectum, sed intellectus eleuatur supra quidditatẽ materialem, quia eleuatur ad cognoscẽdum substantias separatas: ergo &c.

Sexto. Illud est proportionatum obiectũ intellectus, quod primo ab intellectu cognoscitur. Sed accidens est huiusmodi, non autem quidditas materialis: ergo &c. consequentia nota cum maiori. Minor vero probatur. Illud primo cognoscitur, quod primo repræsentatur per speciem intelligibilem: sed accidẽs primo repręsentatur: ergo &c. Probatur minor. Species primo represẽtat id, à quo causatur: sed causatur à phantasmate, quod est acccidens, & repræsentatiuum accidentis: ergo &c.

Cõfirmatur ista ratio. Quia vt dicitur 1. de anima. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est; ergo prius cognoscitur accidens quam quidditas rei materialis,

Tex.11.

Respondeo. Ad euidentiam huius quęstionis. Sciendum, ꝙ primo aliter de obiecto huius potentiæ, quam de obiectis aliarum potẽtiarum est loquẽdum. Aliæ. n. põiæ, quia semper sunt põię, organis corporalibus affixæ, vnũ tãtum essendi modum habent, & ideo semper habent eundem modum cognoscendi. Semper. n. visus videt per medium

Diuersitas obiectorum.

Intellectus autem nunc vnum modum essendi, scilicet in corpore, nunc autem alium modum essendi habet, scilicet sine corpore, ideo & illi diuersi modi cognoscendi possunt conuenire.

Intellectus est potentia inorganica.

Sciendum secūdo, quod quia intellectus est virtus immaterialis, sensus autem virtus materialis, aliud esse obiectum materiale sensus oportet, & aliud materiale obiectū intellectus; oportet enim obiectum sensus esse materiale, & singulare, obiectū autē materiale intellectus oportet esse aliquo modo abstractum à materia & vniuersale, non tamen quodlibet vniuersale, sed vniuersale ipsi intellectui pro isto statu proportionatum, de alio autem statu, cum erit à corpore separatus, non est hic sermo.

Quidditas materialis triplex.

Sciendum tertio, quod quidditas rei materialis potest accipi tripliciter. Vno modo pro omni natura, quæ in materia esse habet, siue sit acidens, siue forma substantialis, siue quodcunque aliud. Alio modo pro natura determinata, & indiuidua. Tertio pro essentia rei compositę ex materia & forma absolute, cuius phātasma haberi potest.

Quadrupl. est obiectū potentiæ, & quid vnum quodque.

Sciendum quarto, quod quadruplex est obiectū potentiæ, scilicet formale quod, formale quo, materiale, & accidētale. Obiectum formale quo, est id, sub cuius ratione obiectū refertur ad potētiam, & quod adæquate, & inquantum huiusmodi attingitur à potentia, sicut color in visu. Obiectum formale quo, est aliquid extrinsecum, quo obiectum attingitur a potentia, & sine quo non potest attingi, sicut lux in visu Obiectū materiale est id, in quo saluatur obiectū formale qđ, sicut albedo in visu, in qua saluatur color. Obiectū accidētale est, quod accidit obiecto formali, sicut Sortes accidit colorato.

Ens est obiectum quod, formale intellectus nostri.

Istis suppositis dicitur primo, quod ens ē obiectum formale quod, intellectus nostri, & ꝓbatur sic. Id sub cuius ratione omnia alia cognoscūtur ab intellectu, & quod adequate, & inquātum huiusmodi apprehēditur ab intellectu, est obiectum formale quod, intellect⁹. Sed ens est huiusmodi: ergo &c. Minor probatur, quia omnia quæ apprehēduntur ab intellectu, cognoscuntur inquantum sunt in actu, vt dicitur 9. Meta.

Tex. 10.

Item: omne ens est aliquo modo cognoscibile ab intellectu, & omne quod cognoscitur ab ipso, est ens.

Dubium.

Sed occurrit dubium. Nam etiam non ens cognoscitur ab intellectu: ergo ens nō est obiectum adæquatum.

Respondetur, quod non ens inquantum cognoscitur, est aliquo modo ens: saltem enim habet esse apprehensum, aut imaginatum.

Dicitur secundo, ꝙ obiectum materiale intellectus, absolute loquendo de obiecto intellectus, est omnis quidditas, & natura. Patet, quia omnis natura & essentia participat rationem entis, ideo quælibet res est obiectum materiale intellectus.

Quid obiectum materiale intellectus.

Dicitur tertio, quod obiectum materiale intellectus proportionatum illi pro isto statu, est quidditas rei materialis, accipiendo quidditatem rei materialis pro quidditate rei cōpositæ ex materia & forma. Hāc autē cōclusionem sic intelligo, non quòd quidditas materialis sit obiectum adæquatum intellectus; ita quòd non possit aliquid intelligere, nisi quidditatē materialem, sed quod est obiectum connaturale intellectus, & perfecte immediateque cognoscibile ab ipso, ꝑ quod in aliorum cognitionem deuenit.

Ista conclusio probatur sic. Obiectum materiale proportionatum intellectui est id, ad qđ intellectus est in potentia naturali. Nam intellectus est potentia passiua: sed est in potentia naturali tantum ad quidditates materiales: ergo &c. Probatī minor. Potentia passiua est in potētia naturali ad ea tātum, in qua suum proprium actiuum potest: Sed intellectus agens est proprium actiuum respectu intellectus possibilis, & ille facit intelligibilia in actu tantum quidditates materiales: ergo &c.

Secundo. Cognitio cuiuslibet rei est secundum modum cognoscentis. Sed anima intellectiua est forma in materia: ergo sua materialis cognitio debet esse formarum, quæ sunt in materia, secūdum tamen quod aliquo modo abstracta sunt à materia. Consequentia nota cum minori. Maior vero probatur. Cognitio est, secundum quod cognitū est in cognoscente. Sed cognitum est in cognoscēte secundum modum cognoscentis: ergo cognitio est secundum modum cognoscentis

Qualibet cognitio quomodo sit suscipienda.

Ad hanc rationem posset aliquis dicere, quod non oportet obiectum secundum modum essendi esse proportionatum cognoscenti, alioquin imperfectum nunquam cognosceret perfectius, & inferior intelligentia non cognosceret superiorem.

Respondetur, & dicitur primo, quod obiectū & cognoscens non debent proportionari secundū quemcunque modum essendi, sed sufficit quod sit idem modus essendi in genere.

Dicitur secundo, quod est tantum triplex genus essendi substantiarum intellectualiū. Primus est animæ humanæ, quæ est forma in materia. Secundus est substātiarum separatarum, quarum esse distinguitur ab essentia. Tertius est primæ substantiæ, quæ est Deus: cuius esse est idem quod essentia.

Triplex genus essendi substantiarum intellectualium.

Dicitur tertio, quòd consequentia non valet. Nam imperfectum potest esse eiusdem generis essendi cum perfecto, & omnes substantię separatæ in vno modo essendi conueniunt. Quælibet.n. est substantia à materia prorsus abstracta, cuius esse ab eius essentia est distinctum.

Dicitur quarto principaliter ad quæstionem, quòd verum vno modo est obiectum intellectus accidentale. Alio vero modo est obiectum per se. Si enim consideretur in ratione eius, quod intelligitur, est obiectū accidentale, concomitatur enim omne intelligibile, inquantum intelligitur: non enim potest ens intelligi, nisi intellectui conformetur, in quo consistit ratio veri, & ideo intellecto quocumque ente, intelligitur verum per accidens, sicut viso colore per accidens videtur Sortes. Si vero consideretur ratione obiecti quo, sic est obiectum per se, nihil enim intelligitur, nisi ei intellectus assimiletur per speciem, & in hoc consistit ratio veri, & ideo verum est, quo aliquid est intelligibile.

Verum est obiectū accidentale.

Ad rationes in oppositum respondetur.

Solutio rationum quæ adducebantur in contrarium veritatis.

Ad primum dicitur primo, quod obiectum formale

 male

male adæquatum non debet esse minoris ambitus obiecto sciētiæ acquisitæ, sed bene obiectum materiale proportionatum, vt est quidditas materialis minoris ambitus esse potest.

Dicitur secundo, quod non oportet omnē sciētiam esse de obiecto connaturali, & immediate cognoscibili ab intellectu, immo potest etiam esse de obiecto secundario per reflexionem cognito, sicut est scientia de anima.

Dicitur tertio, quod nulla scientia, neque etiā Metaphysic. est de obiecto vniuersaliori, quam sit obiectum formale adæquatum intellectus, immo ens, quod est obiectū formale intellectus, est vniuersalius obiecto Metaphysicæ. Obiectum enim Metaphysicæ est ens reale, obiectum autem intellectus est ens cōmune enti reali & enti rationis.

Quid est obiectum metaphysicæ.

Ad secundum dicitur primo, quod non oportet quanto aliquid magis participat rationem obiecti materialis, tanto perfectiori modo cognoscatur à potentia, sed inter obiecta materialia proportionata, quanto aliquid magis participat de obiecto formali, tanto est magis cognoscibile. Mō q̄d ditas materialis non est obiectum formale, vt dictum est: vnde ratio non sequitur.

In corpore quæst.

Potest secundo dici, quod illa consequentia potest habere duplicem sensum. Vnus est, quod quanto res esset materialior, id est magis immergeretur materiæ, & conditionibus immaterialibus indiuidualibus, tāto perfectiori modo cognosceretur, & tūc negatur, quidditas enim materialis nō est obiectum intellectus, secundū q̄ est coniuncta conditionibus indiuiduantibus. Alius sensus potest esse, quòd quāto res est immaterialior, id est quāto forma quidditatis minus dominatur materiæ, sicut in q̄dditate plantæ inuenitur, quę minus materię, quam forma quidditatis hominis dominatur, tanto perfectiori modo ab intellectu nostro cognoscitur, & tunc negatur falsitas consequentis. Ad probationem dicitur, quod vnumq̄dque intelligitur ab intellectu nostro p̄ abstractionem à materia particulari, non autem à materia vniuersali.

Ad tertium dicitur, q̄ est obiectum intellectus vt est abstracta à conditionibus particularib.

Quidditas abstracta duo dicit.

Ad improbationem dicitur primo, quòd cum dico quidditatem abstractā, dico duo, scilicet ipsam naturam, & esse abstractum eius: ipsa natura est ens reale, esse autem abstractum est ens rationis.

Dicitur secundo, quòd illa natura, cui attribuitur esse abstractum, est obiectum intellectus, non autem ipsum esse abstractum, sed est cōditio, sine qua ipsa quidditas non est obiectum.

Dicitur tertio, quod illa consequētia est falsa, scilicet quod obiectum intellectus esset ens rationis, sed bene sequitur, quod obiectū intellectus, secundum quod enti rationis substat, obiectum esset intellectus.

Ad probationem cum dicitur, quod habet tantum esse obiectiuum vt sic. Dicitur, quod non omne illud est ens rationis, quod sub vna conditione consideratum habet tantum esse obiectiue in intellectu, sed illud quod absolute nullum habet esse, nisi obiectiuum in intellectu. Modo dicitur, quòd licet quidditas, vt abstracta, habeat tantum esse obiectiuū in intellectu, absolute tamen in particularibus esse reale habet.

Ad quartum negatur minor.

Quæ est causa speciei intelligibilis.

Ad probationem dicitur, quod habens quidditatem siue particulare, scilicet phantasma, simul cum intellectu agente, illam speciem causat, sed ratio causandi est natura.

Ad huius improbationē dicitur, quod licet illa species vniuersaliter repræsentet, instrumētaliter tamen à re particulari causari potest, quando præsertim natura vniuersalis, quę sibi ratio sit causandi, intellectus autem agēs in causando speciē, principalis agentis rationem habet.

Ad quintum dicitur, quòd maior est vera de obiecto formali, non autem de obiecto materiali proportionato, modo quidditas materialis non est obiectum formale, sed ens.

Ad sextum negatur minor. Ad probationē negatur etiam minor. Ad cuius probationem dicitur, quod species repræsentat non oē illud à quo causata est, sed obiectum.

Dicitur secundo, quod species non repræsentat phantasma, sed naturam in phantasmate latitātem, & licet phantasma causet illam speciem, sua tamen singularitas non est sibi ratio causandi, sed natura vniuersalis implicite in phantasmate contenta.

Species intelligibilis quid repræsentat.

Dicitur tertio, quòd species intelligibilis non repręsentat id immediate, à quo causata est quocunque modo, sed id quod fuit ratio causandi, & quia ipsa quidditas sine conditionibus indiuiduātibus est phantasmati ratio causandi talem speciem, ideo species ipsam quidditatem primo repræsentat.

Ad confirmationem patet quid sit dicendum ex his, quæ dicta s̄ nt. quomodo enim accidentia ad cognoscendum quod quid est conferant, ibi est ostensum & declaratum. q.41. de anima.

ADDITIO.

Disputatio de cognitione substantiarum separatarum.

QVIA in arg. 5. fit sermo de cognitione substantiarum separatarum, non erit inutile aliqua dicere hic de ipsis, quamquam in dispu. 3. super 2. met. latius disputauimus aduersus Ant. An. est tamē sciendum, quod inter Græcos, Arabes, & Latinos fuit varia sententia, quomodo intelligentiæ pro hoc statu à viatore cognosci possunt.

Opinio Themist.

Inter alios fuit Themi. ponens intellectum tam agētem, quam possibilem, separatum, & æternum, & coniungi nobis per cognitionem phantasmatum, & cum fuerit perfecte coniunctus, tunc intelliget intellectum agentem, & ceteras substantias separatas: ratio sua est, quia difficilius est abstrahere quidditatem, & eam cognoscere: quam cognoscere, & non abstrahere, cum difficilius sit facere duo, quam vnum tantum; at intellectus noster abstrahit quidditatem à substantijs materialibus; & eam cognoscit: ergo multo magis cognoscit substantias separatas, quæ sunt quidditates abstractæ ex seipsis.

Opinio Alexand.

Alex. vt dictum est, posuit intellectum nostrum esse præparationem ad recipiendas species intelligibiles, per quas coniungitur cum intellectu agente, quā dixit esse Deum, & cum perfecte fuerit ei coniunctus,

intelliget

intelliget seipsum, & cæteras substantias separatas Ratio sua erat, omne generabile, cum peruenerit ad finẽ, & complementum suæ generationis, etiam perueniet ad completam operationem, sed intellectus possibilis noster est generabilis, & corruptibilis; ergo cum peruenerit ad cõplemẽtũ suæ generationis, scilicet acquisitis intelligibilibus, poterit perfectè exercere suam operationem, quæ erit cognoscere Deum, & cætera abstracta quidditatiue.

Opinio Auẽpace Hispa. Auemp. Magister Auerr. docebat, intellectum nostrum possibilem esse organicum: sed per abstractionem phantasmatum perueniet ad cognoscendum substantias separatas quidditatiue, quandoquidem cum intellectus cognoscit quidditatem aliquam abstractã ab aliquo indiuiduo, vel specie, vel genere, quæritur nũ illa quidditas habeat quidditatem aliam, vel non, si habet, iterum potest abstrahere aliam quidditatem, & cum non sit processus ad infinitum in quidditatibus, sequitur quod possit cognoscere vltimas quidditates, quæ sunt substantiæ separatæ.

Opin. Auer. 3. de anima. Comm. 5. Auerr. asseruit intellectum nostrum possibilem adipisci omnia intelligibilia speculatiua, adeo quod ei vnietur, & copulabitur intellectus agens: cum autem ipse intellectus possibilis fuerit in hoc statu, tunc erit intellectus adeptus, & cognoscet omnia, & erit perfecte beatus. ratio potissima est, quia si noster intellectus nõ intelligeret substantias separatas, tunc natura fecisset aliquod frustra, quia fecisset illud, quod est in se naturaliter intellectum, non intellectum ab alio.

Opinio Scoti 1. senté. in prolog. q. 3. & 2. senten. dist. 6. & 2. Meta. q. Scotus voluit intellectum nostrum possibilem identificari cum anima nostra, & cognoscere substantias separatas quidditatiue, sed non secundum omnem gradum cognitionis quidditatiuæ, sed tantum per aggregationem conceptuum, & prædicatorum quidditatiuorum, & inter alias rationes suas hæc est potissima, quia omnes homines natura scire desiderant: sed cognoscere substantias separatas quidditatiue est maxime scire: ergo intellectus noster aliquando perueniet ad hoc, quoniam desideriũ naturale nõ est ad impossibile.

Opinio D. Tho. p. p. q. 88. per totã. 3. cont. gen. c. 41. de ent. & essentia. Istis tamen non obstantibus tenet D. Thom. intellectum nostrum possibilem esse potentiam distinctã realiter ab anima, & nunquam neque in hoc statu, neque in alio naturaliter adepturum quidditatiuam cognitionem abstractorum, quia intellectus nihil intelligit, nisi per abstractionem à phantasmatibus: sed substantiæ separatæ quidditatiue non cadunt sub phantasmatibus, cum non cognoscantur nisi per effectus, qui non adæquant ipsas; igitur male dicunt omnes quotquot sustinẽt, quod noster intellectus potest quidditatiue intelligere abstractas substantias: non discernendo inter hæc duo, quod aliud est cognoscere quidditates intelligentiarum, & aliud cognoscere ipsas quidditatiue. primum concedit D. Thom. quia cognoscimus, quòd intelligentia est substantia immaterialis, & immobilis, sed secũdum negat, quia illo dato, sequeretur nos posse cognoscere ipsas à prima potentia vsque ad vltimum actum, hoc est cognoscere quidditatiue, comprehẽdere vltimas differentias ipsarum, cum tamen non cognoscamus de eis nisi communia prędicata, quæ potius spectãt ad quæstionem quia est, quam quid est ideo topice, non posteristice possumus dicere, quod cognoscimus quidditatiue.

Hoc habito soluuntur omnia argumenta in contrarium, applicando ad ea. Nec te moueat, quod asserit Zimmara D. Thom. cecinisse palinodiam 9. Metaph. vbi Arist. loquens de cognitione substantiarum simpliciũ inquit, quòd ignorantia talium non est vt cæcitas; cæcitas. n. est, vt si intellectũ non habeat quis, ex quibus verbis elicit Beatus Thom. ab ipsa veritate coactus, quod secundum sententiam Arist. humanus intellectus potest pertinere ad intelligendum substantias simplices, quod videtur sub dubio reliquisse 3. de Anima; male ergo alibi negat. (Theore 76. Tex. 10.)

Sed allucinatur Zimmara in hac re, quandoquidẽ Aristotel. duas tetigit partes in quæst. mota 3. de anima: primam, num intellectus noster posset intelligere aliquod abstractorum: secundam, an possit intelligere quidditatiue: primam iam soluit, 9. metaph. secundam autem numquam soluit, vnde nulla est contradictio in verbis B. Thom. (Tex. 36.)

Adde etiam quod cognitio quidditatiua habet gradus secundum apprehensionem, & comprehensionẽ, vt ait Caietan. in expositione 1. ar. 12. q. p. p.

Potest etiam dici, vt quibusdam ex nostris videtur, quod verba illa 9. Metaph. non sunt D. Thom. vt patet ex metaphysic. manu scripta, quæ reperitur. Bibliotheca Bononi. sim cætera quæ hic essent dicenda, vide apud Caietan. lib. de ente, & essentia. in expositione 5. c. & in disputatione 3. nostra super 2. metaphy. & apud Magist. Chrysostom. & Dominicum de Flãdria ibidem. (Lege D. Th. in opusc. 42. cap. 6 & lib. 3. cont. gent. ca. 43. & 46.)

QVAESTIO VIII.

Vtrum necesse sit ponere in intellectu possibili species intelligibiles.

Oportet autem sic, vt in tabula in qua &c. Tex. XIIII.

QVAERITVR octauo, Vtrũ necesse sit ponere in intellectu possibili species intelligibiles. Et videtur quod non.

Primo. Si esset necesse ponere species in intellectu, tunc non possent esse simul plures species in intellectu, sed tantum vna, hoc est contra ponentes species: ergo &c. Probatur cõsequẽtia, duobus suppositis. Vnũ est quod illa species esset naturaliter agẽs. Alterũ est quod intellectus nõ potest plura simul intelligere, vt est de mente philos. Tunc arguitur sic Si essent plures species in intellectu, tunc intellectus plura simul intelligeret, quia simul intelligeret omnia quæ repræsentarentur per species, cum species naturaliter agãt, hoc autem est falsum ex supposito secundo, ergo si sunt ponendæ species in intellectu, nõ poterit esse nisi vna vno tempore. (2. cont gent. cap. 49.) (Tex. 13. 3 de anima.)

Secundo sequeretur q in compositione intellectus nunquã esset falsitas, hoc est contra Phil. ergo &c. Probatur consequentia, quia intellectus intelligeret sicut sibi repræsentaretur per speciẽ, sed species semper vere repræsentaret, alioquin non esset similitudo vera obiecti: ergo &c.

Tertio. Aut essent ponẽdæ species in intellectu oĩum intelligibiliũ, aut solũ primi cogniti. s. quidditatis materialis. Non quidem omnium, quia si aliquorum ponuntur species, oportet vt à phãtas- (3. de anima Tex. 11. & 16.)

maribus abstrahantur, non omnium autem sunt phantasmata. Si autem tantum quidditatis materialis, Contra: in potentijs ordinatis obiectum præsentatur posteriori potentiæ per actum prioris, sicut bonum præsentatur appetitiuo per intellectū. Sed sensus, & intellectus in homine sunt potentiæ ordinatæ: ergo per actum sensus obiectum presentatur intellectui, & sic non est necesse ponere species intelligibiles.

Quarto. Id per ꝙ aliquid cognoscitur est prius cognitum, sed species non est prius cognita, quam res extra: ergo per seipsū nō potest cognosci obiectum; ergo non est necesse ipsam ponere in intellectu: ergo &c.

Ordo quæsiti. Respondeo. Circa istam difficultatem duo sūt facienda. Primo enim videbitur, quid ꝑ speciē intelligibilem intelligatur. Secundo dicetur ad quæsitum.

Nota diffinitionē speciei intelligibilis. Quantum ad primum potest sic diffiniri. Species intelligibilis est qualitas repræsentatiua rei intelligibilis, inquantum intelligibilis est à re intelligibili, mediante phantasmate, & intellectu agēte in intellectu possibili causata ad hoc, vt intelligere possit, & vt sibi sit obiectum præsens habitualiter.

In hac diffinitione seu descriptione ponitur qualitas loco generis; est enim species intelligibilis in prima specie qualitatis.

Secundo ponitur repræsentatiua rei intelligibilis inquātū intelligibilis, quæ licet aliquo modo repręsētet rē intelligibilē, nō tamē repręsētat eā nisi ꝑ accidēs, & inquantum qualitatibus sensibilibus est subiecta.

Dicitur tertio, causata à re intelligibili mediante phātasmate, qa res intelligibilis q̄ est ad extra, non causat speciē, nisi prius ꝑ suā similitudinē particulariter ipsā repræsentātē recipiatur in phātasma, & est causa secundario speciei intelligibilis.

Dicitur quarto, & intellectu agente, quia intellectus agens est causa principalis eius, sed intellectus agēs, & phātasma sunt causa totalis. Ipsa. n. spēs habet duo Primo ꝙ est immaterialis & actu intelligibilis. Secundo, ꝙ hāc naturā determinatā repræsentat. Primum habet, quia causata est ab intellectu agente, qui est immaterialis. Secundū vero habet à phantasmate repræsentante hanc rem, & non aliam. (Species intelligibilis duo habet.)

Primo cum dicitur, in intellectu possibili, tangitur causa materialis, est enim subiectiue in intellectu possibili.

Deinde cū dicitur, ad hoc vt possit intelligere, tangitur vna causa finalis ponendi speciem intelligibilem. Nam cum intellectus secundum se sit pura potentia in genere intelligibilium, si debet intelligere, oportet ꝙ ꝑ speciem intelligibilem in actu fiat, & tūc intellectus in actu potest intelligere, ita ꝙ ad eliciendum intellectionem, & intellectus possibilis, & species intelligibilis concurrit.

Pro quo sciēdum, ꝙ in actu intellectus sunt duo consideranda .s. substantia, & modus. Ille. n. actus & est intellectio, & est talis intellectio. Principiū actus intelligendi quantum ad substantiam est intellectus, quantum vero ad modum est species intelligibilis. Hoc autem non sic est intelligendū, quasi substantia actus intelligendi, & modus sint duo realiter distincta, & potētia causet substantiā, & species modum, sed est sic intelligendum, ꝙ cū vnus & idem effectus qui est talis, actus determinatus sit, & ab intellectu, & à specie intelligibili causatus, ille effectus secundum vnam rationem, scilicet secundum rationem intellectionis absolute reducitur in intellectum, secundum autem aliā rationem, scilicet secundum ꝙ est talis intellectio reducitur in speciem intelligibilem.

Dicitur quoque, & vt sibi sit obiectum pręsens, quia cū intelligere sit rē actualiter intueri: intueri aūt non possit intellectus, quod non est sibi præsens, oportet ꝙ res efficiatur præsens intellectui, si debet intelligere.

Res dicitur præsens intellectui dupliciter actualiter scilicet & habitualiter. Dupliciter autem res est præsens intellectui, scilicet actualiter, cum est in prospectu mentis obiectiue, quando videlicet rem actualiter inspicit, & habitualiter, scilicet cū intellectus habet in se principium, quo potest rem sibi facere p̄sentem actualiter. Habitus enim est, quo quis vtitur cum voluerit. Et quia materiale secundum ꝙ materiale, nō potest per se esse pręsens in esse obiectiuo, oportet quod fiat præsens per aliquam similitudinem. Et sicut pręsens dupliciter esse potest. s. actualiter, & habitualiter, ita est duplex similitudo, scilicet vna qua est habitualiter præsens, & alia qua præsens actualiter efficitur.

Pro cuius notitia sciendum, ꝙ intellectus informatus specie intelligibili, rem aliquam intelligēs format in se conceptum, sibi rem quam intelligit, per modum obiecti actualiter repræsentantem, & ille conceptus dicitur verbum mentis. Sicut cum intellectus naturam hominis intelligit, format in se conceptum quidditatem hominis obiectiue repręsentantem, & per illam cognoscit, quid est homo, & sic de alijs. Iste ergo conceptus est similitudo actualis rei ad extra, faciens rem esse actualiter in prospectu mentis. Sed species intelligibilis est similitudo habitualis, faciens rem esse intellectui habitualiter præsentem. Et ideo ponitur in diffinitione habitualiter ad differentiā conceptus mentis. (Quis sit conceptus.)

Hoc autem non sic est intelligendum, quasi species intelligibilis non sit vera similitudo, rem ad extra actualiter repræsentās; est enim vera similitudo repræsentās rem, sed quod rē præsentē actualiter intellectui non facit, sed tātum habitualiter, quia cum sit similitudo rei, est principium quo intellectus, cum homo voluerit aliam similitudinē facientem rem actualiter esse sibi præsentem, producere potest. Vnde potest dici actualis similitudo in comparatione ad rem repręsentatam; habitualis autem in comparatione ad intellectum. (Species intelligibilis est vera similitudo.)

Quantum ad secundum ponitur ista conclusio. Necesse est ponere species intelligibiles in intellectu. (Necesse est ponere species intelligibiles in intellectu.)

Ad cuius euidentiā sciendū est, ꝙ sicut supra dictū est, intellectus & est potentia passiua, & est potētia operatiua Differt aūt potentia pure actiua à potentia passiua & operatiua, qa ad hoc vt potentia actiua in opus exeat, non oportet vt à suo obiecto perficiatur. Non enim ad hoc vt calidum

calefaciat

calefaciat lignum,oportet calidũ perficiat lignũ. Sed potentia passiua,& operatiua nisi perficiatur ab obiecto,operationem habere non potest. Isto supposito ad conclusionem arguitur sic.

Primo. Potentia passiua,& operatiua non potest operari nisi ꝑficiatur a suo obiecto, sed intellectus est huiusmodi:ergo non potest intelligere nisi perficiatur ab obiecto. Tũc vltra: Talis perfectio nõ potest esse, nisi quia dat sibi formale principiũ operandi,& hoc dicimus in intellectu speciem intelligibilem:ergo &c.

Tex.3. Confirmatur,quia vt dicitur 3.de anima. Sicut se habet sensitiuum ad sensibilia, ita intellectiuũ ad intelligibilia. Sẽsus aũt nõ sentit nisi patiatur ab obiecto,cum sentire in moueri & pati cõsistat, vt Tex.51. dicitur in 2.ergo intellectus non intelligit nisi ab obiecto patiatur. Non autem nisi recipiendo ali- Text.57. quam perfectionem,vt dicitur ibidem:ergo &c.

Secundo. Omnis cognitio fit per assimilationẽ cognoscentis ad rem cognitam. Sed intellectus non potest assimilari intelligibili secundum naturam : ergo oportet quod assimiletur ei secundum speciem , & similitudinem intelligibilem.

Text.16.19. 2.17. Tertio. Intellectus in actu , & res intellecta sunt vnum,vt dicitur 3.de anima : Sed non sunt vnum secũdum naturam, ergo oportet quòd sint vnum per speciem intelligibilem receptam intellectu.

Quarto. Est authoritas Philosophi 3.de anima Text.3. dicentis de intellectu. Susceptiuum autem speciei & potentia huiusmodi. Vbi Comment.dicit. Nõ habet de intentione passionis,nisi hoc tantum ꝙ Tex.6. accipiat formam,quam comprehendit. Item. Et bene iam dicẽtes sunt, animam esse locum specierum,nisi ꝙ non tota,sed intellectiua,neque actu, Tex.38. sed potẽtia species. Item. Necesse est autem,vt ipsa,aut species. Ipsa quidem igitur non sunt, non enim lapis in anima,sed species.

Soluũtur argũmenta cõtraria. Ad rationes in oppositum respondetur.

Ad primum dicitur, ꝙ species possunt esse in actu dupliciter,scilicet in actu imperfecto,& habitualiter,& hoc est quando intellectus actu non intelligit per eas. Alio modo in actu perfecto,scilicet quando intellectus vtitur eis. Tunc ad argumentum dicitur,ꝙ si species esse in actu accipiamus primo modo,negatur consequentia. Si secundo,negatur falsitas,nec illud est contra ponentes species. Ad probationem consequentię dicitur ad primum suppositum,ꝙ licet species sit naturaliter agens,sicut agens quo,non tamen semper causat intellectionem. Non est enim principale agẽs intellectionis,sed intellectus,& ideo causat tantũ quando intellectus vnitur ea,quod est secundum imperium voluntatis: vnde negatur cõsequentia, scilicet quòd intellectus simul multa intelligeret. Procedit enim ex falso fundamẽto, scilicet ꝙ species ita naturaliter agat,ꝙ semper intellectionem causet.

Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur,ꝙ intellectus non est falsus in- Intellectus non recipitur intelligẽdo per species. telligendo ꝙ sibi ꝑ species repræsentatur,quia talis cognitio pertinet ad primam operationem intellectus,in qua non est falsitas,sed in componendo conceptus non componibiles adinuicem,& separando non separabiles.

Ad tertium dicitur, ꝙ in intellectu sunt tantũ species quidditatum materialiũ,& per illas cognoscit intellectus non solum res sensibiles,sed etiam res immateriales. Ad improbationem dicitur , quod verum est,quod sensus tanquam potẽtia posterior repræsentat aliquo modo obiectum intellectui,non tamen hoc fit per actum sensus solum sine alio repr̃sẽtatiuo,sed ꝑ phãtasma repr̃sentatiuũ materialiter obiecti,& intellectus agentis abstractionem speciem intelligibilem causantem in intellectu possibili, quia illa repræsentatio phantasmatis sufficiens ad intelligendum esse nõ potest, eo quod intellectus immaterialiter apprehẽdat, vnde necesse est,vt præter phantasma speciem repræsentãs obiectũ immaterialiter in intellectu ponamus.

Ad quartum dicitur primo,ꝙ triplex est mediũ cognoscẽdi,scilicet mediũ quo,sub quo,& mediũ in quo. Sicut in visu medium quo,est species visibilis,medium sub quo,est lux,medium in quo,est speculum,vel aliud obiectum, ex cuius inspectio ne sensus in cognitionẽ alterius deuenit. Sic in intellectu medium quo,est species intellectualis,medium sub quo,est intellectus agens, medium in quo,est res cognita,ex cuius cognitione intellectus in cognitionem alterius excitatur. Triplex est medium cognoscendi , quo,in quo, sub quo. p.p.q.12.artic.5.

Dr̃ secũdo,ꝙ maior est vera de eo,ꝑ ꝙ aliquid cognoscit tãquã per mediũ in quo,non aũt de eo ꝙ est mediũ quo,sicut est species intellectualis.

Si arguatur:propter quod vnumquodque & illud magis. Sed per medium quo,cognoscimus rẽ: ergo &c.

Dicitur,ꝙ illa propositio habet veritatẽ in his quæ sunt vnius ordinis,quæ scilicet conueniũt in vna ratione,secundũ quã vnũ est causa alterius. Sicut ignis,ex eo ꝙ est calidus causat in ligno caliditatẽ,ideo magis calidus. Modo mediũ quo,nõ cõuenit in ratione cogniti cum re,quæ cognoscitur per ipsum & nõ est vnius ordinis cũ ipso,vnde ratio non sequitur,sed sequeretur si mediũ quo, sic esset causa cognitionis rei,ꝙ per cognitionem intellectus in cognitionem alterius rei deueniret. Intellectus illius propositionis propter quod vnum quodque & illud magis.

ADDITIO

CIRCA disputationem istam de speciebus intelligibilibus,vltra opinionem cuius meminit Auctor in sua q. fuerunt & alij negantes species, de numero quorum fuit Gofredus,asserens de mente Ar. vanas esse huiusmodi species,quia 3.de anima enu cleãs naturam intellectus,ipse Phi. ait,intellectus nihil est eorum,quæ sunt ante intelligere:si ergo darentur huiusmodi species,tunc intellectus esset actuatus per istas species,& sic erit in actu ante ipsum intelligere. Disputatio de speciebus intelligibilibus. 1.sent. in prolog. q. Tex 4.huius libr.

Præterea;positis istis speciebus,tunc intellectus nõ intelligeret,neque reciperet,quoniam intus apparens prohibet extraneum & obstruit:igitur vanæ sunt species istæ ad mentem Arist.

Pręterea quæro de productiuo harũ spẽrũ,nũ sit phãtasma,vel agẽs,possibilisue intellectus,nõ phantasma, quia hoc ẽ materiale,& spẽs sũt spũales,nõ agẽs ĩtelle

ctus,quia ipse cum sit lumen,habet tantum illuminare:non possibilis,quia munus eius est recipere, & non agere:cum igitur non sit assignare productiuum harũ specierum,sequitur quod fictitium quoddã sit eas imaginari.hanc opinionem dicit iste vir fuisse magnorum Philosophorum,nempe Themistij,Auemp.Auerr.& multorum aliorum.

2.fentent. in prologo q.2. Ioannes Bacconitanus negat quoque species intelligibiles,quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate:sed ad intelligendum naturas vniuersales sufficit intellectus cum ipsis phantasmatibus: non ergo sũt necessariæ species intelligibiles , & hæc est sententia Arist.qui 2.Eth.asserit tria tantum reperiri in anima, scilicet facultas,passio,& habitus:modo species intelligibilis non est facultas,non passio,non habitus,vt patet:igitur non dantur huiusmodi species. Cap.4.

Tex.1. Præterea:actus intellectus duo sunt ex 3.de anima, simplicium apprehensio,& compositio,& diuisio.

In prologo senten. Tex.3. Addit Beatus Tho.discursum,nunc quæro,istæ species in quo actu sunt;non in primo,quia hæ species nõ intelliguntur:non in secundo,nec in tertio,quandoquidem species non est compositio,neque discursus: non ergo dantur istæ species.

3.de anima 39. Aureolus dixit esse necessarias species intelligibiles in intellectu, non tamen postmodum est necessarium remanere,nisi dum ipse intellectus intelligit,& hoc voluit expresse Arist.3.de anima dicens,quod sicuti se habet sensus ad sensibilia,ita intellectus ad intelligibilia, sed sensus postquam exercuit suam sensationem, non habet species sensibilium:ergo sic intellectus postquã exercuit suam intellectionem,non habet amplius species intelligibiles impressas,& subiectiue existentes in intellectu,remanentes post actum intelligendi,sed solum expressas,& obiectiue existentes in intellectu; cessant tamen cessante actu intelligendi,& hoc voluit Auerroes dicens, necesse est vt formæ sint existentes in intellectu secundum velocitatem,& rem velocis transmutationis non fixam &c.quam opinionem sequutus est Arcangelus mercenarius,& est opinio quoque Auicenn.lib.de sufficientia.

Arcangelus Mercenarius in dilucidationib. Auc. Lege D.Th. p.p.q.79.ar. 7.& 1.contr. gent.cap.75. Vide Scotũ in prologo. 1.sentent. & Egidium in hoc.lib.3. Rei tamen veritas est,quod species intelligibiles sũt necessariæ in intellectu ad intelligendum obiectum suum,& quod maneant cessante actuali intellectione, contra ipsum Arcang.& loquor de speciebus impressis , non expressis:quia,queadmodum materia retinet formam cessante actione agentis,sic etiam intellectus retinebit species cessante actu intelligendi,hanc veritatem tenet D.Thom.Scotus,Romanus Egidius , & omnes recte philosophantes,& Theologizantes,nam qui negat species,negat etiam animi immortalitatem, quia deficiẽte opere alicuius, deficit & illud, sed opus intellectus possibilis est recipere species,& intelligere per ipsas.demptis igitur speciebus intelligibilibus quid erit de intellectu? deficeret profecto,vel esset indeterminatus ad intelligendum,& non recordaretur rerum intellectarum,nec Philosophus discreparet à rustico , nec intellectus produceret suam intellectionem,& suũ actum,& multa alia inconuenientia confiteri cogũtur negantes species intelligibiles,de numero quorum est quidam familiaris nomine Niger, qui caret speciebus intelligibilibus in suo intellectu,ob hoc est determinatus ad quodlibet opus peragẽdũ , veluti Gnato de quo Terentius,ait aio,negat nego.

Niger male dictus.

Hi etiam auferũt vnum genus entium ab vniuerso, in quo oportet ponere quædam,quæ primo instituta sunt à natura vt sint,quamuis forte secundario alia repræsentet,& hæc dicimus res:quædam vero ad hoc primo instituta sunt naturaliter,vt alia repræsentet,& hæc nominamus intẽtiones rerum,& species intelligibiles, & sensibiles;negantes species intelligibiles hoc secundum genus entium auferunt,& tamen summe necessarium est hoc ponere,quia cognoscitiuum oportet esse nõ solum ipsum,sed & alia;intellectiuum vero omnia ex communi consensu Philosophorum conuenientiũ in hoc,quod simile simili cognoscitur:modo res secũdum seipsas non possunt esse in cognoscitiuo,quia lapis non est in anima,nec ipsum cognoscitiuum secũdũ suam naturalem substantiam finitam potest esse tantæ excellentiæ,vt habeat in se,vnde distincte sibi assimiletur res cognoscibiles secundum proprias earum rationes:vnde restat cũ nec esse naturę cognoscitiui sit ratio cognoscibilium,nec esse naturale rerum cognoscibilium sit secundum se in cognoscitiuo,vt à natura sit institutum hoc genus entium intentionale,quo intellectus cognoscitiuus sit res cognoscibilis. Vide Fne. quolib.5 q. 14.

Rationes aduersariorum non sunt alicuius momẽti, & prima ratio Gofred.soluitur dicendo,ꝙ intellectus ante intelligere non est in actu secundo,quia est pura potentia in genere intelligibilium,& per receptionem speciei intelligibilis productæ per actionẽ intellectus agentis constituitur in actu primo,& sic actuarius potest exire in actum secundum. Soluuntur rationes Gofred.

Ratio secunda soluitur distinguendo,quod recipiẽs duplex est,vnum realiter, & naturaliter,vt materia prima respectu formarum,alterum spiritualiter,& hoc duplex,alterum est recipiens spiritualiter tantum,vt intellectus,qui recipit vniuersaliter,alterum vero recipit spiritualiter intercedente tamen transmutatione reali, vt tactus; quando ergo dicitur,ꝙ si recipiens spiritualiter aliquam naturam eorum,quę recipere debet,secum admitteret,neutra illa inexistens aliorum receptionẽ impediret,sed non intelligitur de receptione simpliciter,sed de receptione perfecta,& cõpleta,quæ est receptio iudicatiua,amaritudo.n.existẽs linguæ nõ ĩpedit receptionẽ simpliciter aliorũ saporũ,sed iudiciũ;spẽs igitur intelligibiles hoc impedimẽtũ intellectui pbere nõ possunt.Productiuũ specierũ intelligibiliũ est phãtasma,cõcurrẽte tamẽ virtute intellectus agẽtis,vt satis patet ex Auctore in quæ.·ex quo soluitur ratio tertia. D.Tho p. p. q.85 ar 4.

Rationes quoque Bacconitani soluuntur ex his quę dicta sunt,quia nõ multiplicamus entia sine necessitate,immo natura ipsa cogitur ponere ens intẽtionale, vt cognoscitiuũ sit cognoscibiliũ,vt dictum est. Soluuntur rõnes Bacconita.

Ad dictum Arist.ꝙ in anima sunt facultas , passio, & habitus,dicimus,ꝙ non erat locus ille enumerandi species,quia moraliter loquebatur, sed in hoc 3.de anima expressit,vbi dixit animam esse locum specierum, & non lapis, sed species lapidis est in anima. Tex.6.

Ad id etiam quod adducitur de operationibus intellectus, dicimus , ꝙ est sermo de intellectu in actu primo,in quo iã habet species, quibus habitis exercet operationes illas.

Soluitur & ratio Aureoli,quia similitudo inter sensum,& intellectum consistit in hoc,ꝙ sicuti sensus patitur à sensibili,dum recipit speciem eius,ita & intellectus a suo intelligibili;licet non eodem modo, & sicut sensus est in potentia ad suum obiectum,ita & intellectus: sed differunt postea multipliciter,quoniam intellectus cognoscit vniuersale,sensus non,intellectus cognoscit obiectũ abstractũ à cõditionibus indiuiduantibus,sensus nõ,intellectus cognoscit substantias,& accidentia, sensus cognoscit nisi accidentia , & sic quoque in intellectu remanent species, in sensu autem non. Soluũtur rationes Aureoli. Differentia & conueniẽtia inter sensum & intellectum.

Cætera quæ hic essẽt dicẽda, vide Zimarã in quæst. de speciebus intelligibilibus,lege Capreol.2.sent.dist. 3.q.2.& Appollinar.3.de anima.q.7.lege Auctorẽ. 1. cont.gent.c.55.& 2.lib.c.69.& 162.& lib.3. cap. 49.

QVAE-

QVAESTIO IX.

Vtrum intellectum agentem in anima intellectiua ponere sit necesse.

Qnoniam autem, sicut in omni motu &c. Tex. XVII.

p.p.q.97.artic.3.

QVAERITVR nono, Vtrũ intellectũ agentem in anima intellectiua ponere sit necesse. Et videtur, quod non. Primo. Si anima intellectiua esset intellectus agens, tunc in homine aliquid nobilius intellectu possibili poneretur; hoc est falsum: ergo &c. Patet consequentia, quia agẽs est nobilius patiente. Falsitas autem consequentis probatur. Nulla est in homine nobilior operatio, quam intelligere. Vnde in hac operatione tanquam in nobilissima hominis operatione Philosoph. felicitatem ponit: ergo nulla est in homine virtus nobilior principio huius operationis: & huius est principiũ intellectus possibilis: ergo &c.

10.lib. Ethi. cap.8.& 10. scribitur hoc

Secundo. Sicut se habent sensibilia ad sensum, ita intelligibilia ad intellectum, vt dicit Phil. Sed ad hoc ꝙ sensibilia sentiantur, non requiritur sensus agẽs: ergo nec ad hoc vt intelligibilia intelligantur, requiritur intellectus agens.

3.de anima. Tex.3.

Non datur sensus agẽs.

Si dicatur, ꝙ alia ratione est de intellectu, & alia de sensu, quia sensibilia sunt actu sensibilia extra animam, intelligibilia autem extra animã nõ sunt actu intelligibilia.

Cõtra: ex hac respõsione videtur sequi, ꝙ intellect⁹ agẽs ponatur, vt faciat intelligibilia in actu. Sed hoc non potest stare, quia sicut se habet lumẽ ad colores, ita intellectus agens, si est ponendus ad intelligibilia, vt videtur velle Philos. Sed lumẽ non facit colores esse actu visibiles absolute, sed quodam modo: ergo nec intellectus agens facit intelligibilia esse actu intelligibilia. Minor probatur, quia visibilitas conuenit colori in secundo modo dicendi per se: ergo &c.

In hoc lib. Tex.18.

3.de anima. Tex.67.

Tertio. Si esset in anima intellectus agens, semp homo intelligeret: sed videmus hoc esse falsum: ergo &c. Probatur consequentia. Pręsente actiuo, & passiuo sibi proportionatis, semp sequitur actio, si actiuum sit agens naturale, vt dicitur 9. Meth. Sed intellectus agens si ponatur, est agens naturale, & intellectus possibilis est passiuũ sibi proportionatum: ergo intellectus agens semper aget in intellectum possibilem, causando species intelligibiles: sed prima intellectio per speciem non sub est imperio voluntatis, cum species sit naturaliter agens: ergo homo continue intelliget.

Tex.10.

Quarto: intellectus agens est substantia separata: ergo est potentia animę. Probatur antecedens auctoritate Phil. de ipso dicentis. Separatus autẽ est solum in hoc, quod vere est, idest in essendo, & hoc solum immortale, & perpetuum. Item ait qd̕ est substantia actu ens. Nihil autem respectu eiusdem est in actu, vt potentia: ergo cum anima sit potentia respectu intellectus possibilis in ipsa existentis, non poterit in ipsa esse intellectus agens. Item ibidem inquit, quod idem est secundum actum scientia rei. Quod Commen. exponens ait, quod in intellectu agente idem est intelligens, & intellectum, non autem in intellectu possibili: ergo intellectus agens est substantia separata. In solis enim separatis à materia idem est intelligens, & intellectum. Item ait quod intellectus agens nõ aliquando quidẽ intelligit, aliquando autem non intelligit, nihil autem tale est in nobis, ergo &c.

Tex.10. Tex.19. Comm.19. Tex.10.

Respondeo. Circa hanc difficultatem duo sunt facienda. Primo ponetur vna opinio falsa, & improbabitur. Secundo ponetur opinio vera.

In quæ. duo fiunt ab Auctore. Opinio Themist.

Quantum ad primum dicunt quidam, quod necesse est ponere intellectum agentem, vt sit immediatum principium actiuum intellectionis.

Pro qua positione supponunt primo, ꝙ species non est per se immediatum principium actiuum intellectionis: quia idem non potest esse immediatum principium agendi intellectionem, & recipiendi eandem. Species aut est immediatum principium recipiendi intellectionem. Nam cum intellectus immediate speciem recipiat, intellectionis actum immediate recipere non potest. Idem enim non est plurium actiuum, & immediate susceptiuum, & per consequens species intelligibilis erit immediatum principium receptiuũ intellectionis.

Secundo supponunt, ꝙ nec intellectus possibilis est immediatum principium intellectionis. Et probant, quia idem non potest esse principiũ actiuum, & receptiuũ actionis, est enim potentia actiua principium transmutandi aliud, non transmutandi se, vt dicitur 5. Metap. Sed intellectus possibilis, vt omnes concedunt, est principium receptiuum intellectionis: ergo nõ est principiũ actiuum eiusdem. Tunc arguitur sic. Immediatum principium actiuũ intellectionis, aut est intellectus possibilis, aut species intelligibilis, aut intellectus agens. Non species intelligibilis, nec intellectus possibilis. ergo erit intellectus agens.

Cap de potestate.

Huic, vt dicunt, fauent verba Phil. dicentis, ꝙ intellectus possibilis est, quo est omnia fieri. i. est receptiuum omnium intellectionũ, & ꝙ intellectus agens est, quo est omnia facere, idest qui facit omnes intellectiones.

3.de anima. Tex.18.

Sed quia ista opinio est contra veritatem, & cõtra mentem Philos. & procedit ex falsis fundamẽtis: ideo arguam cõtra conclusionem primo. Deinde contra supposita & rationem.

Contra conclusionem primo arguitur sic. Si intellectus agens esset immediatum actiuum principium intellectionis, intelligere non esset operatio immanens, sed hoc est contra Philos. 9. Meta. ergo &c. Probatur consequentia, quia intelligere non reciperetur in agente: recipitur enim in intel-

Intellectu agẽs non e. immediate principium intellectionis. Tex.16.

lectu

lectu possibili, & non in intellectu agente, vt concedunt.

Ad hanc rationem respondetur, ꝙ actionem esse immanentem potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia recipitur in suo per se agente immediato, & hoc est impossibile, quia potentia actiua non est principiũ transmutandi se, sed aliud. Alio modo, quia principium actiuũ eius & immediatũ est coniunctum secundum esse etiam principio receptiuo eius, & hoc modo intelligere est actio immanens, quia intellectus agens, & intellectus possibilis sunt vniti secundum esse.

Contra istam respõsionem arguitur. Quia si ad operationem immanẽtem sufficit, ꝙ principium actiuum, & passiuum sint vnita secundum esse, tũc omnes operationes nutritiuæ, & augmẽtatiuæ essent operationes immanentes, quia corpus in qđ agunt, & ipsæ potentię vniuntur secundum esse, ꝙ nullus concederet.

In omnibus tribus libris hoc reperitur.

Secundo arguitur ad conclusionem ex verbis Philosoph. Operari non attribuitur nisi producẽti operationem, sed Philosophus per totum librũ de anima attribuit intelligere intellectui possibili, non autem intellectui agenti: ergo &c.

Respondetur, quod Philoso. cum dicit intellectum intelligere, non aliud intendit, nisi ꝙ recipit intellectionem.

Tex. 8.

Sed contra. Quia eadem ratione possemus dicere, ꝙ lignum calefacit, quia recipit calefactionẽ ab igne.

Præterea: ista expositio est contra mentem Philo. & Comment. in illo text. Cum autem fit &c. dicit Philos. tunc intellectum esse in actu, quando potest per seipsum operari. Vbi expresse vult, intellectum factum in actu per speciem intelligibilem, esse productiuum intellectionis.

Si dicatur, ꝙ per illa verba Philoso. nihil aliud vult, nisi ꝙ intellectus factus in actu per speciem, est in vltima dispositione, & in potentia propinqua ad recipiendum intellectionem, non autem antequam habeat speciem, ideo subiungit Phi. ꝙ tunc est in potentia, sed aliter tamen quam ante addiscere.

Obiectio.

Hoc inquam non valet, quia si sic intenderet, non diceret, quia tunc potest per seipsum operari. Nam ly p se ipsum, denotat ipsum tunc posse producere intellectionem. Hoc etiam est expresse cõtra mentem Commen. exponens enim quod dicit Philos. intellectum factum in actu posse per se ipsum operari, dicit. Et hoc quod dixit, est differẽtia inter virtutes agẽtes propinquas, & remotas: propinquæ enim actui sunt, quæ agunt per se, & non in actum, remotæ autem indigent. Ex quibus verbis satis clarum est Comment. in ista diuisione loqui de potentijs actiuis, & velle illa verba sic esse intelligenda, scilicet ꝙ intellectus factus in actu potest per seipsum producere actum intelligendi. Alioquin illam diuisionem non ex verbis Philosophi deduceret.

Cõclusio. 1.

Quomodo species intelligibilis & intellectus possibilis sint actiua intellectionis.

Quantum autem ad ea quæ supponit ista ratio

Dicitur primo: quòd si intelligat neque speciẽ intelligibilem solam, neque etiam solum intellectum possibilem esse immediatum principium intellectionis productiuũ, supposita vera sunt, sed tunc argumentum non concludit. Dicitur enim quod neque species sola producit immediate intellectionẽ, neque solus intellect⁹ possibilis, neq; ĩtellect⁹ agẽs, sed intellectus in actu primo cõstitutus, i. intellectus possibilis, & spẽs intelligibilis, ita quod intellectus possibilis, & species simul sũt cã totalis immediata, species autem est causa partialis, & similiter intellectus possibilis.

Dicitur secundo, quòd si intelligatur neque intellectum, neque speciem esse causam partialem actiuam, de necessitate requisitam ad productionem intellectionis, ambo præsupposita sunt falsa.

Ostenditur quod supposita sunt falsa.

Primum quidem est falsum, quia nulla esset ratio ponendi speciem intelligibilem. Ad hoc enim quod potentia sit receptiua, licet requiratur aliqua dispositio, non tamen requiritur forma reprę sentãs aliam rẽ in esse cognoscibili, & sic ad hoc quòd intellectus recipiat ab intellectu agente intellectionem, nihil facit repræsentatio, quæ fit per speciem; ergo illa species erit superflua. Nec valet probatio, quia falsum est, quod eadem potentia non sit immediate receptiua plurium formarum, siue plurium actuum, quando sunt diuersarum rationum, sicut sũt species, & intellectio. Eadem. n. magnitudo est immediate receptiua albedinis, & caliditatis. Intellectus ergo immediate idest sine dispositione materiali media recipit speciem, & intellectionem, licet intellectio præsupponat speciem in intellectu, non sicut dispositionem materialem intellectus, sed sicut principium formale productiuum intellectus.

Secundum etiam suppositum falsum est, ꝙ sicut supra probatum est.

Soluitur ratio in oppositum.

Ad probationem dicitur primo, quòd idem nõ potest esse totale productiuum alicuius, & receptiuum eius, sed bene potest esse principium partiale productiuum.

Dicitur secundo, quod illa diffinitio potentiæ est diffinitio potentiæ actiuæ transmutatiuæ per motum, & veram mutationem. Intellectus autem non est talis potentia.

Dicitur tertio, quòd posito quod illa esset diffinitio vniuersaliter potentiæ actiuæ, sic est intelligenda, quòd potentia actiua est principium trãsmutandi aliud inquantum aliud. Vnde nihil prohibet idem esse sui ipsius transmutatiuum, tamen aliter & aliter. Sic in proposito intellectus vt actu habẽs speciem intelligibilem, trãsmutat seipsum, solum, inquãtum est potentia actus secundi receptiua.

5. Metaphy. cap. de potentia.

Quantum ad secundum dicitur, quod necesse est ponere intellectum agentem, ad hoc vt faciat intelligibilia in actu, hoc autem facit agendo in phantasmata, & in intellectum possibilem.

Necesse est ponere intellectum agẽtem.

Oportet ergo hic tria declarare. Primo quomodo faciat intelligibilia in actu. Secundo quomodo agat in phãtasmata. Tertio quomodo agat in intellectum possibilem.

Quantum ad primum sciendum primo, quod differentia fuit inter Platonem & Aristotel. vt in multis libris Aristot. patet, quia Plato posuit naturas vniuersales subsistere extra singularia, sicut naturã humanam extra omnem hominem, & naturam

Differentia iter Platonẽ & Arist. ex 7. metaphysic. tex. 30.

turam specificam equi extra omnes equos; Arist. autem posuit naturam vniuersalem non subsistere extra singularia. Non enim est natura humana, nisi in Sorte, & Platone & alijs indiuiduis hominis, & sic de alijs naturis, eo quòd non sint actu à conditionibus materialibus, secundum quas mutationi substant, depurata. Intellectus.n. absque materialibus conditionibus intelligit.

Quæ intelligibilia actu & potentia.

Sciendum secundo, quòd aliqua sunt intelligibilia in actu, aliqua intelligibilia in potentia. Illa dicuntur intelligibilia in potētia, quæ ex se nō possunt ab intellectu intelligi, eoquod nō sint actu à conditionibus materialibus, secūdum quas mutationi substāt, depurata; intellectus.n. absque materialibus conditionibus intelligit, sed indigēt aliquo alio agente depurāte, & ista sunt quæ sunt in materia, q̄a spēs quæ sunt in intellectu, vniuersaliter repræsentant, res autem quæ est in materia, est particularizata per aliquid, quod est extra rationē quidditatis, scilicet per cōditiones materiales: modo res totaliter particulata p se directe intelligi non potest, & ideo omnis quidditas materialis secundum esse quod habet in materia, est intelligibilis in potentia. Illa autem sunt actu intelligibilia, quę non indigent aliquo alio agente ad hoc vt intelligantur, quia scilicet ex se sufficienter sunt in actu à materialibus conditionibus depurata, & sunt naturæ abstractæ a materia, quæ non ex aliquo extrinseco, sed ex seipsis sunt indiuiduæ. Sequitur ex hoc non oportere esse aliquam virtutē secundum Platonem, quæ quidditates materialiū rerum actu intelligibiles faciat, cū ponat eas à materia separatas. Sed secundum Arist. oportet ponere aliam virtutem agētem, cum eas in materia esse ponat. Cum ergo quæritur quomodo intellectus agens faciat quidditates materiales intelligibiles actu: Dicitur, quod non est sic intelligendum, quasi ipsam quidditatem materialem, q̄ intelligitur secundum esse à conditionibus naturalibus abstrahat, ponatque eam sic abstractam in prospectu intellectus possibilis, quia vniuersale secundum esse à singularibus abstrahi non potest. Aut quia in ipso phantasmate relucere naturam quidditatis absque principijs indiuiduantibus faciat. Non enim phantasmata intellectui tanquā res primo cognita obijciuntur, vt in ipsis ab intellectu cognitis naturæ vniuersales inspiciantur: sed quia causat in intellectu possibili speciem quidditatis materialis, per quam ipsa quidditas est actu intelligibilis, eo q̄ talis species quidditatem sine conditionibus materialibus repræsentat. Vnde cū intellectus speciem alicuius quidditatis habet, nō indiget amplius illa quidditas agente extrinseco, ad hoc vt intelligatur.

Quomodo intellectus facit quidditates materiales intelligibiles.

Dupliciter intellectus agēs in phātasmata agit.

Quantum ad secundum, scilicet quomodo intellectus agens agat in phātasmata, dicitur, quod intellectus agens agit in phantasmata dupliciter, scilicet aliquid eis influendo in eorum generatione, & ab eis aliquid abstrahendo.

Pro declaratione primi sciendum, q̄ cum animæ adinuicem ordinentur sicut figuræ, sic inquā, q̄ prior, & imperfectior in perfectiori cōtinetur. Virtutes enim imperfectiores, ex eo quod perfectioribus vniuntur, quandam perfectionem consequuntur, quam separatæ ab eis non habēt. Virtus enim extimatiua in homine ex eo quod in eadem essentia animæ cum intellectu radicatur, hāc perfectionem habet, q̄ de particularibus discurrere & ratiocinari potest, vnde etiam particularis ratio dicitur, quam perfectionem non habet extimatiua separata ab intellectu, scilicet ea quę est in brutis. Similiter imaginatiua hominis habet hāc perfectionem, vt phantasmata in ipsa recepta sint habilia ad hoc, vt possint concurrere, sicut causa partialis ad causandum speciem intelligibilem in intellectu, hanc autem perfectionem non habet imaginatiua brutorum.

Intellectus agens non agit influendo post generatione phātasmatū.

Dico igitur primo, q̄ intellectus agens non agit in phantasmata, aliquid eis influendo postquam generata sunt: sed agit in eis in eorum generatione aliquid influendo, inquantum dat sibi virtutem, ex eo quòd recipiuntur in virtute radicata in eadem essentia animę cum ipso intellectu agēte, vt sicut causa partialis ad mouendum intellectum possibilem secum concurrere possint.

Dico secundo, q̄ illa virtus non est aliquid distinctum essentialiter à phātasmate. Ad hoc enim quòd moueat intellectum possibilem, oportet q̄ in essentia sua aliquid de lumine intellectus agentis participet. Sicut color non posset mouere visū, nisi aliquid essentialiter de corporali lumine participaret. Mouet ergo phantasma intellectū, nō p virtutem superadditam essentiæ suæ, sed quia sua essentia propter coniunctionem sui subiecti cum intellectu agente tantam adipiscitur perfectionē, vt possit mouere intellectum, hæc autē perfectio essentialis est quædam participatio luminis intellectus agentis.

Quomodo intellectus agens agat abstrahendo vide.

Pro declaratione secundi, scilicet quomodo agat abstrahendo à phantasmatibus. Sciēdum primo, q̄ in phantasmatibus sunt species intelligibiles non in actu, sed tantum in potentia. Hoc autē non est sic intelligendum, quasi species intelligibiles sint in phātasmatibus in potentia passiua: hoc enim modo sunt in potentia in intellectu potētiali, sed dicuntur in phantasmatibus, tanquam in potentia actiua potentialiter contineri, quia.s. phantasmata habent virtutem eas producendi.

Sciendum secūdo, q̄ ea res quæ ex se effectum producere non potest, ad hoc vt exeat in actum, oportet vt ab aliquo alio agente iuuetur, sicut si vnus homo ex se non sufficit trahere nauem, nunquam poterit hunc effectum efficere, nisi ab alio adiuuetur, & tunc si agens adiuuans sit agens principale, dicitur formam de potentia actiua imperfecti agentis educere, sicut si puero volenti alterum ense percutere, & non potenti, homo fortis auxiliū ferat, dicetur iste de potentia actiua pueri percussionem eduxisse.

Quomodo intellectus agens agit in intellectū possibilem. Lege hic.

Dicitur ergo q̄ intellectus agens agit in phantasmata abstrahendo species intelligibiles ab ipsis, quia scilicet species intelligibiles de potentia phantasmatis educit, dando scilicet phantasmatibus virtutem tales species producendi, & simul cum phantasmatibus illas species tanquam causa principalis producendo.

Quantum ad tertiū principale. Dicitur primo, quod intellectus agens agit in intellectum possibilem cau-

lem causādo species intelligibiles, quatenus qd ditates materiales actu intelligibiles fiunt.

Dicitur secūdo, quod intellectus agēs agit illas species in intellectu non per se tanquam causa totalis, sed tanquam causa partialis. Ad causandum enim tales species concurrit & intellectus agens & phantasma. Intellectus agens, sicut agens principale, & primum; phantasma autem sicut agens instrumentale, & secundarium. Facit itaque intellectus agens quidditates materiales actu intelligibiles, agendo in intellectum possibilem, & in phātasmata modo dicto.

Istis declaratis probatur conclusio, scilicet qđ necesse est ponere intellectum agentem ratione Philosophi.

In omni natura, quæ.s.quandoque est in potentia, & quandoque in actu, oportet ponere aliquid quasi materia, ꝙ sit in potentia ad oīa quæ sunt illius generis, & aliquid quod sit agens reducens potentiam ad actum. Sed anima secundum partē intellectiuam quandoque est in potentia, & quandoque in actu: ergo oportet in anima intellectiua esse aliquid quasi materia quod sit in potentia ad omnia intelligibilia, & iste est intellectus possibilis, & aliquid quasi agens quod reducat talem potentiam ad actum, & iste dicitur intellectus agēs.

Ad euidentiam huius rationis sciendum est, ꝙ secundum communem omnium expositionem, nomine naturæ, & nomine generis idem videtur intelligere Aristo. dum ait. Quoniam autem sicut in omni natura, est aliquid hoc quidem materia vnicuique generi &c. Est enim sensus, quod in omni natura siue in omni genere rerum, quod idē est, est aliquid sicut materia quod est omnia illius generis, aliquid verò sicut agens, & productiuum omnium formarum generis talis naturæ. At qa non dicit Aristotel. Quoniam in omni natura est aliquid &c. Sed quoniam sicut in omni natura, vbi se aliquam similitudinem, & comparationem, ante conclusionem inferendam ponere velle ostēdit, videtur mihi quod non pro eodem, sed pro diuersis naturam, & genus accipiat, ponatque inter illa similitudinem, & cōparationē, ex qua infert, quod necesse est in anima illas duas differentias esse. Nam nisi sic accipiatur, pendet constructio, sensusque totius illius illationis est imperfectus. Per naturam enim videtur accipere Philosop. substantiam materialem quę de potentia in actum ꝓducitur; per genus vero omnem aliam quidditatē siue genericā, siue specificam. Vnde sic pūctuāda est litera. Quoniam autem, sicut in omni natura, est aliquid hoc quidem materia vnicuique generi, hoc autem est potentia omnia illa, alterum autem causa, & factiuum &c. Et est sensus. Quoniam in omni genere, & natura rerum, sicut & in omni substantia materiali producibili de potentia in actū, ē aliqd sicut materia ꝓpria illius generis, & aliqd sicut ꝓpria eius causa ꝓductiua, necesse ē & in anima has differētias esse aliquid.s. sicut materia, aliquid vero sicut agens, & ita sensus habetur perfectus, perfectaque constructio.

Est autem illa comparatio aliarum rerum ad substantias materiales verissima. Nam & in naturalibus, & artificialibus, & intellectualibus est verum, vt inquit Comm. ꝙ in ipsis sunt tria, scilicet agens, patiens, & factum. Comm. 17. huius lib.

Cæterum attendendum est, ꝙ illa propositio, super qua dicta comparatio fundatur in naturis duntaxat in suo genere perfectis est intelligenda, non autem in naturis imperfectis. Ad productionem enim naturarum etiam substantiarum, verbi gratia ad productionem vermis quod in genere animalis est imperfectum quoddam, non requiritur agens perfectum, & vniuocum, sed agens vniuersale sufficit. ad naturas autem perfectas in suo genere non solum propria materia, sed & propriū atque vniuocum agēs exigitur, ad equi enim productionem equi semen exigitur. Similiter ad scāni productionem ars factiua scamni, & ad productionem intellectus in actu agens qui sit intellectus.

Sed tunc dubium occurrit. Nam ex istis Arist. verbis hoc modo expositis non videtur haberi, ꝙ intellectus agens animæ intellectiuæ potentia, & proprietas sit quod tamen Arist. secundum communiorem opinionem videtur intēdere. Nam ex ista comparationis interpretatione, nihil aliud habetur, quam ꝙ omnis natura, & quidditas perfecta, quæ de pōia in actū educit, propriā materiā, propriumque productiuum habet, non autem ꝙ talis materia, taleque agens sit potentia, & virtus siue accidens talis naturæ. Et ideo sequeretur quidem, ꝙ ad hoc vt fiat intellectus in actu, siue anima, secundum quod in actu primo intellectiua fieri potest, aliquem intellectu agentem requirat, à quo de potentia reducatur in actum, non autem quod intellectus agens eius potentia, eiusque accidens sit. Dubitatio Pulc̄ra.

Respōdetur, quod si diligenter verba, & mens Philosophi considerentur, videbitur quod non solū cōcluditur oportere dari intellectum agētem, sed etiam sic oportere dari, vt potētia, & pars animæ intellectiuæ sit; Nam cum agens proximum, & proprium vniuscuiusque perfectæ naturæ, eiusdem speciei esse debeat cum eo, quod efficitur, & cum eo, ꝙ in tali natura materiæ locum tenet, rā & sanguis, & semen equi, & equus productus eiusdem speciei sunt: hic quidē sicut indiuiduum, illa vero sicut causæ, & principia indiuidui, necesse est, vt & intellectus in actu, & intellectus possibilis, qui materiæ locum tenet, & intellectus agens, quod proprium est actiuum, eiusdem sint speciei, & ideo cum tam intellectus in actu, quam intellectus possibilis, accidētia animæ sint, necesse est, vt & intellectus agens accidens sit animæ. Si enim illa animæ essent accidentia, & intellectus agēs substātia esset separata, vnius speciei esse nō possent. Quomodo ratio tec. 17. non modo dari intellectū agētem, sed ipsum esse potētiam animæ, concludit.

Præterea hæc Arist. ratio supponit id, quod superius est determinatum.s. ꝙ anima in seipsa tanquam proprietates habet illas virtutes, quæ ad intelligendum exiguntur, dum potētias animæ enumerando posuit intellectiuum in secundo, & in tertio, id quod intelligit anima, partē eius dixit, inquiens: De parte autē animę, quę intelligit, & sapit. Et ideo cum probauit ad intelligendum intellectum agentem opus esse, relinquitur illum animæ potentiam esse. Vnde intellectum possibilem, & intellectum agētem differentias esse animę cō- Quid supponat rō Arist.

cludit inquiens,quod necesse est in anima has differentias esse.

Lect. 10. in exp. Tex. 19. Confirmatur ratione,quam S.Thom .adducit. Nam vnicuique naturæ perfectæ data sunt principia,quibus suã possit operationem explere,alioqn non esset à natura sufficienter instituta,constat autem ꝙ intelligere propria est hominis operatio , & ex ratione adducta , quòd talis operatio neque sine intellectu possibili rerũ species in se recipere,neque sine intellectu huiusmodi species abstrahente expleri potest,ideo necesse est,vt vterq; animæ virtus,& potentia sit.

Vide ꝗ fuerit intentio Ar. de intellectu agente. Confirmatur quoque,ꝙ hæc fuerit Arist.intentio,quia de ipso intellectu agente loquens dicit,ꝙ est sicut habitus quidam,& lumen, constat enim ꝙ nomine habitus non significatur aliquid per se subsistens,sed id quod est habentis:ergo &c.

Ad hoc aũt dicunt quidam,ꝙ intellectus agens habitui,& lumini assimilatur,non in se,& absolute,sed quantum ad modum agendi,idest in operãdo quando volumus;ideo nõ sequitur,si habitus est in nobis,ꝙ similiter intellectus agens sit in nobis,non substantia separata.

Sed ꝙ ista responsio nulla sit, ostenditur in illa etiam interpretatione admissa. Arguitur enim sic. Id quo vtimur,quando volumus,non est substantia separata,sed est in nobis. Nõ enim opatio formę à materia separatę,& superioris ordinis existẽtis,in nostra est potestate,vt illum ꝓ arbitrio nostro exercere valeamus. Sed per hanc responsionẽ intellectu agẽte vtimur,quãdo volumus:ergo &c.

Intellectus agens est nobilior possibili. Ad rationes in oppositum respondetur.

Ad primum dicitur,negando falsitatem consequentis:intellectus enim agens est nobilior intellectu possibili. Ad probationem dicitur primo,ꝙ intelligere,licet sit operatio intellectus possibilis immediate,tamen primo est intellectus agẽtis,qa intellectus agens dat intellectui formam,per quã intelligit;dans autem formam dat etiam motum talem formam consequentem.

Differentia inter speciẽ sensibilẽ, & intelligibilẽ. Dicitur secundo, ꝙ illa consequentia est falsa, intelligere est nobilissima operatio hominis,ergo nulla est potentia nobilior principio huius operationis,loquendo de principio aut primo, sicut est intellectus agẽs:aut totali,sicut ẽ intellectus agẽs, & intelligibile per suam speciẽ,& intellectus possibilis simul.

Ad secũdum dicitur primo,sicut ibi dicebatur.

Dicitur secundo,ꝙ aliter est de intellectu,& aliter de sensu,forma.n.quæ recipitur in sensu , est eiusdem generis cum forma,quæ est in re sensibili, ideo sensibile per se potest causare speciem in sensu,& non indiget aliquo alio agente. Nam vtraq.est aliquo modo materialis,cum species in sensu à cõditionibus materialibus non sit abstracta. Species autem quæ est in intellectu, est omnino immaterialis:ideo alterius generis est,& alterius ordinis à forma intelligibili,quæ extra intellectũ materialis est:& quia nulla forma potest agere vltra suum genus,ideo res intelligibilis,quę est extra intellectum,per se causare speciem in intellectu non potest,sed requiritur intellectus agens.

Ad probationem primæ responsionis dicitur, ꝙ illa propositio habet veritatem quantũ ad hoc, quod sicut colores non possunt videri sine lumine,ita nec intelligibilia intelligi sine intellectu agente possunt:tamẽ propter aliud ponitur intellectus agens,& propter aliud lumẽ. Intellectus.n. agens ponitur,& requiritur ad intelligendum, vt intelligibilia in potentia actu intelligibilia faciat: lumen vero requiritur,vt diaphanum in actu constituat,vt à colore moueri possit.

Ad tertium negatur consequentia.

Ad probationẽ dicitur,ꝙ intellectus agens nõ est totale actiuum respectu intellectus possibilis, ideo poterit aliquando non agere,quia contingit vt phantasma,quod est eius instrumentum necessarium,aliquando sufficienter in actu non sit.

Ad quartum dicitur primo secundum S.Th.ꝙ dictum illud non est tantum de intellectu agente intelligendum,sed de tota parte intellectiua,quæ & intellectum possibilẽ, & intellectũ agentem includit. Non.n. de solo intellectu agente dicuntur, qa hoc iã & de intellectu possibili dictũ fuerat:nõ ẽt de solo intellectu possibili, qa iã idem dixerat de agẽte,iõ de tota parte intellectiua est intelligẽdũ,ꝙ est a corporali organo separata,ex quo sequitur ꝙ est immortalis,& perpetua, vt inferius ostendetur. Speculatio notabilis. Lect. 10.

Dicitur secundo, ꝙ sensus illorum verborum non est,intellectum esse separatum in essendo:sed cum nomen intellectus proprie partem intellectiuam significet,improprie autem,& transumptiue de virtute cogitatiua dicatur,ne aliquis existimaret,quod dictum est de parte intellectiua,etiã de cogitatiua intelligendum esse,dicit,ꝙ intellectus est separatus tantum,quantum ad illud quod vere est,idest quod proprie intellectus dicitur, non autem quantum ad illud,quod improprie intellectus appellatur. Nã ꝙ latinus interpres dixit, qđ vere est,in Græco habetur hoperesti. Hæc autem particula,per,dictioni addita,(vt Suidas in suis colectaneis habet,& Simplicius, Adrastusque in 1.Phy.)proprietatem significationis significat , Ideo sensus est. Intellectus autem separatus est solum secundum hoc, quod proprie est intellectus. Comm. 36.

Ad aliam auctoritatem dr̃ ꝙ loquitur Arist.nõ de separatione à corpore,sed ab organo corporali,id quod etiã de intellectu possibili superius dixerat. Nam cum agens(vt ait)sit nobilius patiente,& actiuũ materia,necesse est,si intellectus possibilis est ab organo separatus, qđ multo magis hòc intellectui agenti conueniat.

Ad aliam dicitur,ꝙ non est inconueniens, animam & in potentia, & in actu esse secundum diuersas sui potentias.

Ad aliam dicitur primo de mente S.Tho.quod expositio Commen.contra mentem Arist.est,scilicet quod intellectus possibilis in actu non sit ipsum intelligibile,cum hoc asseruit superius Philoso.immo & sensum in actu idem sensibili in actu dixerit superius. Respõsio D. Tho. 2 cont. gent. ca. 78.

Dicitur secundo ꝙ illa verba nõ dicit Arist. de intellectu agente,sed de intellectu in actu. Postquam.n.de intellectu agente determinauerat, de intellectu in actu agẽdum erat. Cuius primam differentiam ab intellectu possibili superius positũ replicat:qa intellectus in actu,siue scientia in actu est idem Te. 14. & 15.

est idem rei scitæ, non autem intellectus possibilis. Secundam vero, quia intellectus in potētia est prior tempore in eodem intellectu in actu, licet simpliciter sit econtrario. Ex ipsis autem Aristo. verbis apparet non esse eius mentem, quod obiectum scientiæ intellectus agentis sit ipsamet. Nā non dicit, quod intellect⁹ agens, aut eius scientia sit idem rei, sed absolute, quasi nouū propositum assumens: Idem autem secundum actum scientia rei, quæ vero secundum potentiam tempore prior in vno est.

Quomodo vnus intellectus ē prior altero.

Ad aliam dicitur, quod verba illa de intellectu in actu, non autem de intellectu in potentia sunt intelligenda. Hæc enim est alia differentia, qua intellectus in actu ab intellectu in potentia differt, quia inquam intellectus possibilis quandoque intelligit, quādoque non intelligit, non autem intellectus in actu, quia est ipsum actu intellectum. Instant autem quidam dicentes, quod à nullius mēte tanquam dubium excludendum erat, quod intellectus in actu secundo non quandoq. intelligit, quandoque non intelligit, quia hoc certum est de omni operante inquantum huiusmodi, quod nō quandoque operatur, non quandoque non operatur: ideo de intellectu in actu non sunt hæc verba intelligenda.

Dubitatio difficilis speculationis.

Sed respondetur, quod non est hoc ab Aristotele dictum, quasi apud aliquos dubium esset, an intellectus in actu quandoque intelligat, quandoque non intelligat. Sed quia, vt inquit Sanctus Thom. cum propositum sibi esset, differentias inter intellectum in actu, & intellectum possibilem enarrare, post quam duas explicauit differentias, tertiam tanquam manifestam subiūgit, ꝙ intellectus in actu non quandoque intelligit, quādoque non intelligit, sicut intellectus possibilis.

Vide in q5. disp de spiritualib. creaturis ar. 10.

Attendendum autem, quòd si de intellectu agēte prædicta verba exponantur, sic intelligēda sunt vt inquit Sanctus Thom. quod non est ex parte intellectus agentis, quod quandoque intelligimus, quandoque nō, sed ex parte intellectus possibilis.

Addi.

p p. q. 79. art. 4.

ADDITIO

De necessitate intellectus agentis

CIRCA necessitatem intellectus agentis variæ extiterunt philosophorum sententiæ, inter Græcos, Arabes, & Latinos: Alexander posuit intellectum agentem esse Deum, propter hoc, quia sicut Deus semper intelligit, & omnia facit, & sua actio est eius substantia, ita & intellectus agens: & dixit ipsum esse necessarium ad illuminandum intelligibilia, & ipsam animam intellectiuam. Siquidē vult Philosophus, quod intellectus agēs ita se habet ad animam intellectiuam, sicut se habet agens in rebus naturalibus, & ars ad artificialia, sed in rebus naturalibus agens non est pars intrinseca, quæ vna cum materia rem naturalem constituat, neque ars est pars rei artificialis, & sic neque intellectus agens habet rationem partis, sed solum rationem agentis, & architecti, qui est separatus à rebus arte factis.

Opin. Alex.

Opin Theophr.

Themistius, & Theophrastus posuerunt quoque intellectum agentem esse substantiam separatam, & vniri intellectui possibili, & speculatiuo, quia omnes hos tres intellectus, s. agentem, possibilem, & speculatiuū, æternos, & separatos asserunt, & est necessarius intellectus agēs, vt tangat possibilem, & speculatiuum, non tactu corporali, sed spirituali: sed de his opinionib. occurit mihi, quod Propheta in excessu mētis dixit, omnis homo mendax, & si hoc est verum in omnibus hominibus, multo magis Græcis est peculiare atque domesticum vitium, scilicet mētiri, quemadmodum Poeta inquit; & crimine ab vno disce omnes, & sapientissimus Paulus: Cretenses semper mendaces, &c.

Inter Arabes fuit Auicennas, qui posuit intellectum agentem colchodeam, & esse necessarium ad producendum species intelligibiles in intellectu possibili.

In sua metaphy. cap. 4. in Epistola de luce.

Auempace tamen voluit intellectum agentem esse necessarium ad producendum quoddam lumen in ipsis phantasmatibus, quibus illustratis efficiātur intelligibilia, & sic apparent res vniuersales. Auerr. vt imponit sibi Iandunus, asseruit intellectum agentem necessarium, vt sit principium actiuum intellectionis in intellectu possibili: quia intellectus agens, & intellectus possibilis sunt duæ substantiæ realiter distinctæ, animam intellectiuam constituentes, quæ ita se habent, quod intellectus possibilis solum intellectionem recipit, intellectus autem agens producit intellectionem.

Opin. Auer. 3. de anim. et q. 13.

Hi viri quoque sunt mendaces, & falsi, & nedum secundum veritatem, quam pro comperto habemus, sed in via Aristot. quippe qui dixit, quod in omni natura, idest in omni effectu, & re facta sunt duo principia necessaria; vnum vt materia, quæ fit in potentia omnia illius generis; alterum efficiens, quod materiam in actum redigat, quod sit vt ars ad materiam suam: sed intelligere est quid effectum: igitur hæc duo principia, quorum vnum est materia intellectionis, idest intellectus possibilis, alterum efficiens, ꝙ est intellectus agēs, & subdens officia vtriusque, ait, quod intellectus possibilis omnia fit, hoc est recipit species omnium, quibus factus similis intelligit ipsas: intellectus agens omnia facit, quia abstrahit species omnium, & se habet vt lumen ad colores.

Text 17.

Tex. 18.

Inter latinos quoque fuit controuersia de necessitate ipsius intellectus agentis. Quia Durandus de Sācto Portiano ordinis Prædicatorum negauit absolute intellectum agentem, asserendo ad intellectionem cōplendam sufficere intellectum possibilem cum phantasmatibus, quia si esset necessarius intellectus agens, vel hoc esset ratione operationis in phantasma, aut in intellectum possibilem, aut in vtrumque: sed nihil horum est, ergo frustra ponitur intellectus agens, probatur minor, ꝙ non in phantasma, quia nec influendo illi aliquid, nec abstrahendo ab eo aliquid, nec educendo de potentia eius: probatur etiā, quod non in intellectum possibilem, quia aut solus agit in illum, & hoc nō aut simul cum phantasmate, & hoc etiam non, tum quia si phantasma secundum se est impotens in intellectum agere, vtpote immaterialem, ergo erit impotēs quoque ad coagendum, quia non est mutatum, aut si secundum se erat potens, & sic non portet ponere intellectum agentem, sicut nec sensum agentem cū obiecto sensibili.

Opin. Dur. 1. sent. disti. 3. q. 5.

Godofredus presbyter aduersus Durandum asseruit intellectum agentem dari sed dixit ipsum effectiue non illuminare, sed tantum formaliter.

Opin. Godofre. 2. sen. di. 2 q. 3. Opinio Beati T. p. p. 79. artic. 4. & 19 disputatis in q. de anima. artic. 4.

Veritas tamen est, quod intellectus agens est necessarius propter tria, scilicet vt sua assistentia illuminet phantasmata, & vt transferat intelligibilia de ordine in ordinem, hoc est vt faciat intelligibilia in poten-

in potentia, intelligibilia in actu, vt producat speciem intelligibilem in intellectum possibilem per abstractionem a phantasmatibus, quia omne quod est in potentia, non potest reduci in actum, nisi per aliquid ens actu, sed intellectus noster possibilis est in potentia ad intelligibilia: ergo non reducitur in actum, nisi per intelligibile in actu, sed intelligibile in actu quo ad quidditates naturales non inuenitur in rebus, nisi secundum Platonem ponentem species, & ideas, & sic oportet fiat hoc intelligibile in actu: igitur oportet ponere virtutem factiuam, & hanc vocamus intellectum agentem, & ex hac ratione soluitur argumentum Dur. quia intellectus agens operatur, educendo de potentia phantasmatis non subiectiua, sed ministrali, & ideo eductum non est in eo, sed in potentia subiectiua, quæ est intellectus possibilis.

In quæst. de anima art. 4.

Soluitur Achilles.

Vnde præter phãtasma oportet ponere aliud agẽs, quia intelligibile in actu distat ab intelligibili in phantasmate genere, & nõ sicut vnus gradus alicuius generis ab alio eiusdem, vt in sensibili cõtingit, quia virum que est materiale, sed intelligibile actu immateriale esse oportet, & quando dicit, phantasma solum est impotens, ergo immutatum semper erit impotens, dicitur, quod in se non est mutatum, sed bene in ordine ad aliud, quæ mutatio consistit in hoc, quia primo erat solum agens, modo effectus est minister alterius, & ex hoc videmus, quod illud quod non possumus ex nobis, efficimus vt ministri superiorum, & hæc ratio conuincit omnes recte philosophantes; vana igitur est opinio Durandi, nec probabiliter sustineri potest: pace Francisci Tholeti dixerim, qui probabiliter substinet eã, quia sicut non habemus duas voluntates, nec duas memorias; nec duos appetitus, nec duas imaginationes, sed vnam, ita debemus fari de intellectu: sed ratio ista nulla est, quia non tot & tanta requirũtur ad volendũ, vel ad memorandum, appetendum ve, aut ad imaginandum, quanta requiruntur ad intelligendum, vt clare videri potest apud D. Thom. p. p. q. 83. per totam, & q. 79. per totam: veritatem hãc latius legere potes 3. p. q. 9. art. 4. & lib. 2. cont. gent. cap. 77. vbi Auctor ostendit, quomodo intellectus agens intelligibilia in potentia facit intelligibilia in actu, & eodem lib. videbis, quomodo assimilatur art. cap. 76. vide etiam Scotum primo dist. 3. q. 8. & Herueum 2. sent. dist. 17. q. 2. & Bacconitanum 1. sent. q. 2. prologi, & Conflatum in 2. vol. q. 79. artic. 4. Capreolum quoque 2. sentent. dist inct. 3. q. 1.

Lege D. Th. p. p. q. 54. artic. 4. ꝙ in Angelis nõ ponitur intellectus agens, neque possibilis, quia nõ sũt quandoque in actu, quandoque in potentia intelligentes.

Soluitur ratio Francisci Tholet.

QVAESTIO X.

Vtrum anima intellectiua sit æterna, & immortalis

Separatus autem est solum hoc, quod quidem est &c. Text. XX.

QVÆRITVR decimo, Vtrum anima intellectiua sit æterna & immortalis. Et videtur quòd non.

Primo. Forma quæ ad sui existentiã determinatas dispositiones requirit, est corruptibilis, illis enim corruptis desinit esse. Sed anima est huiusmodi: ergo. &c. Probatur minor. Proprius actus propriam materiam requirit, anima intellectiua est proprius actus corporis humani, quod dispositiones determinatas habet: ergo &c.

p. p. q. 75. artic. 9. & 2. sent. dist: 19. artic. 1. & 2. cont. gent. cap. 78.

Actus actiuorum sunt in paciente bene disposito.

Secundo. Cessante ratione existendi alicuius, illud amplius nõ est. Sed ratio existẽdi formę existenti in materia est, vt sit quo aliquid est: ergo hoc cessante amplius nõ est. Aut ergo oportet qđ compositum incorruptibile sit, aut quòd forma corrumpatur, dum desinit esse id quo aliquid est. Sed anima intellectiua est forma in materia, & homo corruptibilis est, & mortalis: ergo anima intellectiua corruptibilis est.

Nota punctum de ratione essendi animæ.

Tertio. Vnio animæ intellectiuæ ad materiam, aut est ipsa anima, aut eius accidens inseparabile. Si primum: ergo quando erit anima, erit vnio ad materiam, & econuerso, & quando vnio ad materiam non erit, anima intellectiua non erit; aut ergo homo erit incorruptibilis, si intellectus est incorruptibilis, aut anima corruptibilis erit. Si Secundum: non videtur quomodo accidens separabile duas possit vnire substantias, & eas manu tenere. Si tertium, nunquam intellectus à corpore poterit separari, & per consequens incorruptibilis erit.

Quarto: si anima est immortalis, corruptio hominis accidentalis corruptio erit, non autem substantialis, hoc autem est falsum: ergo &c. Probatur assumptum, quia principia eius essentialia incorruptibilia erunt. Nam & materia prima, vt dicitur 1. Physi. incorruptibilis est. *Tex 92.*

Quinto. Quod conuenit alicui secundum se, ab eo separari nõ potest. Sed formę materiali, qualis ponitur anima intellectiua, secundum se conuenit in materia esse: ergo non potest esse, nisi in materia, & per consequens separata manere non potest.

Sexto. Formæ quæ sunt in materia, & formæ omnino à materia separatæ idem secundum speciem esse non possunt, vt 7. Metha. dicitur: ergo eadem forma nunc in materia, nunc separata à materia esse non potest: ergo &c.

Septimo. Si anima intellectiua esset ęterna, eius essentia esset infinita: hoc est falsum: ergo &c. consequentia probatur. Sicut se habet virtus mouendi ad motum, ita virtus essendi ad esse. Sed ex perpetuitate motus arguit Philos. 8. Physi. & 12. Metha. infinitatem virtutis in primo motore: ergo ex perpetuitate essendi infinitas virtutes essendi argui potest, sed virtus infinita essentiam infinitam requirit: ergo &c. *7 physi. text 68 Et 11.*

Octauo. Si hoc esset, daretur infinitũ in actu: hoc est contra Philos. 3. Phisi. ergo &c. Probatur consequẽtia: Generatio hominis est æterna: ergo infiniti homines præcesserunt: ergo & infinitę animæ: ergo si anima est immortalis, dantur infinitæ animæ in actu. *Meth te. 41. Text. 56. & sequẽtibus.*

Nono. Sequeretur ꝙ resurrectio secundũ mentem Aristot. dabitur, hoc est contra Philosophũ 10. Metha. ponentem à priuatione ad habitum regressum non dari: ergo &c. Probatur consequentia dupliciter. Primo. Vniri corpori est animę naturale: ergo esse à corpore separatam, est sibi cõtra naturam, & violentum. Sed nullum violentum est perpetuum: ergo aliquando reunire *Te. 16. & in post prædica.*

tur: ergo &c. Secundo. Anima si manet à corpore separata, naturaliter vniri corpori desiderat, quia pars separata à toto est imperfecta; in toto autẽ suam perfectionem habet. Vnumquodque autem suam perfectionẽ desiderat. Sed naturale desiderium non potest esse frustra: ergo &c.

Argumẽtum de resurrectione.

Decimo. Anima separata non haberet suam operationem, quæ est intelligere: ergo non potest esse seperata: consequentia nota, quia nulla res sine sua propria operatione esse potest actus, vel potentia. Antecedens vero probatur, quia in anima separata phãtasmata esse non possunt, sine quibus intelligere non potest.

Vndecimo. Omnes partes, quæ possunt manere separatæ à toto, sunt elementa, idest partes materiales, vt dicitur 7. Meta. Sed anima non est elementum. ergo &c.

Text. 60.

Duodecimo. Nihil quod incæpit esse, est æternũ, vt habetur 1. Cæli cõtra Platonem. Sed anima intellectiua incipit esse; formæ enim non sunt ante materiam, vt dicitur 12. Metha. ergo &c.

Text. 102. Text. 16.

Tertiodecimo. Intellectus passiuus est corruptibilis, vt inquit Phil. ergo &c. Patet consequentia, quia non ponitur anima perpetua, nisi quia intellectum habet.

Text. 20.

Quartodecimo. Si intelligere est phantasia, aut non sine phantasia, non contingit animam separari, vt inquit Philosophus. Sed non est sine phantasia: nihil enim sine phantasmate intelligit anima: ergo &c.

1. de anima Text 12. Text 30. & 39.

Ad euidentiam huius difficultatis, Sciendum primo, ꝙ æternum dupliciter aliquid dici potest. Vno modo tam ex negatione principij, quam ex negatione finis suæ durationis, quia videlicet neque incæpit esse, neque desinet: sicut cælum secundum Arist. mentem. Alio modo ex negatione finis tantum, quia videlicet quamuis suę duratio nis initium habuerit, nunquam tamen esse desinet: sicut cælum secundum catholicam fidem. Hic non quęritur, an anima primo modo sit æterna, sed tantum an secundo modo.

Aeternũ dupliciter acci pi potest.

Sciendum secundo, ꝙ sicut mortale, & corruptibile dupliciter dicitur, ita immortale, & incorruptibile. Dicitur enim aliquid vno modo corruptibile, & mortale, quia in se principium aliquod habet, per quod ad corruptionem tendit, sicut equus, lapis, ceteraque id genus, & hoc proprie dicitur corruptibile. Per oppositum vero dicitur incorruptibile, quod nullum tale principium sibi intrinsecum habet, sicut cælum, & intelligentiæ. Alio modo dicitur aliquod corruptibile, & mortale, non quia intrinsecum aliquod principium habeat, per quod ad corruptionem tendat, sed quia per aliquod agens extrinsecum, aut agendo, aut ab actione cessando, desinere potest: sicut secundum catholicam fidem cęlum, & intelligẽtiæ. Per oppositum vero corruptibile, & immortale dicitur, quod à nullo etiam extrinseco agente ad nõ esse deduci potest, sicut Deus gloriosus. Non quęritur ergo hic; An anima intellectiua sit immortalis secundo modo, Sed tantum an primo modo sit incorruptibilis, & immortalis, tanquam videlicet nullum in se principium habẽs, per quod tendat ad non esse.

Nota subtilissimã doctrinam S. T. in p. p. quæst. 9.

Sed attendendum, ꝙ licet quod est hoc modo incorruptibile per se, desinere esse non possit, eorum tamen aliquod per accidẽs potest desinere, ad sui scilicet corruptionem subiecti. Nam omnis forma, quæ de potentia materię educitur, & secundum suum esse à materia depẽdet, licet per se corrumpi nõ possit, cum esse per se consequatur formam, per accidens tamen ad materię corruptionem in qua est, desinit esse. Quæritur ergo. Vtrũ anima ita sit immortalis & incorruptibilis, quòd neque per se, neque per accidens desinere possit.

Nota Punctum contra Auerr.

Sciendum tertio, ꝙ quæstio hęc moueri potest quantum ad Christianam fidem, & quãtum ad veram philosophiam, & quantum ad mentẽ Ar. scilicet, quid teneat fides, quid secundum veram philosophiam sit, quid senserit Arist. Non quæritur hic quid fides teneat. Constat enim quòd animam esse immortalem tenet. Non etiam quid sit secundum veram philosophiam dicendum. Probatur enim multipliciter à S. Tho. ex principijs naturali lumine intellectus notis, quod sit immortalis. Sed de opinione Aristot. quæritur, vtrum scilicet fuerit opinio Aristo. quod anima sit immortalis, an inquam hoc fuerit expresse dictum ab ipso, vel ex principijs ab eo positis haberi possit.

Sensus quæsiti.

1. Cõtra gentes cap. 55. & 79.

Istis suppositis ponitur hæc conclusio. Secundum mentem Aristotelis tenendum est, animam intellectiuam æternam, & immortalem esse, corruptoque homine remanere à corpore separatam.

Anima intellectiua est æterna & incorruptibilis per se & per accidens secundum Ar.

Probatur autem primo ex fundamento Arist. ponentis, quod si est aliquid animæ operum, aut passionum proprium, continget vtique eam separari, idest manere, & subsistere à corpore separatam. Si vero nullum est proprium ipsius, nõ vtique erit separabilis. Ex hoc itaque fundamento arguitur sic. Anima intellectiua habet propriam operationem, scilicet intelligere: ergo est à corpore separabilis, siue immortalis: consequentia nota ex Ar. fundamento. Antecedens vero probatur. Operatio quæ fit ab anima absque corporeo instrumẽto, est animæ ꝓpria. Nõ. n. animę corpus in tali operatione instrumentaliter communicat. Sed intelligere fit ab anima absque corporeo instrumento. Nam intellectus nullius corporei instrumenti est actus, sed est ab omni corporeo instrumento separatus: ergo &c.

2. de anima. Text. 11.

Dupliciter autem ad hanc rationem responderi posset.

Primo, quod illud Arist. fundamentum 1. de Anima, de separatione animæ quantum ad eius operationem est intelligendum, non autem de separatione eius à corpore.

1. de anima tex. 12. & 3. Tex. 6. Tex. 15.

Secundo, quod antecedens est falsum. Ad probationem vero dicitur, quòd secundum mentem Aristot. in illo loco, propria operatio animę illa dicitur, quæ non solum sine corporeo instrumento, sed etiam absque communicatione rei corporeæ omnino fit. Modo dicitur, quod licet intelligere absque organo corporali fiat, nõ fit tamẽ absque communicatione corporis omnino, nam

Tex.30. no, nam absque phantasmate non fit, vt dicitur 3. de anima; hoc autem ad corpus pertinere manifestum est.

Sco.4. dis.4. q.1. Pôt & tertio responderi negãdo antecedẽs, & ad ꝓbationẽ dicendo, quod stat potentiã nõ esse organo corporali affixam, & tamen esse toti rationem operandi, & tunc operatio erit animæ & corpori communis.

Sed prima harum respõsionum quòd nulla sit, ex Arist. processu facile patere potest. Nam ibi dubitationem hanc mouens, Vtrum omnes animæ passiones sint cõpositi, an magis aliqua sit animæ propria; causam huius quæsiti subiungit, quia scilicet ex hoc habebitur, An aĩa sit separabilis, necne. Vbi manifeste apparet, ꝙ ex separatione vel inseparatione animæ à corpore secundum operationem, separationem eius secundum esse intẽdit inducere.

Ostenditur processus Aristo. in primo de anima. Secunda quoque responsio contra Arist. mentem esse manifeste apparet. Nam cum dubiũ moueat, Vtrum omnes animæ passiones sint communes, an aliqua sit animæ propria, propriam animæ operationem accipit, vt contra communem operationem est diuisa. Ista autẽ est operatio, cui non communicat corpus tanquam instrumentum; ergo &c. Probatur minor sic. Communem animæ passionem vocat eam, quæ est & animæ simul, & corporei instrumenti. Nam quæritur, Vtrum sint communes animæ, & habentis. Constat aũt ꝙ nomine habentis instrumentum intelligitur, quod simul cum anima operatur, ergo propriam vocat, quæ non compositi ex anima, & corporeo instrumento, sed tantum ipsius est animę.

Nota punctum contra Scotistas importunitates. Sed & tertia responsio nulla est. Nam nulla alia ratione ponit Aristoteles intellectum ab organo corporeo separatum, nisi quia omnia intelligit. Si autem esset in organo corporali, cum illud sit determinatę naturæ sensibilis, determinatæque mixtionis, esset & intellectus ad determinatam naturam sensibilem limitatus, non omnes naturas sensibiles posset intelligere, sed idem accideret, si totum corpus esset intellectui pro organo, & intelligere esset elicitiue coniuncti tãquam primo intelligentis. ergo &c.

Tex.11. 2.de anima. Secundo est auctoritas eius. Nam ibi aperte dixit, quod quasdam partes animę nihil prohibet separari à corpore, propterea quod nullius corporis sunt actus. Ex hoc enim tex. arguitur sic. Illas partes animæ contingit à corpore separari, quæ nullius corporis sunt actus: sed intellectus possibilis est huiusmodi: ergo est à corpore separabilis; ergo & anima, cuius intellectus pars est potentialis.

3.de anima. Tex.4.

Tex.11. Tertio est auctoritas eius 2. de anima. Vbi postquam quęsiuit de alijs animæ potentijs, Vtrum vnaquæque sit pars animæ, & vtrum ab alijs potẽtijs sit separabilis, subiungit, quod de intellectu, & speculatiua potentia nihil adhuc est manifestum. Sed videtur genus alterum animæ esse, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum à corruptibili.

Ad istas duas auctoritates respondetur, & dicitur primo, quod vbicunque Aristot. de intellectus possibilis separatione mentionem fecit, de formali separatione intendit, non autem de separatione in essendo. Quia vt ipsemet docuit, non aliter conuenit animæ separari, si propriam habeat operationem, cui scilicet non communicat corpus neque organice, neque obiectiue, quã conueniat recto tangere æneam sphæram in puncto, quod vtique sibi formaliter conuenit, non autem in esse.

Dicitur secundo, ꝙ nulla pars est, quę nullius corporis sit actus in essendo præter intellectum agentem, ideo de ipso solo verificatur, ꝙ separatur, sicut perpetuum à corruptibili.

Respondetur etiam aliter ab alijs, ꝙ illud dictũ Philosophi, ꝙ intellectus & speculatiua separãtur sicut perpetuum à corruptibili, est de separatione in operando, non autem in essendo intelligẽdum. Vult enim Arist. per hoc dicere, ꝙ anima inquantum ad operationem intelligendi, quandam cum substantijs separatis similitudinem habet, ꝙ scilicet sicut perpetuę substantiæ à materialibus & corruptibilibus conditionibus separantur, ita & anima quantum ad operationem intelligendi ab omni materiali conditione separatur.

Quod Arist. 3.de anima tex.11. non de formali tantum, sed in essendo separatione loquitur. Tex.4. Sed ꝙ istæ responsiones nullæ sint, ex verbis & processu Arist. facile conuinci potest. Quod .n. Arist. de intellectus possibilis separatione loquẽs, de separatione non tantum formali, sed etiam in essendo intendat, patet. Tertio enim de anima ait, quod quoniã omnia intelligit, oportet ipsum immixtum esse. Intus .n. apparens prohibebit extraneum, & obstruet: te. autem 6. vtique fiet aut calefactus, aut frigidus, si organum aliquod erit ei sicut sensitiuo: item inquit, ꝙ sensus non potest sentire ex valde sensibili, sed intellectus, cũ intelligit aliquod valde intelligibile, non minus intelligit infima, sed magis, quia sensitiuum non sine corpore est, hic autem est separatus. Ex his namque verbis apparet, qđ de separatione intellectus possibilis secundum esse ab organo corporali loquitur, non autem de sola separatione formali. Nisi .n. de tali separatione loquatur, non sequuntur quæ adducit, vt satis constat. Apparet etiam quod loquitur de separabilitate partium animę à corpore nõ solum formali, sed etiã in essendo. Sicut enim de ipsa anima, aut aliquibus partibus eius dicit, non esse immanifestum, ꝙ anima sit inseparabilis à corpore, aut quædam partes ipsius, de inseparabilitate in essendo loquitur, ita quod subiungit, nihil prohibere secundum quasdam separari, propter id quod nullius corporis sunt actus, de separabilitate in essendo est intelligendum, alioquin ęquiuocatione vteretur Arist.

Tex.7.

Tex.11.

Cõsidera efficaciam argumentorũ. Tunc arguitur sic. Partes aliquas animę non esse actus alicuius organi corporalis in essendo, est ratio, quod sint à corpore separabiles in essendo. Sed intellectus possibilis est ab organo corporali in essendo separatus, vt ex adductis apparet: ergo est à corpore separabilis in essendo.

Tex.18. Præterea ex processu Ar. 2. de anima ostẽditur, quòd non de solo intellectu agente intendit, cum inquit, hoc solum contingere separari, sicut perpetuum a corruptibili, sed de tota parte intellectiua. Nam postquam conclusit, animam vegitatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & motiuo de

Text.19. terminari, Vtrum vnumquodque horum sit anima, an pars animæ, & si pars animæ, Vtrum sit separabilis ab alijs partibus sola ratione, an etiam loco. Respondens autem ad dubiū, cum dixisset de quibusdam non esse difficile videre, quasdā autē dubitationem habere, ostēdissetque in quibus facile est videre de his, in quibus est dubiū, subiūgit inquiens. De intellectu, & speculatiua nihil adhuc manifestum esse, &c. Ex hoc itaque processu apparet, quod de intellectu, qui est animæ potentia loquitur, non autem de intellectu, qui sit substātia separata, & quod de tota parte intellectiua loquitur, quam alijs animæ potentijs condiuisit, cū inquit, quod videtur, idest apparet, vt Philoponus exponit, alterum genus animæ esse, & separari, sicut perpetuū à corruptibili. Apparet etiam ꝙ si, vt secunda responsio dicebat, intelligeretur, intellectum esse separabilem in intelligendo ab omni cōditione materiali, sicut perpetua & incorruptibilia: nihil responderetur ad propositū quæstionis, qua quæritur, Vtrum partes animę distinguantur loco, nec ne.

Speculatio notabilis ex Philopono.

Tertio. Est auctoritas eius 1. de anima, vbi concludit, ꝙ cum sint quædam animę operationes, quę sunt operationes coniuncti, propter hoc physici est de anima considerare, aut omni, aut huiusmodi, cuius, s. operationes sunt coniuncti. Ex hoc enim apparet ipsum existimasse, aliquam esse animam habētem aliquam operationem, cui non communicat corpus, & consequenter à corpore separabilem, & immortalem. Nisi enim hoc putaret, non sub disiunctione dixisset, physici esse considerare de anima, aut omni, aut huiusmodi.

Cap.1. Confirmatur, quia in 1. de partibus animaliū hanc quæstionem absoluens, inquit, ꝙ physici nō est de omni anima determinare, quia tūc nulla esset philosophia præter naturalem scientiam: esset enim naturalis philosophia de omnibus; constat autem ex literæ contextu, ꝙ ibi de anima proprie sumpta loquitur: ergo existimauit aliquam animam esse, quæ capacitatem materiæ supergreditur, & est immortalis. Hoc etiam manifeste apparet ex ratione ibidem adducta, quia rem nullam à materia abstractam potest scientia naturalis contemplari.

Cuius artificis ē de anima considerare.

Cap.3. Quarto. Est auctoritas ipsius 2. de generatione animalium. Inquit enim Philos. quod intellectus de potentia materiæ non educitur; sed deforis aduenit, ergo est incorruptibilis. Nam illę formæ ad corruptionem subiecti corrumpuntur, quæ de potentia materiæ educuntur.

Mentem deforis aduenire Ari. quid intendat.

Respondetur, quod Arist. credidit mentem deforis aduenire, quia lumē intellectuale, quo intellectus possibilis potens est proxime ad intelligēdum, mentisque rationem habere, ab intellectu agente est.

Sed quod hæc responsio omnino ab intentione Aristotel. sit aliena, sic ostenditur. Quærit nāque Philosophus de conceptæ rei anima, vnde veniat, & an in semine contineatur, suumque proprium explicat, quærendo de anima sensuali, qua fœtus ipse animal est, & de rationali, per quam est homo, de menteque subiungit. Quonam tempore, & quomodo, & vnde eam recipiat, quæ principia id participant, plurimum dubitatur. Ad hanc autem quæstionem respondens, inquit, quod in conceptibus, & seminibus hæ animæ prius sunt in potentia, quam habeātur in actu & quod impossibile est, vt aliæ extrinsecus veniant, sed sola mens extrinsecus accedit, eaque sola diuina est, eo ꝙ nihil cū eius actione cōmunicet actio corporalis. Ecce quam manifeste habetur, quod de lumine ab intellectu agente recepto non loquitur Aristotel. sed de ipsa animæ substantia, qua conceptus in specie humana constituitur.

Quinto. Est eius auctoritas 12. Meth. dicit. n. ꝙ causæ formales non sunt ante materias, & quærit, an aliqua maneat posterius. Et respondet, quòd in quibusdam nihil prohibet, vt si est anima talis, non omnis, sed intellectus. Ex his enim habetur, quòd intellectus, qui est hominis forma, post corpus remanet. Te.16.& 17.

Hæc auctoritas declarat tibi naturā animæ nostræ.

Respondetur, quòd Aristot. in sua responsione nihil determinate respondet, sed tantum sub dubitatione, vnde à conditionali inchoat, dicens, vt si est anima talis, non omnis forsan, sed intellectus.

Sed quòd & hæc responsio nulla sit, facile constat. Nam non respondet Aristot. ad dubium sub disiunctione, & dubitatiue, sed absolute. Respondet enim: nam in quibusdam nihil prohibet: vbi text. Commen. habet, non est impossibile. Deinde exemplificat, vt, idest verbi gratia, vt exponit Commen. &, vt, proprietas græcę dictionis habet. Si est anima talis forma, quæ manet post corpus, non omnis, sed intellectus: & est sensus, verbi gratia, si dicamus animā post corporis dissolutionem remanere, non omnem, sed illam quæ est intellectiua. Apparet etiam hanc eius fuisse mentem ex verbis sequentibus. Subiungit enim: omnem autē impossibile forsan. Nam cum dixerit in quibusdam nihil prohibere, quod remaneat, & de anima intellectiua exēplificari, dum subiungit, quod de omni anima hoc verificari non potest, relinquit de anima intellectiua hoc impossibile non esse.

Vide sensū verborū Ar.

Sexto. Est auctoritas eius 1. de anima. Ibi enim ait, quod intellectus videtur quædam substantia esse, & non corrūpi. Et loquitur de intellectu, quo intelligit anima. Text.65.

Nō valet autem dicere, ꝙ dubitatiue loquitur propter verbum illud, videtur. Nam ex processu apparet, quod dubitatiue non loquitur. Nec obstat, quod vtitur hoc verbo, videtur. Nam alioquin, videtur idem est quod apparet, siue est manifestum, sicut cum Phorphirius ait. Videtur autem neque genus, neque species simpliciter dici. Interpretatur enim Ammonius, idest apparet, & est manifestum. Non valet etiam dicere, quod secundum aliorum opinionem illud dicit. Licet enim vt San. Thom. exponit, ibi, Philoso. suum propositum probet per quandam Platonicorum opinionem, scilicet quòd omnis anima est incorruptibilis, & ꝙ omnes eius operationes etiā intellectus haberent organum corporale, ab eorum tamen opinione, quantum ad animæ intelle-

Dictio videtur, nō semper dubitatiua est.

ctiuæ

ctiuæ immortalitatem, non discedit. Vnde vt ostendat, se quantum ad hoc cum illis conuenire, non autem quantum ad hoc, quod intelligere habeat organum, & propter organi corruptionem marcescat, ex proprijs loquens subinfert, quod intellectus fortassis diuinũ aliquid & impossibile est. Vbi aduerbio dubitantis est vsus, quia hoc nondum determinauerat, sed postea determinauit in 3. libro.

Dupliciter potest intelligi formam ad sui existẽtiam determinatas requirere dispositiones. Vide 1. sent. dist. 5. q. 5. art. 2. Et de potentia dei q. 3. art. 10.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam quidem dicitur, formam ad sui existentiam determinatas dispositiones requiri, dupliciter intelligi potest. Vno modo absolute, quia videlicet nullo modo, neque in principio, neque post fine illis existere potest, & tunc concessa maiore, negatur minor. Alio modo in fieri tantũ, & quo ad initium sui esse, & tunc negatur maior.

Pro quo sciendum, secundum doctrinam San. Tho. quod licet anima in initio sui esse corpore indigeat, non tamen sicut aliæ formæ secundum suum esse dependet à corpore, vt scilicet sine corpore esse non possit. Nam non obstante, quod in corpore, dum producitur, indiuiduationem capiat, quia tamen est per se subsistens, suam indiuiduationem, & commensurationem ad corpus quod informabat, etiam separata à corpore retinet, & suum esse indiuiduale.

Potest etiam ad hanc rationem dici, quod anima intellectiua ad sui existentiam absolute non requirit determinatas dispositiones, sed tantum ad hoc vt sit in materia, ideo non sequitur quod illis desinentibus, anima desinat absolute, sed tãtum quod in materia esse desinat.

Ad secundum dicitur, quod duplex est forma. Vna quæ à materia secundum esse, & secundum omnẽ sui operationem dependet, & de tali conceditur totum, scilicet quod remoto ab ea quod non sit, id quod aliquid est ipsa, amplius non est; talis enim forma, quia totum eius esse est in concretione ad materiam, magis est quo aliquid existit, quam ipsa dicatur existere. Alia est, quæ neque secundum esse, neque secundum omnem sui operationem à materia depẽdet, & de hac negatur minor, nisi forte dicatur, quod esse, quo aliquid existit, est sibi ratio existendi non simpliciter, sed tantum in principio sui esse: sed tunc negatur maior.

Vnio animæ quid est.

Ad tertium dicitur, quod talis vnio est accidẽs separabile. Ad improbationem dicitur, quod per aliquid vniri formam materię dupliciter potest intelligi. Vno modo tanquam per medium causans vnionem per se, & hoc modo forma non vnitur materiæ per vnionem, quæ sit accidens separabile, sed per esse substantiale. Alio modo tanquã per medium ipsæ vnita sequens, & tanquam per causam sine qua non. Et hoc modo non inconuenit animam vniri materiæ per accidẽs aliquod separabile; vnitur enim per vnionem, quę est relatio ad formam, secundum quod per esse suum est vnita materię, consequens.

Ad quartam negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod in corruptione hominis nõ corrumpitur solum accidens, sed substantia composita, quæ ex vnione animæ cum materia resultabat, non quidem per corruptionem partium, sed per separationem illarum abinuicem.

Aliquid conuenit per se dupliciter.

Ad quintam dicitur, primo, quod dupliciter potest alicui aliquid conuenire per se. Vno modo tanquam consequẽs formam. Alio modo tanquã consequens materiam. Quod conuenit alicui per se tanquam consequens formã, semper inest sicut igni caliditas. Quod vero conuenit per se tanquã materiam consequens, non oportet vt semper actu insit, sed quandoque secundum potentiam inesse potest.

Dicitur secundo, quod quia motus est actus existentis in potentia, ideo quæ ad motum pertinent aut consequuntur motum in rebus naturalibus, non semper insunt; non enim ignis semper mouetur sursum.

Dicitur tertio, quod formam vniri materiæ consequitur motum, non enim nisi per motum introducitur in materiam, ideo licet sibi per se conueniat, non oportet tamen vt sibi semper insit.

Respondetur secundo, quod aliquid conuenire alicui per se, dupliciter intelligi potest. Vno modo per modum actus primi, vt risibilitas homini. Alio modo per modum actus secundi, aut termini eius, sicut ridere conuenit homini, & esse sursum igni. Quod conuenit alicui per se primo modo, ab eo separari non potest, saltem per agens naturale, quia aut essentiale rei est, aut principia consequitur essentiæ, vt forma. Quod vero alicui conuenit per se secundo modo: in aliquibus separari potest secundum actum, licet non secundum aptitudinem; ridere enim constat quod semper conuenit homini, licet homo ad illud semper habeat aptitudinem. Modo dicitur, quod vniri materiæ per se conuenit aĩæ intellectiuæ secũdo modo, non autem primo modo. Nam vniri corpori conuenit animæ secundum se, sicut secundum se corpori leui conuenit esse sursum; constat autẽ quod esse sursum conuenit leui per modum actus secundi, aut termini eius motus sursum: ideo non oportet vt semper insit animæ.

Vide hanc doctrinam 1. par. q. 76. a. 6.

Forma duplex.

Ad sextum negatur consequentia. Antecedens enim ex Arist. sumptum intelligitur de formis, quarũ vna habet naturam vt materiæ vniatur, altera vero non. Nam sicut quod habet naturam vt sit sursum, & quod non habet naturam vt sit sursum, specie distinguũtur, idem tamen corpus est aliquando sursum, aliquãdo deorsum, ita formæ, quarum vna habet naturam vt vniatur corpori, alia autem non, specie distinguntur, contingit tamen vnam numero formãm aliquando esse vnitã corpori, aliquando vero non vnitam.

Quomodo esse se hẽat ad formam.

Ad septimum dicitur, quod consequẽtia falsa est. Ad probationem dicitur, quod aliter comparatur esse ad formam, & aliter motus ad mouens: esse enim comparatur ad formam, sicut effectus formalis ipsam per se consequens; motus autem ad mouens, sicut effectus ad suam causam efficientem, ideo non oportet, si ex infinitate motus virtutis motiuæ arguitur infinitas, quod ex perpetuitate esse infinitas formæ arguatur.

Respondetur secundo, quod differentia est inter motum & esse, quia motus secundum rationem suam quantitatem habet, & extensionem; es-

se autem secundum se quantitatis extensionem non habet, ideo infinita duratio motus virtutem infinitam in primo mouente requirit: duratio autem perpetua, esse virtutem essendi infinitam nō requirit quantum enim est ex virtute essendi, non refert; vtrum esse infinito tempore duret, vel in instāti, vnde illa comparatio in proposito nō tenet.

Arist. solum de materiali infinito loquebatur in libris suis. Tract. S. Th. contra Auerroistas.

Ad octauum dicitur, quod dari infinitum in actu in rebus immaterialibus, principijs ab Arist. positis non repugnat. Vbicunque enim de infinito tractat, de infinito quantitatiuo, & in rebus materialibus existente loquitur. Quid autem ipse esset ad hoc argumentum responsurus, nescimus. Hoc vnum certum est, quod ista simul stare non possunt, qđ generatio hominis sit æterna, infinitique homines præcesserint, quod anima sit incorruptibilis, & quod non detur infinitum in actu, ideo si duo prima concedantur, necesse est tertiū negare in rebus immaterialibus, nec oppositum ponit Arist. cum de infinito tantum in rebus materialibus inuento loquatur.

Sed contra istam responsionem dubium occurrit. Non enim videtur verum, quod Aristot. negauerit posse dari infinitum in actu in rebus materialibus tantum, nō autem in rebus immaterialibus. Nam ratio eius 3. Physicor. adducta, quia .s. numerus est multitudo mēsurata per vnum; non tantum in rebus materialibus, sed etiam in rebus immaterialibus locum habet: fundamētum enim rationis. s. numerus est multitudo mensurata per vnum, veritatem habet tam in rebus immaterialibus, quam in rebus materialibus. Tex. 41.

Lege D. Th. 1. parte q. 7. art. 4.

Ad hoc respondetur, & dicitur primo, quod falsum est, rationem Aristot. tam de immaterialibus quam de materialibus concludere. Nam cum supponitur, quod omnis multitudo actu existens est numerus, patet quod hoc habet veritatē de multitudine tantum rerum materialium; numerus. n. cum sit de genere quantitatis, in rebus tantū materialibus inuenitur. Similiter alia propositio, numerus est multitudo mensurata per vnum, non habet veritatem, nisi de numero de genere quantitatis, qui in rebus tantum materialibus inuenitur: ratio enim mensuræ, si non est ratio quantitatis, rationem quantitatis concomitatur. Propter quod S. Thom. illum locum exponens dicit, illam rationem probabilem esse, tanquam procedētem ex his quæ communiter dicuntur. Si inquam de multitudine absolute fieret, & non tantum de materiali multitudine.

Lect. 7. 4. Physic.

Multitudinem fieri p vnū, & mensurari per vnum nō sunt idem.

Dicitur secūdo, quod omnis numerus est multitudo facta per vnum, multum autem differunt esse multitudinem mensuratam per vnum, & esse multitudinem factam per vnū. Numerum enim esse multitudinem factam per vnū est, esse ipsius aliquam vnitatem vltimam per modum formæ, à qua specificatur, & qua subtracta species numeri variatur, vt 8. Metaphysic. dicitur. Ipsum vero esse multitudinem mensuratam per vnum, est per vnitatis replicationem pręcise reddi, & certificari. Tex. 10.

Sed adhuc remanet in doctrina San. Thom. dubium. Nam licet teneat San. Thom. mundum incœpisse, vt fides tenet, vult tamen, vt in multis locis suę doctrinæ patet, mundum potuisse ab ęterno produci. Quomodo ergo stabunt simul, quod mundus possit esse æternus, & anima sit immortalis, & quod nullo modo etiam in rebus immaterialibus possit dari infinitum in actu?

Ad hoc oportet altero duorum modorum respondere. Aut. s. quod licet ponat posse mundum esse æternum, non tamen tenet hominum successiuam generationem posse æternam esse. Hoc. n. videtur de mente ipsius, quod posset aliquis dicere, quod mundus fuit æternus, vel saltem aliqua creatura, non autem homo. Aut, quod sicut dicit mundum potuisse ab æterno esse productum, non propter aliquam realem potentiam in mūdo existentem, sed solum propter Dei virtutem; ita dicēdum erit, quod si hominis generationem Deus fecisset æternam, aliquem alium ordinem posuisset in rebus, per quem tali æterna generatione salua ta, non oporteret poni infinitum in actu, quod contradictionē implicat, vel successiue animas annihilādo, quamuis anima secundum se incorruptibilis sit, vel animarum transmigrationem faciendo, vel aliquem alium modum nobis nunc occultum instituendo.

Vide auctorem. 2. cont. gent. ca. 81. P p. q. 48.

Ad nonum negatur consequentia. Ad eius probationem primo dicitur, quòd vniri corpori in principio sui esse est animæ naturale, non autem postquam est separata. Ad secundam negatur assumptum de parte, cui primo conuenit suum esse, & est subsistens, corpusque ad suum esse eleuat, cuiusmodi est anima.

Vniri corpori, an sit naturale ipsi animæ, & quomodo; lege hic.

Dicitur secundo, quod naturale desideriū non est frustra, quando remanet causa in natura, quæ possit rem ad id quod est sibi naturale, reducere. Modo dicitur, quod separata anima à corpore nulla remanet causa naturalis, per quam possit corpori reuniri, ideo nimirum si tale naturale desideriū est frustra, præsertim cum fuerit semel adimpletum.

Ad decimum negatur consequētia. Ad probationem dicitur, quod non posse intelligere absque phantasmate non conuenit animæ absolute, sed tantum vt est corpori colligata.

Intelligere cum phātasmate quomodo conuenit animę.

Sed videtur quod ista responsio nulla sit. Non inuenitur enim quod Aristo. alium modum intelligendi animæ posuerit, quam cum phantasmate.

Respondetur, quod falsum est Aristot. alium modum intelligendi non posuisse. Posuit enim aliū esse modū intelligendi animæ separatæ, licet illū modum non explicauerit in libris, qui ad nos peruenerunt. Patet autem ex eo quòd dicit, nos post mortem non reminisci, accipiendo reminiscentiam, quæ per corporeum organum exercetur, de qua Philosoph. Si enim post mortem non reminiscimur, anima autem coniuncta reminiscē do, & cogitando intelligit, relinquitur alium esse modum intelligendi animæ separatæ, quam coniunctæ.

Tex. 10. 3.

In li. de memoria & reminiscētia.

Sed iterum instant quidam, dicentes, se nescire quis primo hæc verba de reminiscentia post mortem sit interpretatus. Non enim videtur hoc esse de mente Aristot. Tum quia dixisset de anima, nō reminiscitur autem, non autem de nobis, non reminiscimur autem. Tum quia illa nota causalis, s. quia

qa nihil seruit illi expositioni. Tum qa dicēdum fuisset,& sine hoc nō reminiscit aīa, non aūt non intelligit,ideo magis exponenda sunt illa verba , ꝙ nos non reminiscimur,idest nostrum intelligere non est reminisci:vt voluit Plato.

Exposit. D. Thom. est in tentio Auer. Themistij & Io. gram.

Respondetur & dicitur primo,quod illa interpretatio non solum est S.Thom.sed & Auerrois , & Io.Grammatici,& Themistij,& aliorum antiquorum. Nam quia dixerat animam intellectiuā immortalem,& perpetuam esse,ne quis existimaret,aut ne quis putaret in anima separata remanere scientiam,eo mō quo nunc eam habet,inquit, qđ neque reminiscimur, neque intelligimus post mortem,eo modo quo nūc; secundo, quod quia vt dicitur 10.Et.homo est principalissimus quod est in eo,ideo non fecit differentiam Philos.inter nos & animam.

Cap.7.

Dicit tertio,quod illa nota causalitatis optime deseruit proposito, causam enim assignat quare post mortem non reminiscimur,quia scilicet pars intellectiua,quę remanet,est impassibilis,idest nō est subiectum passionum,de quarum numero est reminiscentia.

Dicitur quarto,ꝙ non erat de cogitatiua dicēdum.Et sine hoc non reminiscitur anima,sed non intelligit,vt sicut per impassibilitatem ostēderat, ꝙ non reminiscitur,ita per corruptibilitatem cogitatiuæ ostenderet vniuersaliter,ꝙ post mortem non eundem modum intelligendi habemus,quē nunc habemus,cum nunc non sine cogitatiua intelligamus,quæ in anima separata non erit.

Vide D. Th. 17. metaph. circa finem.

Ad vndecimum dicitur,ꝙ illud ex Ari.non habetur præsertim secundum expositionem S. Tho. sed tantum ꝙ desinente composito,remanent elementa ex quibus componebatur.

Ad duodecimum dicitur,ꝙ maior est vera tantum de eo, quod incæpit esse per generationem educentem formam de potentia materiæ. Modo dicitur,ꝙ anima nō producitur ꝑ generationem, sed per simplicem emanationem,neque de potentia materiæ educitur. Si inferur: ergo secundum Aristo.dabitur creatio.

Respondetur,quod licet secundum Aristo. nō detur creatio vniuersi , datur tamē creatio animę intellectiuæ in determinata materia, secundum ipsum ponentem,eam non ob aliqua naturali causa produci,sed de foris aduenire.

Quid intelligitur per intellectū passiuum.

Ad tertium decimum dicimus,quod per intellectuum passiuum Philosoph.virtutem cogitatiuā intendit,non autem intellectum possibilem. Et hoc non solum secundum S.Thom.expositionē , sed etiam secundum Auerr. Themistium,& Ioānem Grammaticum. Vult enim ibi Philsoph.assignare causam,quare anima post mortem non habet modum intelligendi,quem habet coniuncta, hāc.s.quod cogitatiua quam intellectum passiuū vocat,& consequenter tota pars sensitiua corruptibilis est,& ideo non remanet in anima separata,vt possit per phantasmata intelligere,sicut corpori coniuncta intelligit.

Ad quartumdecimum dupliciter respondetur.

In expositione tex.11.

Primo secundum mentem S. Thom. Negatur enim maior,& dicitur,quod eam non ponit Phil. tanquam veram,& secundum suam opinionem , sed tanquam habentem apparentiam. Cum enim ꝓposuit quęstionem , Vtrum omnes passiones animæ sint communes,habentis ,& an aliqua sit animæ propria, causam difficultatis ostendit , quia plurimę videntur non sine corpore pati,aut facere,& quod intelligere maxime assimilatur ꝓprio,sed tamen neque ipsum est proprium secundum apparentiam,si est phantasia,aut nō sine phātasia. Ipsum enim esse phantasiam demonstraret, quod corporeo indiget instrumento, ipsum etiā non esse sine phantasia,& consequenter sine obiecto corporeo duceret in suspitionem, quod corporeo indigeat organo;videtur enim potētię materialis esse solum in corpora ferri,quod tamen falsum est. Nam potentia ab organo corporeo separata,potest ad materialia terminari,secundum quod per intellectum agentem immaterialia fiūt. Posuit ergo Phil. illam propositionem non tanquam veram,sed tanquam facientem in proposita quæstione difficultatem.

Responsio Philoponi. 1.de anima. Tex.12.

Respondetur secundo secundum mentem Philoponi,& Alberti,quod admissa maiore, minor est falsa. Secundum enim Philoponum apud Ari. prima intelligibilia,& primę intellectiones neqꝫ phantasia sunt,neque cum phantasia. Secundum Albertum vero voluit Aristo.ꝙ anima coniuncta potest intelligere aliquod separatum à materia sine phantasmate,licet sensibilia; aut à sensibilibus abstracta nō possit absqꝫ phantasmate intelligere.

ADDITIO

TV diligens lector,si vis solutiones argumentorum omnium videre, lege D. Thom.p.p.q.75. artic.6.& in q.disputatis de anima artic 14.& 2. sent.dist.19.q.1.artic.1.2.cont.gent.cap.78.& sequentibus,& in quolib.quol 10.artic.3. & in opus. contra Auerroistas,& Herueum in aurea quæst.sua de plura litate formarum..ordi.prædicat.in sua eruditissima disputatione de animarum immortalitate, Franciscum Tholetum,qui resoluto satis,& catholice tractat duas quæstiones de hac re,alteram secundum principia Aristotel.alteram vero secundum philosophiam.Lege etiam Augustinum Suessanum in tractatu contra Pomponatium,& in tractatu de intellectu,Chrysostomum Iauellum in peculiari etiam tractatu de immortalitate animæ,& sic erunt resolutæ solutiones argumentorum omnium,quæ adduci possunt contra istam veritatem , quæ in his paucis propositionibus clauditur.

Nota quomodo Ar 1. Ethico.c.10. asserit mortuis conferre bonas operationes amicorum,infortunia vero nocere 3. de anima q̄.15. & 16. Nota ꝙ Arist.libro de bono discipulis suis instituit futuram felicitatem, quia finis philosophi est cognoscere suū creatorem , de quo subdit , causa causarum miserere nobis.

Prima est. Anima est creata à Deo.

Secunda est;singulorum hominum sunt singulæ animæ & simul creantur,& infunduntur,& tenuit Arist. vt sumitur ex 12.metaph.

Tertia est,Anima est immortalis , ita quod numquam desinit perempto corpore , hæc etiam est de mente Aristotel.12.metaphysic.vbi ait animam non præcedere corpus,remanere tam post nihil prohibet.

Quarta est; Anima licet substantia per se subsistēs, idest indepēdēs a materia,viuificat tamē corpus & est actus.

Quinta est. Anima intellectiua est immortalis & æterna secundum philosophiam naturalem,quia pluribus rationibus naturalibus & necessarijs hæc conclusio probari potest,vt probat D.Tho.locis supra citatis.

Sexta; Anima nostra reunietur corpori , nec in

æternum

æternum separabitur.

Septima propositio est; Anima separata in alio statu habebit alium modum intelligendi, hæc potest etiā colligi de mente Ar.

Tex.17.

9 Metaphy tex. vltimo. 3.de anima.

Octaua: In Anima separata non remanent appetitus corporei; vnde Ar. ait: amare, odire, & aliæ passiones corporis destruuntur, corpore corrupto, sed intellectus est diuinum aliquid et impassibile.

Nona; In Anima separata remanent habitus scientifici, quia seruatis speciebus intelligibilibus, tunc non indiget Phantasmate; Hinc Hieron. ait, discamus in terris, quorum scientia perseueret nobis in cœlis.

Vltima propositio est. In alio statu remanent virtutes morales in bonis, licet alia ratione quam hic. propositiones istas quilibet catholicus sustinere debet, addendo verba Saluatoris nostri; dicentis, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere, & alibi, qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: & Paulus Apostol. si in hac vita tantum sperantes sumus, miserabiliores essemus omnibus hominibus: vnde arguens insipientes qui cantabant, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: subdit, nolite seduci, corrumpūt bonos mores colloquia mala, &c. Propterea Eccl. scribitur, spiritus redeat ad Deum qui dedit illum, &c.

Matth.10. Io.12. 1.Cor.15.

QVAESTIO XI.

Vtrum sint duæ operationes intellectus, scilicet indiuisibilium intelligentia, & compositio, ac diuisio.

Indiuisibilium quidem igitur intelligentia in his est, &c. Tex. XXI.

QVÆRITVR vndecimo, Vtrum sint duæ operationes intellectus, scilicet indiuisibilium intelligentia, & compositio, ac diuisio. Et videtur quod non.

Primo. Discurrere à notis ad ignota est operatio intellectus, & non est aliqua istarum: ergo non sunt tantum duæ.

Secundo. Potentię distinguuntur per actus: ergo diuersi actus requirunt diuersas potentias; ergo non potest esse vna potentia intellectiua, quæ habeat plures operationes.

Ad euidentiam huius quæsiti. Sciēdum primo, q potentię sensus, & intellectus hoc habent commune, q simplici intuitu vnaquæq; suum propriū obiectum apprehendat. Cum enim cognoscant per similitudinem obiecti in ipsis existentem, primo intuitu feruntur in id quod primo per speciē repræsentatur, differunt tamen, quia quamuis sensus proprietates intrinsecas rei non cognoscat, tamē proprietates extrinsecas, motum scilicet magnitudinem, & huiusmodi vnico intuitu apprehēdit, eo quod species sensibilis omnia illa explicite repræsentet. Intellectus autem est quidem omnium proprietatum rei, & habitudinum eius cognoscitiuus, eo quod omnia ista subeunte quod est obiectum formale intellectus cōtineātur. Sed q a species quidditatis materialis primo, & explicite proprietates eius non repræsentat, sed tantū quidditatem, ideo primo intuitu huiusmodi proprietates non apprehendit, sed tantum quidditatem naturalem, sicut quidditatem hominis, nō autem risibilitatem, &c.

Potētia sensitiua & intellectus in quo conueniant.

Sciendum secundo, q apprehensio quidditatis dicitur indiuisibilium intelligentia, tum quia vnaquęque quidditas in indiuisibili cōsistit, sibi enim addita vel substracta differentia, species variatur, tum quia in apphensione quidditatis intellectus noster intelligentijs, quę simili apprehensione cognoscunt, & non componendo, neque diuidendo assimilatur, tum quia temporis non præsupposita alia apprehensione, quidditas materialis apprehēditur.

Vide 7. metaph. Tex.10.

Sciendum tertio, q dupliciter accipi potest cōpositio. Vno modo pro quacunque vnione reali duorum ad inuicem, vt pro vnione duarum aquarum aut lignorum, aut materiæ & formæ, aut similium. Alio modo pro attributione vnius ad alterū per cōpositionis notā. In tali.n. attributione significatur vnum cum altero quādā vnitatem habere, sicut cum animal homini per istā propositionē; homo est animal, attribuitur, vnio quędā animalis cum homine significatur. Nō loquimur hic de prima cōpositione, quia illa per actum animæ nō fit, sed per agentia extrinseca, sed loquimur de cōpositione secundo modo.

Compositio dupliciter accipi pōt.

Sciendum quarto, q aliud est intellectum componere, & diuidere, & aliud cōpositionem, & diuisionem cognoscere. Potest.n. compositio, & diuisio simplici apprehensione cognosci, sicut substantiæ separatę hominem esse animal simplici apprehensione cognoscunt. Componere autem, & diuidere est vnum alteri affirmando, & negando attribuere.

Istis notatis ponitur ista conclusio. Tantū duæ sunt operationes intellectus, scilicet indiuisibiliū intelligentia, & compositio, & diuisio. Probatur: Duæ sunt operationes intellectus, & non sunt plures neque pauciores: ergo &c. Maior probatur primo, q intellectus habeat primam operationē, quę est indiuisibilium intelligētia. Item. Omnis potētia informata similitudine alicuius obiecti potest id simpliciter cognoscere, patet per omnes potentias discurrēdo. Sed intellectus formatur similitudine obiecti intelligibilis; ergo potest id simplici intuitu cognoscere.

Duæ tātum sunt operationes intellectus.

Secundo probatur, q habeat secundam operationem. Intellectus procedens de potentia in actū intelligit componendo & diuidendo. Sed intellectus noster pcedit de potentia in actum: ergo &c. consequentia nota cum minori. Vt enim dicitur in hoc 3. intellectus à principio est sicut tabula, in qua nihil est descriptum. Maior probatur. Intellectus procedens de potentia in actum, rebus alijs, quæ de potentia in actum educūtur, assimilatur, sed tales res non habent statim suā perfectionē, sed successiue eam acquirunt; ergo intellectus nō statim habet perfectam cognitionem, sed eam acquirit successiue: ergo si debet cognoscere compositionem aliquorum, oportet quod posterius cognitum

Tex. 14.

Intellectus successiue acquirit suā perfectionem.

gnitum cum priori cognito componat, sicut quia prius cognoscit quidditatem, si debet cognoscere hominem esse risibilem, oportet quod risibilitatem posterius cognitam cum homine prius cognito componat. Minor vero principalis, scilicet qd non sunt plures neque pauciores probatur. Per intellectum cognoscimus tantum aut quidditatem, aut plurium quidditatum compositionem. Si secudo modo, sic est compositio, & diuisio. Si primo modo, sic est simplicium intelligentia.

Quomodo potentiæ distinguntur. Ad primum in oppositum respondetur, quod continetur sub compositione & diuisione; quandam enim plurium propositionum importat.

Ad secundum dicitur, quod potētiæ distinguūtur per actus ad diuersa genera obiectorum per se terminatos. Modo compositio & simplicium intelligentia non sunt tales actus. Nam quilibet illorum actuum ad id, q̃ est obiectum intellectus formale, terminatur.

ADDITIO

Dubitatio, ad quem artificem spectat considerare de intellectu, & eius operationibus. QVIA de operationibus intellectus tractat logicus, vt patet ex D. Thom. in prologo primi perihermenias, & ex prologo primi posteriorum, quibus in locis distinguit triplicem esse operationem intellectus, quarum prima est, res singulas per se, & seorsum intelligere quę dicitur simplicium apprehensio, cui operationi respondet loquutio simplicium vocum per se. Altera est compositio, vel diuisio, quando res, vnam alteri copulando, intelligimus, siue affirmando, siue negando cui etiam respondet sermo, qui per solas propositiones fit. Tertia est ratiocinatio, quando ex vno cognito alterum cognoscimus, cui respondet discursus vocalis: iuxta has tres operationes est triplex logicæ pars. Prima circa simplicia, & hæc est liber prædicamentorum. Secunda circa composita, & hæc pertractatur in lib. de interpretatione. Tertia circa discursus, de quibus agitur in cæteris libris logicæ facultatis. Non parua difficultas est modo, vnde oritur, quod naturalis Phil. se intromittit ad tractandum de operationibus intellectus.

Cap. 3. Huic similis dubitationi oritur alia, quod cum intellectus pertineat ad primam philosophiam, vt scripsit Aristo. lib. 1. de partibus animalium, quo in loco mouet quæsitum, num ad Philosophum spectet, contemplari omnem animam, vt intellectum: & arguit, quod non, quia si naturalis ageret de intellectu, præter naturalem scientiam nulla relinqueretur philosophia. probando consequentiam dicit, quoniam si naturalis consideraret de intellectu, consideraret omnia intelligibilia, quia relatiuorum, & omnium inter se coniunctorū eadem est scientia: intellectus & intelligibilia sunt relatiua: igitur intellectus. & intelligibilium eadem est scientia, quare si naturalis considerat intellectum, considerabit omnia intelligibilia: ergo nihil remaneret, quod ab alijs scientijs consideraretur; ergo præter naturalem scientiam nulla relinqueretur philosophia, sed hoc est absurdum; ergo id ex quo sequitur; at sequitur ex hoc quod dicitur, naturalem philosophiam intellectum considerare; ergo id minime dicendum est: si ergo naturalis Philosophus non cōsiderat de intellectu: igitur nec de operationibus eius. Oppositum habet Ar. & omnes eius interpretes hic.

Relatiuorū natura quæ sit.

Res scibilis quibus modis. Nisi dicamus, quod duobus modis res scibiles considerari possunt, primo vt sunt in materia. 2. vt sunt abstractæ à materia, & hoc dupliciter, vel vt sunt abstractæ à materia secundum esse, & secundum rationem, vel vt sunt abstractæ secundum rationem tantum, iuxta quos tres modos Aristot. distinxit tres scientias, naturalem. s. Mathematicam, & diuinam Philosophiam, vnde si naturalis consideraret omnia his tribus modis, consideraret ipsa omnibus modis, & sic præter naturalem nulla relinqueretur philosophia, quia nullus remaneret considerandi modus, quo res scientifice considerari possent, & in hoc consistit ratio Arist. Adde quod intellectus dupliciter considerari potest, vno modo vt intellectus est, alio modo vt intelligit per phantasmata, sine quibus in statu isto nihil intelligit. primo modo quidditatiue non consideratur à Philosopho naturali, & sic currit ratio Arist. quia si intellectus hoc modo à naturali consideraretur, nulla præter naturalē relinqueretur philosophia, sed 2. modo à naturali consideratur: quoniam vt sic sub naturalis Philosophi modo comprehenditur, cuius munus est rem vt in materia est, atque quocunque modo eam respiciat, considerare, sed hæc non est propria, & quidditatiua eius consideratio, quemadmodum substantiæ separatæ, vt sunt motores cœlorum, atque proprijs iunctæ orbibus & eos quocunque modo respiciunt, à Physico considerantur, sed hæc non est propria, & quidditatiua earū consideratio, nec in hunc sensum Ar. intellectum a naturali consideratione seiungit, nec id probat ratio Ar. sed duntaxat, quod quidditatiue intellectus à naturali non consideratur, propter illud quod sequitur inconueniens. & sic soluitur dubitatio de intellectu, de quo vide D. Thom. 6. Metaphysic. ad principium. Prima quoque dubitatio soluitur, dicendo quod operationes intellectus, vt sunt quædam intentiones secundæ, spectāt ad logicum; vt vero entia realia sunt, quia producuntur, à cā reali, quæ est intellectus, & respiciunt materiam aliquo modo, vt dictum est, sic munus physici est eas contemplari, & sic Arist. & sui doctissimi interpretes hic disputant de ipsis. vide D. Thom. 1. sent. d. 3. q. 3 ar. 1. & de potentia Dei. q. 7. ar. 9. lege etiam D. Thom. p. p. q. 85. ar. 5. vbi ponit differentiam inter intel'ectum nostrum, & angelicum, ac diuinum, & quomodo hi duo intellectus. s. diuinus, & angelicus cognoscunt quidem compositionem, & diuisionem, & ratiocinationem, non componendo, & diuidendo, & ratiocinando. vide quoq. p. p. q. 59. ar. 3. & 4. de ver. q. 17. ar. 1. & in opus. 18. c. 55. & 1. cont. gent. c. 59.

[Right margin notes:] dis considerantur. 6. Metaphy. Tex. 2. — 3. de anima Tex. 39. & tex. 20. & 1. de anima. Tex. 13. — Substantiæ separatæ quo modo a naturali considerantur. — Lect. 1. Soluitur prima dubitatio.

QVAESTIO XII.

Vtrum veritas sit in sola compositione & diuisione intellectus.

In quibus autem & falsum iam, & verum est, &c. Tex. XXI.

QVAERITVR duodecimo, Vtrum veritas sit in sola compositione & diuisione intellectus. Et videtur quod non. P. p. q. 17. ar. 3.

Primo, quia Philo. dicit, quod intellectus intelligens quod quid est, semper est verus, similiter sensus circa proprium sensibile semper est verus. ergo veritas non est in sola compositione, & diuisione intellectus. Tex. 26. 3. de anima.

Secundo

Secundo. Propositio vocalis dicitur vera, vel falsa: ergo non tantum intellectus componens vel diuidens.

Tertio. Ens & verum conuertuntur: ergo vbi est unum, & reliquum. Sed ens non est solũ in cõpositione, & diuisione intellectus, sed in omni re: ergo & sic est de vero.

Quarto. Remota omni operatione intellectus nostri, aurum est verum aurum, & argentum verũ est argentum. ergo veritas non est solum in intellectu.

Series disputationis propositæ. Respondeo. In ista quæstione duo sunt facienda. Primo videndum est secundum mentem San. Tho. prætermissis aliorum opinionibus, quid veri nomine intelligamus. Secundo dicẽdum est ad q̃situm.

Quantum ad primum, quia veritas & in intellectu, & in rebus modo aliquo inuenitur. Videndum est primo, quid sit veritas intellectus. Secundo, quid veritas rei.

Sciendum itaque primo, quod sicut bonum nominat id, in quod tendit appetitus, ita verum nominat id, in quod tendit intellectus. *Differentia inter actum appetitus & intellectum.* Differenter tamen terminatur actus intellectus ad intelligibile, & actus appetitus in bonum, & appetibile. Intellectus enim terminatur ad intelligibile, secundũ q̃ per suã similitudinẽ in intellectu recipit: oĩs. n. cognitio fit, inq̃tũ cognitũ recipit in cognoscẽte. Appetitus autem in ipsam rem appetitam, secundum q̃ est extra, mouetur, & inclinatur. Sequitur ergo q̃ bonum, q̃ est terminus appetitus, est in re appetibili, verum autem q̃ terminat intellectum, est in ipso intellectu.

Dupliciter intellectus ad res comparatur. Sciendum secundo, q̃ dupliciter intellectus cõparatur ad res. Vno modo, sicut causa ipsarum rerum: eo modo quo domificator per artem domificandi dicitur facere domnm. Alio modo, sicut ab ipsis rebus ad intelligendum motus, dum videlicet suam similitudinem in ipsum causant. Veritas igitur intellectus de mente S. Th. in sua ratione absolutum, & respectiuum includit. *Vide D. Th. p. p. q. 16. articu. 1.* Absolutũ est similitudo cogniti existens in intellectu, & hoc absolutum est id, q̃d essentialiter est veritas, & q̃ iste terminus veritas dicit in recto. Respectiuum autem est relatio conformitatis intellectus ad rẽ extra, cuius similitudo est in intellectu, & iste respectus non est essentialiter veritas, sed tanquam completiuum formalis rationis veritatis in obliquo connotatur. Vnde si similitudinem rei quę ẽ essentialiter veritas, sub ratione veritatis concipere volumus, cum respectu conformitatis ad rem cuius est species, concipiamus oportet; dicetur. n. veritas formalis forma intellectus, secundum quã rei ad extra conformatur.

Respectus conformitatis quid. Sciendum tamen quòd ille respectus conformitatis aliquando est relatio realis, aliquando vero relatio rationis. Si enim loquamur de veritate intellectus, qui mouetur à re, relatio conformitatis est relatio realis. Mensurati enim ad mensuram relatio erit, quæ secundum Philosoph. 5. Metaph. *Cap. de ad aliquid.* est relatio realis. Si vero de veritate intellectus causantis rẽ loquamur, cuiusmodi est intellectus diuinus, & intellectus artificis, tũc talis relatio adæquationis, & conformitatis est relatio rationis; est enim relatio mensurę ad mensuratum, quæ secundum Philosoph. est relatio rationis. Est igitur veritas intellectus forma, secundum quã intellectus rei extra animam existenti conformatur, & adæquatur. Diffinitio autẽ quæ datur. s. q̃ est adæquatio rei, & intellectus, est diffinitio veritatis, quantum ad id quod est formale in veritate, non autẽ est diffinitio totalis essentię veritatis.

Quomodo veritas de intellectu & re prædicatur. Quantum ad veritatem rei. Sciẽdum primo, q̃ sicut sanitas est nomen analogum, & secundum propriam rationem est tantum in animali; in medicina vero, & cibo formaliter non saluatur, sed dicitur de eis, secundum quod quandam habitudinẽ ad sanitatem animalis habent, inquantum videlicet habitudinem aut causantis, aut cõseruantis eam habent, sic veritatis nomen est analogũ, & secundum veram rationem in intellectu dũtaxat inuenitur, ratio enim veritatis est circa formam, p̃ quã intellectus rei ad extra, vt dictũ est, adæquatur. Dicitur autem de rebus extra animã, nõ quia in illis secundum rationem sit, sed quia ad veritatem, quę est in intellectu diuino vel creato, ordinem & respectum aliquem habent.

Quomodo medicina dicitur sana. Sciendum secundo; quod sicut medicina denominatur sana, proprie quidem denominatione extrinseca, s. à sanitate in animali formaliter existẽte, non autem in ipsa formaliter existente, à qualitate autem in se existente, per quam habet quod sit causatiua sanitatis animalis, denominatur improprie sana denominatione intrinseca. Ita res nominatur quidem proprie nõ à veritate existẽte in se vera, sed denominatione extrinseca, à veritate. s. in intellectu existente formaliter; habet enim ordinem ad illam veritatem, inquantum adęquatur ipsi intellectui, aut sibi intellectum causando, in illo veram sui similitudinnm adæquat. Improprie autem denominatione intrinseca ab entitate sua, per quam cõformatur intellectui, aut nata est sibi intellectum adæquare, denominatur vera.

Sciendum tertio, quod licet res naturales in ordine & ad intellectum diuinum, & ad intellectum humanum dicantur veræ, dicuntur tamen principalius veræ per comparationẽ ad intellectum diuinum, à quo procedunt, & cuius ideis assimilantur, & conformantur, quam in ordine ad intellectum humanum. *Res artificiales quomodo dicuntur veræ.* Sicut & res artificiales dicuntur primo quidem veræ, inquantum formę existenti in mente artificis assimilantur. Secundario vero in comparatione ad intellectum humanũ, à quo non procedunt, inquantum sibi intellectum adæquare possunt.

Cum ergo quæritur quid sit veritas, à qua res dicitur vera, dicitur, quod si loquamur de veritate, à qua res dicitur proprie, & principaliter vera, illa nihil aliud est quã veritas intellectus, de qua dictũ est. Si vero loquamur de veritate, à qua improprie vera nuncupatur, dicitur, quod veritas dicit absolutum cum respectu; dicit enim entitatem rei cum respectu ad intellectum, & si quidẽ dicatur res vera p̃ respectũ ad intellectum diuinum, tunc veritas rei est eius entitas cum respectu conformitatis ad illum intellectum. *Veritas lapidis quid est primo.* Veritas enim lapidis dicit entitatem eius, inquantum cõformatur specei lapidis existenti in mente diuina, &

na,& similiter est,si comparetur ad intellectũ humanum practicum. Si autem comparatur ad intellectum humanum speculatiuum,sic dicit entitatẽ cum respectu causalitatis conformitatis,inquantum.s.secundum entitatem suam potest in intellectu veram sui cognitionem causare,quia bene dicitur,quod verum importat ordinem ad intellectum,& bonum ordinem ad appetitum.

Veritas tripliciter est in aliquo.

Quantum ad secundum principale sciendum primo,quod veritatem esse in aliquo potest tripliciter intelligi. Vno modo,sicut forma inhærens, denominans suum obiectum verum. Alio modo obiectiue,sicut cognitum in cognoscente. Tertio significatiue,sicut repræsentatum in repræsentante. Sicut si diceremus speciem intelligibilem esse in intellectu subiectiue,naturam autem hominis obiectiue,sicut cognitum in cognoscente, hominem vero esse animal,esse repræsentatiue,& significatiue in ista propositione vocali, homo est animal.

Sciendum secundo,quod cum intellectus intelligendo format in ipso quendam conceptum rei intellectę repręsentatiuum per compositionem, & diuisionem intellectus:possumus duo intelligere.s.aut ipsum actum intellectus componentis, & diuidentis,idest affirmantis, aut negantis, aut conceptum complexum per talem actum productum.

Ponuntur itaque istæ conclusiones.

Veritas est in sensu & in intellectu,sicut in re vera.

Prima est. Veritas est in sensu, & in intellectu cognoscente quod quid est,sicut in re vera,quod est dicere dicuntur veri,sicut & aliæ res dicuntur veræ. Probatur. Omnis res habens formam propriam, & conuenientem suæ naturæ secundum conformitatem ad speciem existentem in mente diuina,habet in se veritatem sicut res vera,sed intellectus cognoscens qđ quid est,& sensus actualiter sentiens sunt huiusmodi:ergo &c. consequentia nota cum maiori per supradicta. Minor vero probatur. Similitudo rei cognitæ,inquantum huiusmodi,est forma virtutis cognoscentis,inquantum est cognoscens;forma enim rei cognitæ constituit virtutem cognoscitiuam in actu,sed intellectu cognoscens quod quid est,& sentiens habẽt similitudinem rerum cognitarum:ergo habent ꝓprias formas.

Quę differẽtia inter veritatem intellectus. & sensus.

Aduertendum tamen,quod licet intellectus apprehendens quidditatem dicatur verus,quia habet propriam formam,habet & similiter sensus, differt tamẽ intellectus in hoc à sensu,quia forma à qua sensus dicitur verus intrinsece, non est essentialiter,& proprie veritas,sicut nec entitas lapidis proprie veritas est:forma autem,à qua intellectus inquantum cognoscens, dicitur verus intrinsece, est essentialiter veritas ipsa intellectus nostri,vt ex superius dictis patet,non tamen est veritas,à qua principaliter dicitur intellectus verus. Dicitur enim primo verus à veritate in mente diuina existente.

Neque in sẽsu neque in intellectu ꝙ quid est cognoscẽte est veritas obiectiue.

Secunda conclusio. Neque in sensu, neque in intellectu cognoscente quod quid est,est veritas obiectiue:idest quod terminat actus istarum virtutum, non est formaliter verum. Probatur ista conclusio. De sensu enim satis patet,quia veritas non cognoscitur nisi formetur,ratio aliqua, aut conceptus de re ad extra,quod non conuenit sensui de intellectu. Probatur. Cognoscens verũ formaliter cognoscit conformitatem & comparationem,quæ est inter rem cognitam,& id quod intellectus concipit de tali re, sed intellectus cognoscens quod quid est,non cognoscit talem conformitatem : ergo &c. consequentia nota cum maiori,quia in tali conformitate veritas formaliter consistit. Minor vero probatur. Si intellectus talis cognosceret hanc conformitatem, id quod terminat talem operationem,talem conformitatem importaret,terminus enim actus intelligendi,est id quod intelligitur,sed hoc est falsum,quia terminus simplicis intelligẽtiæ est incomplexus, incomplexum autem inquantum huiusmodi non dicit aliquam comparationem, aut applicationẽ ad rem, hoc enim incomplexũ,animal rationale, ex se non dicit aliquam comparationem ad rem: ergo &c.

Veritas est in intellectu cõponente, & diuidente obiectiue.

Tertia conclusio. Veritas est in intellectu componente,& diuidente obiectiue, siue sicut cognitum in cognoscente. Probatur. Cognoscens conformitatem intellectus ad rem cognoscit verum formaliter,sed intellectus componẽs,& diuidens cognoscit conformitatem intellectus ad rem: ergo &c. Probatur minor,quia aliquando intellectus iudicat se habere similitudinẽ intelligibilis. Item quia terminus talis intellectionis est complexum,puta hoc exemplum,homo est animal;cõplexum autem comparationem intellectus ad rẽ dicit:ergo &c.

Vide D.Th. p.p.q.16.ar. 1.& 6. met a physic.

Sed hic occurrit dubium: Nam S.Thom.dicit, quod tunc solum intellectus cognoscit veritatem, quando cognoscit conformitatem sui ad rem. Dicit enim:intellectus autem conformitatem sui ad rem intelligibilem cognoscere potest,hoc est quã do iudicat rem ita se habere, sicut est forma de re quam apprehendit. In hoc sola operatione intellectus est veritas,& falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei intellectæ,sed etiam super ipsam similitudinẽ reflectitur,cognoscendo,& diiudicando ipsam. Sed in omni propositione importatur talis conformitas intellectus ad rem,sicut in ista,homo est animal, sed habitudo tantum prædicati ad subiectum importatur:ergo non semper intellectus diuidendo, & componendo cognoscet verum aut falsum. Lect.4.

Nota pulchrã & subtilissimã doctrinam secundum D. Thom.

Respondetur,quod propositio illa est de mente San. Thom. scilicet quod in omni propositione importatur comparatio intellectus ad rem,nã intellectus formans propositionem,attribuit,aut remouet à re id,quod de se ipsa cõcepit. Subiectũ enim propositionis importat rem extra animam, & prædicatum id quod intellectus de ipsa apprehendit,& per consequens formando propositionem,& intelligendo complexum,dicit & intelligit se habere conformitatem ad rem, attribuendo.s.ei id,quod incomplexe cõcepit, & siquidem sicut est in re, scilicet quia ipsi rei conuenit id, quod intelllectus concepit,& quod ei formando propositionem attribuit, tunc intellectus verum dicit,& cognoscit,sicut cum huic rei quæ est homo

mo, attribuit hoc quod concepit de ea, s. animal rationale, aut risibile, formando istam propositionem, homo est animal rationale, aut istam, homo est risibilis, verum cognoscit. Si vero aliter sit in re quam intellectus dicat, quia si intellectus aliquod incomplexum rei attribuit extra animam, quod ei non conuenit, vt puta dicendo, homo est equus, tunc dicit falsum, & cognoscit falsum. Itaque quod in ista propositione, homo est animal, & in omnibus alijs comparatio intellectus ad rem importatur, ex eo quod in tali ꝓpositione intellectus rei extra animam existenti, quæ per propositionis subiectum significatur, id quod concepit de ea, & per prædicatum importatur, attribuit, & sic in omni propositione intellectus dicit se esse adæquatum rei, dum rei attribuit id, quod incõplexe de ea concepit.

Vide D. Th. vbi supra. Quod autem hoc sit de mente S. Thom. apparet, qui postquam dixit, quod tunc intellectus cognoscit veritatem, cum cognoscit conformitatem sui ad rem intelligibilem, iudicando rem ita se habere, sicut est forma de re, quam apprehendit, subiungit; & hoc facit componendo, & diuidendo in omni propositione aliquam formam significatam per prædicatum, vel applicat alicui rei significatæ per subiectum, vel remouet ab ea.

Vide etiam 1. cont. gent. Item ostendens, quomodo a deo veritas enunciabilium non excluditur, dicit; Cum aliquod incomplexum vel dicitur, vel intelligitur, ipsum quidem incomplexum quantum est de se, non est rei æquatum, nec rei inæquale, cum æqualitas, & inæqualitas secundum comparationem dicantur. Incomplexum autem quantum est de se, non continet aliquam comparationem, vel applicationẽ ad rem, vnde de se nec verum, nec falsum dici potest, sed tantum complexum, in quo designatur cõparatio incomplexi ad rem per notam compositionis, aut diuisionis. Incomplexum autem non dicitur ipsa res, secundum quod est extra animã, sed secũdum quod est obiectiue intellectu simpliciter intelligente, ergo &c. In ista propositione homo est animal, importatur conformitas intellectus ad rem extra, secundum quod res ad extra, quæ est homo, id quod de ea intellectus concepit, & intellectus illam propositionem formando se esse adæquatum rei, cum de ipsa format conceptum animalis, intelligit, & dicit: dicit enim ita esse in re, sicut ipse concepit, ista autem conformitas importatur per copulam verbalem. Vnde in propositione importatur conformitas vtriusque, scilicet & eius quod intellectus concipit de re ad ipsam rem, & intellectus sic intelligentis ad eandem, &c. Similiter in propositione negatiua inuenitur, cum enim intellectus hominem non esse equum intelligit, se esse rei adæquatum dicit, dum de eo equi negationem apprehendit.

Quid incõplexum.

Quarta conclusio. In propositione vocali, & mentali, quæ est conceptus terminans actum intellectus componentis, aut diuidentis, est veritas significatiue. Probatur, quia repræsentat intellectui enunciabile verum. Ista enim propositio, homo est animal, siue in voce, siue in mente significat hoc complexum, hominẽ esse animal, in quo significato importatur id quod est veritas formaliter; dicit enim hominem, & animal, & comparationem huius incomplexi animal, ad illam rẽ quæ est homo, & tale enunciabile complexum est id, quod intellectus dicit, & intelligit per compositionem, aut diuisionem. Verumtamen est, quod conceptus mentis principalius significat enunciabile complexum, quam propositio vocalis, quia ꝓpositio vocalis, nisi mediante conceptu, non significat.

In propositione vocali & mẽtali est veritas significatiue.

Ad rationes in oppositum respondetur.

Ad primum dicitur, quod sensus Philosophi est, in ipsis esse veritatem, sicut in re vera, non autem sicut in cognoscente veritatem, & hoc conceditur.

Ad secundum patet, quod propositio vocalis est vera significatione, non autem formaliter, per veritatem propriam in se existentem.

Nota mirabilem doctrinam in solutione argu. quæ est S.T. vbi supra.

Ad tertium dicitur primo, quod ens, & verum conuertuntur quantum ad supposita, quia esse suppositum entis est suppositum veri, & econuerso, non autem conuertuntur quantum ad constitutiua rationum vtriusque, esse enim constituit rationem entis, & adæquatio rationem veritatis, illa autem non conuertuntur.

Dicitur secundo, ꝙ si consequens sic intelligatur, ꝙ vbi est vnum ibi est alterum, quantum ad ea penes quæ non conuertuntur, negatur consequentia: quia enim penes constitutiua rationum non conuertuntur, ideo non oportet vbi est vnũ, ibi esse reliquum.

Dicitur tertio, ꝙ quia ens, & esse conuertũtur secundum supposita, differunt tamen secundum rationem, ideo requiritur, ꝙ in quocũque est suppositum entis, sicut in cognoscente, sit etiam suppositum veri, & econuerso, nõ oportet autem hoc de rationibus, non enim intellectus semper intelligens ens, veri rationem intelligit.

Dicitur quarto, ꝙ argumentum concludit, ꝙ verum est in omni re, sicut in re vera, cum hoc autem stat, ꝙ sit solum in intellectu componente, & diuidente, sicut in cognoscente verum.

Ad quartum dicitur, ꝙ aurum est uerum aurũ proprie denominatione extrinseca, inquãtum cõformatur intellectui diuino à quo procedit, improprie autẽ denominatione intrinseca, unde in ipso esse ueritatem improprie dictam non negatur.

Aurum quomodo dicitur verum.

ADDITIO

CIRCA hoc quæsitum occurrit dubitatio similis dubitationi præteritæ, ad quem artificem spectat contemplari de vero, num ad Metaphysicum, vel ad naturalem: quia aliqui dicunt, quod naturalis Philosoph. est ille, qui debet considerare de ipso vero, in illa parte præcipue, in qua consideratur subiectum omnium verorum, & eorum agens: sed animasticus considerat intellectum possibilem, qui est subiectum omnium verorum, & intellectum agentem qui est eorum principium: igitur ad naturalem spectat de ipso vero considerare. & confirmatur: quia considerans aliquod subiectum, debet considerare ea quæ in illo reperiuntur, modo naturalis considerat intellectum, in quo reperiuntur

Dubitatio ad quem artificem spectat consideratio veri.

3. de anima com. men. 5.

3. de anim. Tex. 1.

6. metaphy. Tex. 8.

tur\ verum, vt ait Ar. bonum, & malum sunt in rebus: verum, & falsum in intellectu: igitur ad naturalem Philosophum spectat illud considerare. Aliqui asserunt, quod ad Metaphysicum spectat considerare de vero, quandoquidem solus Metaph. contemplat de primo obiecto in ellectus, & de Deo, sed verum est primum obiectum intellectus, & ipse Deus est prima veritas; igitur ad Metaph. spectat de ipso vero cōsiderare. Adde quod Ar. appellat ipsam Metaphysicam Philosophiam veritatis: quia eius finis est veritatem contemplari: igitur ad solum Metaphysicum spectat de vero considerare. Aliqui vero affirmant nullam artem differere de vero, nisi dialecticam, quia grammatica considerat orationem, vt est congrua, vel incongrua: dialecticus autem vt est vera, vel falsa. Praeterea solus logicus tractat de ente rationis, & de ente diminuto, sed verum est ens diminutum, vt scripsit Auer. dimittamus perscrutari de ente per accidens, & de ente quod est veridicans, s. quod est in anima; ens. n. quod est per accidens non habet causam determinatam, & quod est veridicans non habet causam nisi animam, ideo vtrumq; numeratur in genere entis diminuti.

ar. 1. quaest. 1. art. 1.

2. metaphy. Tex. 4.

6. metaphy. commen. 8.

1. lib. de interpret. cap. de orat.

Nisi dicamus, vt ait Ammonius, quod verum potest dupliciter sumi, vno modo vt distinguitur contra metaphoricum fictum, & alchimicum, qua ratione aurū minerale dicitur verum, & auricalcum dicitur falsum, siue alchimicum, & sic verum est passio entis, & cōuertitur cum eo & iuxta hoc significatum dixit Ar. oportet principia sempiternorum esse uerissima, & vnumquodque sicuti se habet ad esse, ita ad veritatē, quia in quibusdam hoc uerum reperitur magis, in quibusdam minus, quia in cā reperitur magis, & in effectu, & causato reperitur minus, & propterea principia, & causae sempiternorum sunt veriores effectibus, & causis corruptibilium, alio modo accipitur verum vt distinguitur contra falsum, & sic verum est relatio quędam qua cōpositio, vel diuisio, quae est secunda operatio intellectus, dicitur vera, vel falsa, de qua loquutus est Ar. dicens, ab eo quod res est, vel non est, dicitur oratio vera vel falsa; verum sumptum primo modo spectat ad Meta. si vniuersaliter capiatur, quia vt est huius, vel illius entis, puta mobilis, aut quan i spectat ad spāles scientias: verum autem sumptum secundo modo spectat ad logicum, quia omnis scientia speculatiua considerat aliquo pacto de ipsa veritate, siquidem eius finis est veritas, sicuti h nis scientiae practicae est opus.

2. metaphy. Tex. 4.

Aeternū est verius corruptibili.

Lib. praed. c. de sub stā. & in post praed. capitu. de prior. 1. metaphy. Tex. 3.

2. lib. poster. Tex. 26.

In prologo primi peri herm.

Vel possumus dicere, quod verum potest considerari vno modo, vt est conclusio demōstrationis, de qua Ar. dixit, scientia est verorum. alio modo potest considerari, vt est res significata per terminum conclusionis, siue propositionis, & sic aliquando haec res reperitur in vocibus, vt scripsit Ar. voces sunt notae earum passionum, quae sunt in anima, & hoc est reperiri in voce, vt in signo, aliqn̄ haec reperitur in anima, tanquā in subiecto, quia cōpositio, quę est aliqd de aliquo, & diuisio, quae est aliquid ab aliquo dicuntur verae, vel falsę & istae sunt operationes ipsius aīae, q̄ sunt in ipsa, tāq̄ in subiecto, haec res significata p terminū ppositionis reperitur in ipsismet reb. tanquā in causis, vt dictū est, ab eo q̄ res est, vel non est, &c. Quib. stātibus dicimus, q̄ si loquimur de ipso vero, prout est conclusio, sic oīs ars, oīsque scīa considerat de ipso: si loquimur de ipso vero, vt reperitur in vocib. sic spectat ad logicum de ipso differere: si aūt loquimur de vero, vt est in aīa, sic ad naturalem Phylosophū, puta ad aīasticum attinet de vero cōtemplari; sin aūt de uero sermonē facimus, vt reperit in reb. sic Met. hēt ipsū cōtēplari, ex quo patet solutio obiectionū, & ad quē artificē spectat de ipso uero cōtēplari. uide Auer. 2. de aīa, ubi distinguit ueritatē, & falsitatē, q̄ sūt in intellectu speculatiuo ab his, q̄ sūt ī intellectu opatiuo, & in li. de caelo distinguit uerū ī necessariū, & possibile, q̄ uerū necessariū oponit falso impossibili, & uerū possibile opponitur falso possibili, uide D. T. p. p. q. 17. per totam, ubi reperies qūo uerū sit in re, & qūo ī intellectu, & qūo in Deo, & quot modis sumitur uerū, & qd sit uerū. lege quoq; 1. sen. d. 19. q. 5. ar. 1. & in q. d. sputatis de uer. q. 1. & per totam & 1. cōt. ge. c. 60. & li. 3. c. 51. & in opus. 3. c. 105.

3. de anima. Tex. 26.

Comm. 34.

1 de caelo. & mundo Comm. 119

QVAESTIO XIII.

Vtrum intellectus noster possit cognoscere singularia.

Vtrum autem faciens hoc intellectus, &c. Tex. XXII.

Lege p. p. D. Thom. quae. 86. artic. 1. vbi sunt eadem fere argumen.

QVAERITVR tertiodecimo; Vtrum intellectus noster possit cognoscere singularia: Et videtur quod sic.

Primo. Potentia ponens differentiā inter aliqua cognoscit illa, sed intellectus ponit differentiam inter vniuersale, & particulare: ergo cognoscit vtrumque; consequentia nota cum minori. Maior est Philosophi 2. de anima per hoc probantis, oportere esse sensum communem ad cognoscendum differentiam inter sensibilia diuersorum sensuum, quia sensus particularis non cognoscit sensibile diuersorum sensuum.

Te. 146.

Secundo. Quicquid potest uirtus inferior, potest virtus superior, sed sensus, qui est virtus inferior, pōt cognoscere singularia: ergo & intellect9.

Tertio. Id quod primo intelligitur ab intellectu per vnam speciem, aut est ipsa species, aut res extra animam repraesentata per speciem. Nō species, quia secundum S. Docto. species non est qd intelligitur, sed quo res intelligit: ergo est res extra animam, sed res quaelibet extra aīam est singularis ēt sm S. T. ergo intellectus intelligit primo singulare.

3. de anima. Lect. 4.

Quarto. Formare syllogismum expositorium, pertinet ad intellectū, similiter ex vniuersali propositione, & particulari concludere particularem in operabilibus, sed non posset intellectus ista facere, nisi cognosceret singulare, cum cognitio propositionis particularis supponat cognitionem singularis: ergo &c.

Libello de ente & essentia in prologo.

Quinto. Si intellectus non posset cognoscere singulare, aut hoc esset ex parte intellectus, aut ex parte rei. Nō ex parte intellectus, qa intellectus potest intelligere magis intelligibilia: ergo & singulare, quod est minus intelligibile: non etiam ex parte ipsius singularis, quia vnumquodque cognoscitur, secundum q̄ est in actu, quia sibi primo cōuenit existere, & per ipsum conuenit vniuersalib. vniuersalia. n. abstrahunt ab hic, & nunc, vt habetur ex Phil. ergo &c.

Vide 9 metaph. 10. 20

1. Post. Tex. 43.

Respondeo. In ista quaestione duo sunt facienda. Primo n. declarabitur titulus quaestionis. Secūdo dicetur ad quęsitum.

Ordo quaesti.

Q ātū a d primū. Sciēdū primo, q̄ cū singulare respectu alicuius vniuersalis dicat, quot modis di

uerſificatur vniuerſale, tot modis particulare diuerſificari contingit. Duplicia autem ſunt vniuerſalia. Quędam.n. ſunt, quæ à ſua ratione materiã totaliter excludunt, ſic ꝙ non modo in ratione ſua non includunt materiam, ſed etiam eſt de eorum ratione non habere materiam, ſicut ſunt vniuerſalia, genera. ſ. & ſpecies ſubſtãtiarum ſeparatarum. Quędam autem ſunt vniuerſalia, quę in ratione ſua materiam vniuerſalem includunt, ſicut ſpecies rerum corporalium. Si diffiniatur.n. homo diffinitione naturali, dicetur, ꝙ eſt quoddam compoſitum ex carnibus, oſſibus, & neruis, & huiuſmodi, & anima rationali. Singularia igitur in duplici etiam ſunt differentia, quædam. ſ. quæ sũt naturarum totaliter materiam excludentium ſingularia, & iſta dicuntur ſingularia immaterialia, ſicut ſunt intelligentiæ: quædam autem quæ ſunt ſingularia naturarum excludentium materiam, & iſta dicuntur ſingularia materialia, ſicut ſunt Sor. hic bos, hoc lignum, &c.

Duplicia ut vniuerſalia & ſimiliter ſingularia.

Duplicitee aliquid cognoſcitur.

Sciendum ſecundo, ꝙ aliquid poteſt cognoſci dupliciter. Vno modo in confuſo, & potentialiter, & hoc eſt quãdo cognoſcitur aliquid, in quo potentialiter continetur, hoc modo qui cognoſceret animal, non diuidendo in ſuas ſpecies, cognoſceret hominem potentialiter in animali contentum. Alio modo diſtincte, & determinate, & hoc eſt quando res cognoſcitur in propria natura ſecundum quod eſt, hoc modo cognoſceretur homo, ſi cognoſceretur ſecundum proprium genus, & differentiam vltimam.

Senſus quæſiti quis ſit.

Cum igitur quęrimus, vtrum intellectus noſter poſſit cognoſcere ſingularia, nõ quærimus de cognitione confuſa, & potentiali; certum eſt enim ꝙ intellectus cognoſcit vniuerſalia in quibus ſingularia confuſe, & potentialiter continentur, ſed quærimus de cognitione propria, & diſtincta, ſm ꝙ ſunt in ſua ſingularitate; ſimiliter non quærimus de ſingulari immateriali, hoc.n. pertinet ad Metaphyſicum, vtrum. ſ. intellectus noſter poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas, ſed quærimus de ſingularibus materialibus.

Vide in q. 6.

Quantum ad ſecundum ſciendum, vt declaratum eſt in præcedentibus, ꝙ duplex eſt cognitio, ſ. directa, & reflexa. Directa, qua intellectus rẽ aliquam directo intuitu videt. Reflexa, qua intellectus cognoſcit aliquid, quod ſibi fuerat rõ aliud cognoſcendi, reflectendo ſe: quomodo ſe habeant iſtæ cognitiones, dictum eſt ſuperius.

Lege q. 6. huius libri.
1. concluſio.

Sit igitur hæc prima concluſio. Intellectus noſter non poteſt primo directe cognoſcere ſingularia.

Probatur primo. Omne cognitum ab intellectu primo, & directe, per ſpeciem intelligibilẽ exiſtentem in intellectu repræſentatur, ſed ſingulare in ſua ſingularitate non repræſentatur primo, & directe per ſpeciem: ergo &c. conſequentia nota cũ maiori, quia intellectus non intelligit, niſi ſecundum ꝙ eſt in actu per ſpeciem intelligibilem. Minor vero probatur. Vnumquodque recipitur in aliquo per modũ recipientis, vt ſæpius adductũ eſt, ſed intellectus eſt immaterialis: ergo ſpecies recepta in illo eſt immaterialis, & ſine materialibus cõditionibus: ergo repræſẽtat immaterialiter, omnino, & per conſequens non repræſentat ſingulare in ſua ſingularitate, & materialitate.

Secundo arguitur ſic. Illud quod primo, & directe cognoſcitur ab aliqua potentia, eſt obiectum eius. Sed ſingulare non eſt obiectum intellectus, immo quidditas rei materialis, vt ſuperius dictũ eſt: ergo &c.

Quidditas materialis ẽ obiectum intellectus.

Tertio. Res quæ ſua rõne materiam ſignatã, & particularizatam includit, nõ cognoſcitur primo & directe à potẽtia per abſtractionem à materia cognoſcente, ſed intellectus noſter cognoſcit ꝑ abſtractionem à materia, & ſingulare in ſua rõne includit materiam, vt dicitur 7. Met. ergo &c. conſequentia nota cum maiori, quia ſi aliquid in ſua rõne includens materiam, cognoſceretur à potentia per abſtractionem à materia, cognoſceretur per abſtractionem ab eo, quod eſt de rõne eius, nihil autẽ põt abſtrahi ab eo, quod eſt de rõne eius: minor etiam eſt manifeſta, tum quia per illud intellectus differt à ſenſu, tum quia ꝓp hoc ponitur à Phil. intellectus agens, vt naturas à conditionibus indiuiduantibus abſtractas efficiat.

Tex. 35.

2. concluſio
Intellectus noſter põt cognoſcere ſingularia ꝑ reflexionem

Secunda concluſio. Intellectus noſter põt cognoſcere ſingularia ſecundario, & per reflexionẽ. Probatur rationibus in principio quæſtionis adductis.

Primo. Cuicũq; intellectus attribuit aliquã ſecũdam intẽtionẽ, illud ab intellectu cognoſcitur: non.n. poſſet illi intellectus attribuere intẽtionẽ, niſi cognoſceretur. Sed ſingulari intellectus indiuidui intentionem attribuit, ergo intelligitur ab intellectu, & cum non intelligitur primo, & directe, ſequit ꝙ indirecte, & ſecundario intelligatur.

3. de anima Tex. 10.

Secundo probat vtraque concluſio auctoritate Phil. Nã quęrens quid ſit obiectum intellectus, præmittit quo quidditas diſtinguitur ab eo cuius eſt. ſ. à ſingulari. Deinde cũ ſubiungit, ꝙ aut alia parte, aut eadem aliter ſe habente, carnem, & carni eſſe diſcernit, hoc declarat ſubiungens: Senſitiuo quidem igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum rõ quædã caro. Alio aũt aut ſeparato aut ſicut circũflexa ſe hẽt ad ſeipſam, cum extenſa ſit carni eſſe deſcernit, i. principio quidem ſenſitiuo iudicat, & cognoſcit ſingulare, & omnia quorum rõ materiam particularem includit, ſicut hæc caro. Alio aũt principio, aut ſeparato à principio ſingularis cognoſcitiuo qdditatẽ diſcernit, q. ſi. ſ. vnũ cognoſcitur ſenſu, alterum vero intellectu, aut nõ ſeparato, ſed eodem quo extẽſe, i. primo, & directe quidditatem apprehendit, dum reflectitur ſupra actum ſuum, etiam ſingulare cognoſcit, quod ſane ſit, quando vtrumque cognoſcitur intellectu, ex eo quod anima, quæ quidditatem cognouit, ad conſiderationem ſui actus, & ſpeciei intelligibilis & phantaſmatis reflectitur.

Intellectus cognoſcit ſingularia ſecundario.

Cum itaque intellectus noſter non cognoſcat directe, & primo ſingularia, cognoſcat autem ſecundario & indirecte, ſupereſt declarare, quis ſit iſte modus cognoſcendi, & vnde hoc habeat ſingulare.

Sciẽdũ igiť ꝙ ſingulari nõ rõne ſingularitatis à nobis repugnat directe cognoſci, ſingulare.n. immateriale ſm ſe maxime cognoſcibile eſt, ſed ratione materialitatis, licet.n. intellectꝰ primo, & directe

recte quidditatem materialem cognoscat, per abstractionem tamen ab hac materia signata, quam in sui ratione includit, singulare cognoscit.

Modus quo cognoscitur singulare.

Modus igitur cognoscendi singularia hic est. Nam singulare primo sensum particularem immutat, deinde phantasiam, hęc autem simul cum intellectu agente speciem intelligibilem in intellectu possibili causat. Et quia illa species solam quidditatem repræsentat, cum singulare, & phantasma per quidditatem tantum speciem intelligibilem causet, ideo intellectus per illam speciē primo naturā vniuersalem intelligit, deinde per cognitionē obiecti vniuersalis in cognitionē sui acti redit; & quia actus causatus est à specie intelligibili, ideo per cognitionem actus redit in cognitionem speciei intelligibilis, quæ principium actus fuit: & quia species est à phantasmatibus abstracta, per cognitionem speciei ad cognitionem phātasmatis reuertitur, & per phātasma singulare cognoscit. Apparet hoc in exemplo. Sortes. n. & Plato prius per suas quidditates sensum exteriorem immutant, deinde sua phantasmata similiter cum intellectu agente similitudinem hominis in intellectu producūt. Intellectus similitudine hominis informatus cognoscit naturam humanam, deinde ad cognoscendum actum suum redit, & per illū speciem, & per speciem phantasmata, & per phantasmata Sortem, & Platonem.

Tex. 19.

Pulcherrimum exemplum.

Ex hoc sequitur, ꝙ singulare per propriam, & distinctam speciem, quæ scilicet ipsum repræsentet distincte intellectui, quantum ad suam singularitatem non cognoscitur, sed ꝑ speciē vniuersalem, tanquam principium quo intellectus intelligit, & actum intellectionis producit. per phātasmata autem tanquam per id, quo ipsum singulare intuetur.

Quæst. 15.

Contra primam conclusionem sunt dubia quędam, quæ inferius declarantur.

Ad rationes in oppositum respondetur, pro quanto possunt esse contra primam conclusionē.

Soluuntur rationes in oppositum.

Ad primum quidem dicitur, ꝙ ponens differētiam inter aliqua, vtique cognoscit vtrumque, nō tamē oportet quod vtrumque cognoscat primo, & directe.

Ad secundum respondetur primo, ꝙ quicquid potest virtus inferior, potest virtus superior, non tamen eodem modo, sed nobiliori. Modo dicitur ꝙ intellectus singulare nobiliori modo quam sensus cognoscit, sensus. n. singulare quantum ad cōditiones materiales, & accidētia exteriora cognoscit, intellectus autem quantum ad naturam speciei, quæ est in ipsis indiuiduis.

Respondetur secundo, ꝙ maior propositio habet veritatem in his quæ sunt eiusdem generis, & eiusdem ordinis, quia tunc quod dicit perfectionem in vno, dicit ēt perfectionem in altero: Modo sensus, & intellectus non sunt eiusdem ordinis vnde ratio non sequitur.

Ad tertium dr̄, ꝙ id quod primo intelligitur ab intellectu, est res extra animam existens, non secūdum esse, quod habet extra animā, sed sm abstractionem à conditionibus materialibus. Et cū dr̄ ꝙ est singularis, dicitur ꝙ est singularis secūdū esse, ꝙ habet in singularibus, sed secundum esse, ꝙ habet in intellectu, est vniuersalis.

Ad quartum dicitur primo, ꝙ posito ꝙ intellectus formaret syllogismum expositorium, oporteret intellectum cognoscere singularia, non tamen primo & directe.

Dicitur secundo, quod formare syllogismum expositorium, similiter formare conclusionem de re aliqua eligenda, pertinet ad cogitatiuam, licet etiam talis cognitio dicatur esse intellectus imperatiue, quia scilicet intellectus imperat virtuti cogitatiuæ, vt in actum circa particulare operabile exeat.

Intellectus formans syllogismum expositorium pertinet ad cogitatiuam.

Ad quintum dicitur, quod est ex parte ipsius singularis, quia videlicet non potest causare in intellectu speciem representatiuam materiæ signatę, eo quod intellectus immaterialis sit, materiale autem in immateriale agere non possit.

Ad huius improbationem dicitur primo, quod illa propositio, vnumquodque est intelligibile, inquantum est in actu, non verificatur de habente actum existentiæ, sed de habente esse quidditatiuum actual., quod inquam aut est actus, aut natura sua includit actum, sic enim dicitur vnumquod que intellectuale inquantum est in actu, id est inquātum natura sua includit actum, vnde ratio nō probat.

Vnumquodque è cognoscibile, inquantum est in actu, quo modo intelligatur.

Dicitur secundo, ꝙ quantum ad materiam signatam singulare non est in actu, sed dicit potentiam, ideo secundum suam singularitatem non est cognoscibile, nisi in ordine ad aliquem actum.

Dicitur tertio, ꝙ admisso ꝙ sit intelligibile, non sequitur ꝙ sit primo intelligibile & directe, non. n. omne ꝙ est in actu, est intelligibile primo, & directe, sed id quod sui similitudinē potest in intellectu causare.

ADDITIO

IN quæsito hoc laborant Scotistæ ad probandum, quod intellectus noster per se, & directe singularia cognoscere valeat, quandoquidem ad id se extendit intellectus, ad quod voluntas pertingit, aiebat Iacobus Bargius Scotista, cum essem in studio Patauino: sed voluntas pertingit vsque ad singularia, quia ea amat, & diligit: igitur & intellectus quoq. ea agnoscit, siquidem nihil voluntas diligit, quod et intellectus nō repręsentet. Addebat quod intellectus exorditur opus suum, vbi sensus posuit terminum suę actionis, at sensus in singularibus terminat actionem suā, igitur & intellectus à singularibus incipit cognoscere, & sic primo, & directe ipse intellectus cognoscit singularia, quod est contra Thomist. Et hoc videtur esse de intentione Ar. dicentis, necesse est intellectum in sua intellectione phantasmata speculari: sed phantasma sunt singularia, & repræsentatiua conditionū particulariū; igitur intellectus cognoscit directe singularia. Tum etiā quia non possumus nos imponere nomen alicui, nisi illud agnoscamus; modo intellectus imponit nomina singularibus: igitur & singularia agnoscit per se primo. Quod eo magis apparet, quia intellectus quando cognoscit vniuersale, illud abstrahit à singularibus, modo abstractio nō fit ab incognito, ergo primo intellectus cognoscit singularia, & deinde vniuersale. Et hoc ēt apparet luce meridiana clarius, quādo intellectus arguit ad ali-

Argumenta Iacobi Bargii Scotistæ.

Primum.

Secundum. 3. de anima. Tex. 20.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

quam conclusionem per inductionem, quippe quæ inductio procedit à singularibus ad vniuersale concludendum. Idem etiam apparet in exemplo, quod est quando vnum particulare per aliud probatur, propter simile quod in vtroque conspicitur, vt si malum est Græcos cum Troianis beligerari, malum quoque est Lacedæmonios cum Atheniensibus armis decertare, in his .n. argumentationibus singulare primo mouet intellectum, cum actiones sint singularium, & sic quoque primo intelligitur ab eo: concludendum est igitur vtrumque intellectum, & theoricum, & practicum per se, primo & directe cognoscere singularia: de theorico patet, quia saltem cognoscit seipsum, quippe qui quoddam singulare est, alioquin non haberet aliquem actũ, cum actus sint singularium: de practico magis videtur quia dirigit ad agendum, actus sunt circa singularia, vt dictum est: cognoscit ergo intellectus ipse primo, & per se singularia.

Septimum de intellectu Theorico & practico.

Propterea ad hæc argumẽta, & similia dicere possumus, quod cum tribus modis aliquid cognosci possit, vno modo cognitione eius in se, quod est cognoscere illud cognitione intuitiua, intuendo puta Bucefalum in seipso. Secundo potest cognosci aliquid mediante aliquo medio repræsentatiuo, quod est cognoscere cognitione abstractiua. Tertio aliquid cognoscitur cognitione deductiua, sic enim cognoscimus causas per effectum, quo pacto cognoscimus indiuidua, & singularia immaterialia, puta Deũ, & substantias immateriales. Adde etiam, quod intellectus dupliciter considerari potest, vno modo vt intellectus est, & sic non est cognoscitiuus nisi vniuersaliũ, quia principium singularitatis in rebus materialib. est materia indiuiduali, & intellectus quando intelligit, abstrahit speciem intelligibilem ab huiusmodi materia: propterea intellectus, vt intellectus est, non cognoscit nisi vniuersalia. alio modo potest considerari intellectus, vt est sensibus coniũctus præcipuè cogitatiuæ, & sic intellectus cognoscit singularia, sed non proprio conceptu, sed conceptu alieno, nec cognitione abstractiua, aut intuitiua, sed potius cognitione arguitiua, quia quando cognosco vniuersale, puta hominem, & cognosco, quod non subsistit per se, arguo, & concludo, quod in rerum natura datur quædam res singularis, quæ differt ab vniuersali, quod cognoui per abstractionem, & sic arguitiue, & confuse, & conceptu alieno intellectus, vt sensibus alligatus, singularia cognoscere poterit.

Tribus modis aliquid cognoscitur.

Intellectus dupliciter cõsideratur, vt intellectus est, & vt est cõiũctus sensibus.

Contra Scotum 4. sent. dist. 45. q. 3.

Et si hæc applicaueris argumentis adductis, de facili ea soluere poteris, concedendo, quod voluntas amat singularia: ergo intellectus ea cognoscit arguitiue, & vt imaginatiua ei subseruit. Et quando addit, quod intellectus exorditur ab eo in quo finit sensus, hoc est falsum, si loquimur de intellectu, vt intellectus est, sed bene incipit à proximo sibi, quod est vniuersale corporeum nec est necessarium, quod posterior potentia incipiat a termino prioris. soluitur & id quod fundabatur supra dictum Arist. qui non dicit, quod intellectus speculatur phantasmata, sed homo, cuius intellectus si intelligere debet, oportet vt per phantasiam phantasietur, & imaginetur phantasmata, à quibus intellectus possibilis accipit speciem intelligibilem. Ad quartum de impositione nominis dicimus, quod cum cognoscamus singularia arguitiue, possumus imponere eis nõmina. Quintum de abstractione soluimus, dicendo falsum esse abstractionem fieri à noto, siue loquamur de abstractione intellectus agentis, siue possibilis, qui cognoscit vniuersale non agnoscendo conditiones particulares, sicut etiam facit visus, quando cognoscit colorem in pomo, non intuendo odorem, & olfactus cognoscit odorem absque colore. Sextum de inductione & exemplo concedimus, sed non est intellectus solus, qui facit inductionem, sed adiutus à cogitatiua, quæ numerat singularia omnia, quæ conueniunt in aliquo prædicato communi, & sic intellectus arguitiue, & alieno conceptu cognoscit singularia materialia. De intellectu theorico concedimus, quod cognoscat seipsum, quia est singulare immateriale, quandoquidem singulare non repugnat intelligi, inquantum est singulare, sed inquantum est materiale, quia nihil intelligitur nisi immaterialiter. De intellectu practico etiam asserimus, quòd non cognoscit singularia, nisi mediante particulari apprehensione sensitiuæ partis, vt docet Ar. quia ex vniuersali propositione nõ potest concludi propositio particularis, nisi mediante propositione alia singulari. hæc omnia sustinere debemus cõtra Scotum tenentem, intellectum nostrũ intuitiue cognoscere singularia materialia, quod tamen est falsum, vt ostendũt omnes veri peripatetici, quam rem si latius scire cupis, lege D. Thom. in q. disputatis de ver. q. 5. artic. 6. & q. 6. artic. 10. & in quolib. 12. artic. 12. & in Opu. 24. ca. 14. sen. di. 50. q. 1. ar. 3. & p. p. q. 86. ar. 1. vide etiam 1. cont. gen. c. 65. & Auctorem in expositione illius ca.

Solutio argumentorũ omnium.

3. de anima Tex. 30.

Intellectus speculatiu. cognoscit seipsum.

3. de anima. Tex. 58.

4. sent. dist. 45. q. 3.

QVAESTIO XIIII.

Vtrum intellectus noster possit multa simul intelligere.

Indiuisibile autem quoniam dupliciter est, &c. Tex. XXIII.

QVÆRITVR quartodecimo, Vtrum intellectus noster possit multa simul intelligere. Et videtur quod sic.

Lege D. Th. p. p. q. 85. ar. 4. Vnde sumpta est quæst.

Primo. Comparatio aliquorum non potest cognosci, nisi extrema comparationis cognoscantur. Sed intellectus cognoscit comparationem multorum, dum format propositiones: ergo oportet intellectum simul intelligere.

Secundo. Quando potentia sic se habet ad plura, quod nullum illorum aliquid abijcit à potentia, neque vnum expellit reliquũ, illa possũt simul esse in potẽtia. Sed nulla intellectio expellit aliã, cum non habeant oppositionem: ergo possunt simul esse in intellectu, & per consequens intellect. plura potest simul intelligere.

Tertio. Quia Philos. ponit, quod aliqua cognoscũtur prius tempore conclusione, sed aliqua simul tempore. Vnde dicit. Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem, quorundam autem simul accipere notitiam, vt quæcunque contingũt esse sub vniuersalibus, quorum habent cognitionem: ergo &c.

Vide 1. post. Tex. 2.

Quarto. Non minoris virtutis est intellectus in intelligendo, quam sensus in sentiendo. Sed sensus potest simul multa sentire: ergo & intellectus poterit multa simul intelligere, consequentia nota cum maiori. Minor vero probatur: idẽ visus potest simul videre albedinem chartæ, & nigredinẽ litteræ.

Sensus an possit multa simul sentire.

Quinto.

Quinto. In phãtasia põtest esse, quod sint plura phantasmata sufficientia mouere intellectum, q̃ro igitur à quo mouebitur intellectus, non enim est maior ratio, quòd ab vno quam ab altero moueatur: ergo simul mouebitur ab vtroque, & per consequens intellectus simul cognoscet illa, quæ in phantasmatibus illis relucebant.

Sexto. Intelligentia mouens orbem lunæ cognoscit simul intelligentiam primam, cui intẽdit in mouendo assimilari, intelligit se, & intelligit orbem quem mouet, & alia etiam extrinseca, & ista sunt plura intellecta: ergo &c.

Ordo quæsiti. Respondeo. Ad euidẽtiam huius difficultatis. Primo præmittam aliqua. Secundo dicam ad quęsitum.

Sciendum igitur primo, ꝙ licet operatio intellectus non sit motus qui est actus perfecti, est tamen motus qui nominat actum perfecti, existẽtis in actu, & quandam cum motu, qui est actus imperfecti, similitudinem habet. Sicut enim ille à

Te. 34. & 35. termino (vt dicitur 5. Phys.) speciem habet & vnitatem (. Est enim vna dealbatio, quæ ad vnam albedinem terminatur) ita operatio intellectus habet vnitatem ab vno termino. s. ab vno intelligibili. Nam vna intellectio est, quæ vnius intelligibilis est.

Quæ cognoscuntur per vnam, speciẽ simul cognoscuntur. Sciendum secundo, ꝙ vt superius dictum est, vnumquodque est actu à nobis intelligibile, quãdo similitudinem suam in intellectu habet. Ideo quæcunque per vnam speciem cognosci possunt, vt vnũ intelligibile cognoscuntur: quæ vero per diuersas species intelliguntur, vt plura intelligibilia cognoscuntur. Cuius ratio est, quia cum vna species sit primo alicuius naturæ repræsentatiua, illa quæ cognoscuntur per vnam speciem, cognoscuntur vt in illa natura per speciem, repræsentata conueniunt, & per consequens conueniunt in vna ratione intelligibilis: quæ vero per plures species cognoscuntur, quia illę species non repræsentant illa vt conuenientia in aliqua vna natura, nõ sub ratione vnius intelligibilis cognoscuntur, sed sub ratione plurium intelligibilium cognoscuntur.

Multa possunt habere vnitatem. Sciendum tertio, ꝙ non inconuenit aliqua esse multa, & tamen aliquam habere adinuicem vnitatem. Multæ enim partes continui, secundum quod sunt in continuo, habent vnum esse, quod est primo ipsius totius continui, & secundario suarum partium. Vnde multa possunt dupliciter cõsiderari. Vno modo inquantum multa sunt, hoc est cõsiderando vnamquamque partem per se, vt est ab alijs distincta. Alio modo vt vnum. i. inquãtum in vno toto conueniunt. Similiter multa à nobis posse cognosci, dupliciter potest intelligi. Vno modo ꝙ cognoscantur per modum pluriũ. i. vnumqdq; per propriam speciem. Alio modo per modum vnius. s. per speciem vnius in quo conueniunt. Sicut partes continui dupliciter possunt cognosci. s. vnaquæque per propriam speciem, & omnes p speciem totius continui, quod constituunt.

1. Conclusio Intellectus noster non potest plura simul intelligere per modum pluriũ. Quantum ad secundum pono duas conclusiones. Quarum prima est. Intellectus noster non potest plura simul intelligere per modũ plurium.

Probatur primo. Si intellectus intelligeret plura per modum plurium, sequeretur ꝙ simul vteretur pluribus speciebus intelligibilibus. Sed hoc est impossibile: ergo &c. consequẽtia nota, quia vt supra dictum, est intellectum intelligere plura p modum pluriumest, illa per plures species intelligere. Falsitas vero consequentis probatur. Formæ eiusdem generis non possunt simul esse in eodem subiecto secundum actum perfectum; non. n. põt idem corpus colorari diuersis colorib. secundum idem, neq. simul figurari diuersis figuris. Sed omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis: ergo &c. Minor probatur. Formę quę respiciunt eãdem potentiam, sunt eiusdem generis, nam vnitas generis ex vnitate potentiæ, vel materiæ procedit: sed omnes species intelligibiles respiciunt eandem potentiam. s. intellectum: ergo &c.

Ad hanc rõnem respondent quidam, negando falsitatem consequentis. Ad cuius probationẽ dicunt, ꝙ maior est falsa, tunc. n. diuersæ scientiæ nõ posset esse in eodem intellectu: ꝙ tñ est falsum. Responsio Scotistarum.

Dicunt prętere a, ꝙ non est simile de corpore respectu figurarum, & de speciebus respectu intellectus, quia cum figura sit qualitas corporalis, & subiectum sit corpus, necesse esset, si idem corpus haberet diuersas figuras, ꝙ eadem pars esset in diuersis sitibus: non sic autem est de intellectu & specie intelligibili, quæ sunt incorporeæ, ideo nihil prohibet esse plures species in intellectu.

Sed contra istam responsionem arguitur, & primo probatur maior negata. Supponitur autem primo, ꝙ forma, dum est in actu perfecto, est quidam terminus potentiæ; est. n. potentia indifferẽs ad diuersas formas: sed per vnamquamque terminatur sua capacitas, & indifferentia. Tunc arguitur sic. Si in eadẽ potentia simul essent formæ plures eiusdem generis, sequeretur vnam potentiam ad diuersos actus terminari; forma. n. est terminus potẽtiæ. Sed hoc est impossibile, sicut est impossibile vnam lineam ex eadem parte ad diuersa puncta terminari: ergo &c. Impugnatur responsio supradicta.

Nec sequitur, ꝙ in uno intellectu non possent simul plures esse scientiæ. Non. n. scientia nominat actum perfectum, sed habitũ, qui est medius inter puram potentiam, & actum perfectum, tales autem formas non negamus simul in eadem potentia esse posse. Cum. n. paries dealbatur, in toto dealbationis tẽpore est in pariete albedo ut in fieri, & nigredo ut in corrumpi, sed dicimus plures formas in actu perfecto non posse simul in eadẽ potentia esse, ut probatum est. Tunc autem species in actu perfecto esse, dicuntur, quando actu intellectus per illas intelligit, quomodo simul in intellectu esse non possunt, licet plures in eo habitualiter esse non sit inconueniens. In vno intellectu possũt esse plures sciẽtiæ; vide hic quomodo esse põt.

Secundo contra responsionem ad similitudinẽ arguitur. Quęro enim quare idem corpus in eodem situ manens secundum se totum, & partes simul habere diuersas figuras non potest. Aut. n. est ex causis assignatis, aut ex aliqua cã particulari. Non uĩ autem illa causa assignata ualere. Cũ. n. remota est ista causa, quod eadem pars sit in diuersis sitibus: ergo oportet dicere, quod est, quia formæ eiusdem generis non possunt simul esse in eadem potentia, quæ ratio saluatur in intellectu,

ideo similitudo quæ assignatur inter corpus in comparatione ad figuras,& intellectum in comparatione ad spẽs intelligibiles, est incõueniens.

Cõsidera exemplũ de figuris.

Præterea;dato quod illa ratio valeret de figuris,quia traheret eandem partẽ ad diuersos situs; nõ tamẽ valet ad assignandum rationẽ,quãdo idẽ corpus secundum eandem partem simul colorari pluris coloribus non potest,non enim color trahit ad aliquem situm,ideo responsio nulla.

Tertio de anima te.23.

Secundo probatur eadem conclusio ex verbis Philos.vbi vult,ꝙ si intellectus intelligit lineam vt vnum quid indiuisum, in tempore indiuisibili intelligit.Si autem intelligit diuidẽdo in partes, tũc etiam diuiditur tempus,& per consequẽs plures partes per modum plurium nõ simul, sed diuerso tempore cognoscuntur.

Ad hoc respondent quidam,quod hoc dictum Philos.intelligendum est de contingenti, non de necessitate.Contingit enim intellectum diuidentem longitudinem simul diuidere tempus,non est tamen necessarium.

Nota punctũ subtilẽ.

Sed ꝙ ista responsio sit contra mentem Philo. apparet consideranti verba sua.Quærit enim quo modo indiuisibile cognoscatur à nobis, & distinguit de indiuisibili,ꝙ est triplex.Quorum vnũ ẽ, ꝙ est actu indiuisum,est tamen diuisibile in potentia,& de tali subiungit alium esse modum cognoscendi ipsius, secũdum ꝙ est actu indiuisum, & alium,secundum ꝙ est diuisibile in potentia,qa cum intelligitur vt unum indiuisum,intelligitur ĩ indiuisibili tempore,cum autem intelligitur secũdum ꝙ est in potẽtia, & per diuisionem partium, tunc diuiditur tempus.Vnde verba sua sunt hæc.

Tex.23.

Simul enim tempus diuisibile,& indiuisibile longitudini est.Non igit̃ est dicere aliquid in medio intelligere vtrunq;,nõ.n.est nisi diuidatur,sed aut potẽtia seorsũ,aut vtrũque intelligens dimidiorũ diuidit & tempus,ex quo patet,ꝙ cum quærat de modo cognoscendi indiuisibile, & ponat alium modum cognoscendi ipsum,inquantum est diuisum,& alium secundum ꝙ diuiditur in partes, nõ loquitur de eo quod contingit,sed de proprio cognitionis modo.

2. conclusio. Intellectus noster potest multa ꝑ modum vnius simul intelligere.

Secunda conclusio . Intellectus noster potest multa per modum vnius simul intelligere. Probatur . Intellectus potest intelligere quicquid sibi per vnam speciem repræsentatur, sed plura per modum vnius possunt sibi per vnam speciem repræsentari:ergo plura potest simul intelligere: cõsequentia nota cum maiori,quia enim similitudo Sortis figuram,colorem, & alia accidentia Sortis repræsentat , ideo visus per illam similitudinem omnia accidentia Sortis intuetur. Minor etiam patet,nam vna species continui repræsentat omnes partes eius in confuso,vt vniuntur in toto.

Secũdo arguitur sic.Vnum intelligibile potest vna intellectione intelligi,sed plura per modum vnius se habent,ut vnum intelligibile.ergo &c.

Dubium.

Sed hic occurrit dubium . Sicut supra dictum est,plura cognosci per modum vnius, est illa per vnam speciem cognosci:cum ergo intellectus cognoscit propositionem,aut differentiam inter aliqua , sequitur quod vtrumque extremorum per speciem vnius cognoscat.Sicut si diceremus,quod intellectus cognoscens hanc propositionem , homo est albus,cognoscet hominem,& album, per speciem hominis,sed hoc est falsum,quia species hominis non est repræsentatiua albi:ergo non videtur secundum hanc determinationem,quomodo intellectus possit cognoscere propositiones.Similiter & de differentia aliquorum argui potest.

Lege D. Th. 1.q.85.ar.5. ad primũ.

Respondetur ad hoc secundum mentem Sanc. Thom.quòd differentia cognoscuntur,secundum quod conueniunt in ratione differentiæ , & comparata,secundum quod conueniunt in vna ratione comparationis.

Sed circa hanc responsionem S.Thom. adhuc dubium remouet.Quia si ꝑ vnã similitudinẽ differentiæ,& comparationis cognoscant,non apparet à quo causatur ista similitudo comparationis & differentiæ,nec quid sit.

Ad hoc autem dicendum , quod duos modos imaginari possumus.Vnus est,quod intellectus similitudine vtriusque extremi comparationis, & differẽtiæ informatus,similitudinem extremorũ adinuicem vnit,& illæ similitudines sic vnitæ, vt vna similitudo comparationis & differentiæ eorũ repræsentatiua se habet. Sicut si diceremus phãtasiam imaginari montem aureum,ex eo quod phãtasma auri & phantasma mõtis adinuicem vnit, quæ phantasmata sic vnita per modum vnius phãtasmatis montem aureum repræsentant.

Sed iste modus non videtur mihi conueniens.

Considera obiectionem factam hic.

Primo,quia aut intellectus illas species sic vnit vt ex illis quædã tertia species resultet,aut sic, vt vna sit alterius ratio,aut per modum coaceruationis.Non primum,quia plures species intelligibiles vnius speciei partes esse non possunt. Itẽ talis species resultans ex illis duabus non magis repræsentaret differentiam aliquorum,quam conueniẽtiam.Non secundum,quia non apparet quę illarum debeat alterius esse ratio.Non denique tertium,quia quæ vniuntur ꝑ coaceruationem, nullam per se vnitatem habent,vt ex illis possit dici , plura vt vnum intelligi.Item non plus repræsentarent quam prius,eo quod ex eorum vnione nihil resultaret.

Species intelligibiles vnitæ in intellectu.

Secundo: omnes species intelligibiles sunt vnitæ in intellectu,non enim determinant sibi diuersos situs,cum intellectus organo corporali nõ sit affixus.Si ergo vnio earum sufficit ad cognoscendam differentiam,& comparationem rerũ intelligibiliũ,sequitur , quod intellectus poterit simul intelligere omnem comparationem,& differẽtiã eorum quorum habet speciem,hoc autem experimento patet esse falsum:ergo &c.

Ideo est alius modus dicendi.

Quomodo cõparata & differentia per vnã speciem cognoscãtur.

Pro quo sciendum primo.quod intellectus nõ potest simul cognoscere aliqua comparata adinuicem,vt conueniunt in vna comparatione,aut aliqua differentia,vt conueniunt in una ratione differentię,nisi prius extrema cognoscat , non enim potest cognoscere hominem differre ab equo, nisi prius seorsum,& hominem cognoscat, & equũ; talis enim cognitio per compositionem,& diuisionem intellectus fit , compositionem autem oportet,quòd præcedat simplex apprehensio.

Sciendum secundo,quòd licet formaliter intellectus

lectus nonnisi per vnam speciem vnica intellectio ne intelligat, virtualiter tamen contingit ipsum p plures intelligere, secundum quod actus praecedentes virtutem quandam, intellectui ad actum sequentem reliquuūt, sicut etiam dicimus ꝙ intendere, & intelligere est actus voluntatis, secundū quod in ea virtus rationis manet.

Cum ergo quaeritur, cum intellectus intelligit hominem esse album, aut ab equo differre, à quo causatur, & quid sit similitudo cōparationis, aut differentiae illorum extremorum repraesentatiua.

Dicitur primo, quod illa species non causatur à re extra animam, aut ab eius phantasmate immediate. Nam species immediate a phātasmate causata naturam rei simpliciter, non autem comparationem vnius ad alteram causata repraesentat.

Considera hic modum ac ordinem intellectionis. Dicitur secundo, quod est quaedam similitudo, quam intellectus per virtutem relictam in ipso ex consideratione extremorum in seipso causat. Prius enim intelligit verbi gratia hominem. Secūdario intelligit equum. Tertio per virtutem quandam relictam in ipso, ex consideratione hominis, & equi in seipso causat similitudinem, aut conceptum differentiae hominis ad equum repraesentatiuum, & hoc vniuersaliter in omni compositione intellectus reperitur; format enim semper intellectus in seipso similitudinem repraesentatiuā propositionis quam intelligit: quēadmodum inquit D. Thom. quod intellectus ex praeconceptis speciebus generis, & differentiae speciei format rationem. (1.p.q.11. articu.9 ad secundum.)

Attendendum aūt, quod quandoque etiam cōtingit, vt intellectus pluribus simul spēbus actuet, sicut Theologi de scientia infusa, & acquisita dicūt, sed tūc illę species, vt vna spēs, accipiuntur, in quantum vna est ratio alterius, idest inquantum vna respectu alterius rationem actus & formae habet, eo quod superioris ordinis sit, aut quauis alia ratione. (9.p.q.9.)

Soluuntur rationes in oppositum. Ad rationes in oppositum respondetur.

Ad primum quidem dicitur, ꝙ extrema cōparationis cognoscuntur, secundum quod in vna cōparatione vniuntur, & per similitudinem comparationis: vnde cognoscuntur per modum vnius, & per consequens argumentum est pro secunda conclusione.

Ad secundum dicitur, quod maior est falsa. Nā licet nulla intellectio aliquid abijciat à substantia intellectus, vna tamen abijcit aliam, eo ꝙ secū aliam in gradu perfecto non compatitur. Nec valet probatio, licet enim nullam habeant oppositionem adinuicem, vna tamen non compatitur aliā, eo ꝙ sunt formae eiusdem generis, vtpote eandē potentiam respicientes.

Ad tertium dicitur, quod simul cognoscitur conclusio cum pręmissis virtualiter, non autem ī propria forma, vnde simul cognoscuntur minor, & conclusio per modum vnius, inquantum vna in altera virtualiter continetur.

Visus videt multa p modum vnius. Ad quartum dicitur, quod visus simul videt albedinem chartae, & nigredinem litterae per modum vnius, eo quod videt illa per vnam speciem: ab illa enim albedine, & nigredine causatur vna similitudo albedinis, & nigredinis repraesentatiua, quia cum species recepta in oculo sit ad extensionem organi extensa, non inconuenit secundum vnam sui partem esse repręsentatiuam albedinis, & secundum aliam nigredinis.

Ad quintum dicitur primo, quod phantasma non est sufficiens mouere intellectum, nisi sit in actu perfecto, hoc est, nisi actu imaginatio imaginetur per ipsum.

Intellectus non vtitur duabus speciebus. Dicitur secundo, quod sicut intellectus non potest simul vti duabus speciebus, ita nec imaginatio duobus phātasmatibus, vnde duo phantasmata non possunt esse in phantasia secundum actum perfectum, nisi ex ipsis aliquo modo fiat vnum, ex quo sequitur maiorem esse falsam: non enim possunt in phantasia simul esse plura phantasmata sufficientia mouere intellectum.

An intelligētia omnia p essentiam intelligat. Ad sextum dicitur, quod illa, licet sint plura intellecta, habent tamen vnius intellecti rationem secundum aliquos quidem, quia omnia per suam substantiā intelligentia intelligit. Secūdum alios vero, quia licet aliqua alia à se per speciem intelligibilem intelligat, essentia tamē ipsius & talis species per medum vnius se habet, inquantum vnū est alterius ratio. Essentię enim ratio est, quod in ipsa talis sit species, per quam aliud à se intelligat. (Lege in 2. cont. gent. cap.98.)

ADDITIO.

QVIA disputatio haec luculentissime agitatur hic ab Auctore, non oportet aliud ei addere, nisi remittere lectorem, si latius, & diligentius eam agnoscere voluerit, ad loca in quibus D. Tho. eam pertractat, vt est in quaestionibus disputatis de ver. q.8. artic.14. in quo querit si Angeli multa cognoscant simul, vbi magna argumentorum copia vtitur, inter quae sunt aliqua adducta hic ab Auctore, & in p. p. q.85. artic.4. & in q.12. artic.10. in quo quaerit, num videntes Deum per essentiam simul videant omnia, quae in ipso vident, & in q.58. artic.2. in quo etiam quęritur, si Angelus simul possit multa. de hoc quaesito dicit 1. sentent. distinct.3. q.6. & in 3. distinct.14. q.2. Item Dur. 2. senten. dist. in.3. q.1. Ioannes de Ianduno 3. de anima q.33. in his locis resolute, & vberius habetur veritas quaesiti.

QVAESTIO XV.

Vtrum intellectus noster possit intelligere sine phantasmate.

Nequaquam phantasmate intelligit anima. Tex. XXX.

QVAERITVR quintodecimo, Vtrum intellectus noster possit intelligere sine phantasmate. Et videtur quod sic. (p.p.q.84. artic.1.)

Primo. Quaecūque abstrahunt à materia, abstrahūt à phātasmate, quia phātasma est tātū rei materialis. Sed mathematica abstrahūt à materia: ergo & à phātasmate, & tamē ab intellectu nostro intelligūtur: ergo intellectus noster potest aliquid intelligere sine phantasmate.

Secundo

Secundo, vt habetur à Philo. 3. huius: intellectus in actu potest operari per se, sicut sciens dicitur sciens, quando per se potest considerare. Sed postquam intellectus accepit speciem intelligibilem, remoto phantasmate, est in actu: ergo poterit intelligere sine phantasmate.

Tertio. Non minus dependet sentire à sensibili, quam intelligere à phantasmate. Sed sensus aliquando sentit absente sensibili, sicut imaginatiua virtus; ergo & intellectus poterit intelligere sine phantasmate.

Quarto. Potentia informata similitudine alicuius obiecti potest in illud obiectũ, remoto quocunque alio. Sed intellectus in actu habet similitudinem naturæ vniuersalis: ergo remoto phantasmate, & quocunque alio, poterit naturam vniuersalem cognoscere.

Respondeo in ista quæstione. Primo præmittã aliqua necessaria ad propositum. Secũdo aliquas conclusiones ponam.

Quantum ad primum sciendum primo, quod intellectum non posse intelligere sine phantasmate dupliciter potest intelligi. Primo, quod non possit intelligere sine phantasmate eius quod intelligit, sicut si diceremus intellectum non posse intelligere hominem sine phantasmate hominis. Alio modo, quod non possit intelligere sine phantasmate aut rei intellectæ, aut alicuius alterius.

Nota secundo, quod triplex est sensus, intellectũ non posse intelligere sine phantasmate. Sciendum secundo, intellectum intelligere cũ phantasmate, potest triplicem sensum habere. Primus est, quod intelligendo suum obiectum intelligat phantasmata, & ea in se ipsis, vt sunt quædam res, speculetur. Secundus est, ꝙ intelligendo suum obiectum vniuersale, intelligat quoque ea quæ ꝑ phantasmata repræsentantur. Tertius est, ꝙ dum intelligit obiectum simul & phantasia vtatur phãtasmate repræsentato sibi per phantasmata phantasiando, sicut si diceremus intellectum intelligere hominem cum phãtasmate, quando dum intellectus vtitur specie hominis, naturam vniuersalẽ hominis intelligendo, phantasia etiam simul phãtasmatibus hominis vtatur, singularia hominis intuendo. Et tunc quærere, vtrum intellectus possit intelligere sine phantasmate, esset quęrere, vtrum ad actum intellectus necessario requiratur actus phantasiæ nec ne.

Nota tertio. Sciendum tertio, ꝙ intellectus noster, licet multipliciter à sensu differat, in hoc tamen cum sensu conuenit, ꝙ sicut sensus per species à sensibilibus abstractas rem cognoscit, ita intellectus per species abstractas à phantasmatibus, tanquã medijs cognoscendi obiectum intelligit, & ideo non est dubium, quin intellectus aliquid intelligere non possit, antequam habeat speciẽ, nisi prius sint phãtasmata, à quibus species abstrahantur, quibus intellectus sit in actu, vnde de hoc non est quæstio.

Intellectus factus in actu pōt intelligere sine phantasmate duobus modis. Sed dubium est, an postquam est factus in actu per speciem intelligibilem, possit sine phantasmate intelligere.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio. Intellectus factus in actu per speciem intelligibilem, potest intelligere sine phãtasmate duobus primis modis, idest neque intelligẽdo phantasma in se, neque etiam repræsentata per phantasmata intelligendo.

Probatur sic. Si intelligere nõ posset intellectus sine phantasmate modis dictis, sequeretur ꝙ intellectus directe singularia intelligeret, sed hoc est superius improbatum: ergo &c. Probatur consequentia. Quæst. 13. Illud directe cognoscitur ab intellectu, in quod primo intuitu fertur, sed si non posset intelligere, nisi intelligendo phantasmate, vel singularia repręsentata per ipsa, primo intuitu feretur in singularia; ergo &c.

Sed contra istam conclusionem argitur dupliciter uerbis S. Thom. Vide p.p.q. 14 art. 7.

Primo namque dicit S. Thom. ꝙ quidditas sine natura corporali existens, est obiectum intellectus: nihil autem cognoscitur vere, & perfecte, nisi cognoscatur secundum quod habet esse, ideo oportet intellectum nostrum speculari uniuersalia in particularibus. Ex quo arguitur sic. Intellectus non potest cognoscere vniuersalia, nisi speculetur illa in singularibus: ergo nõ potest intelligere nisi intelligat phantasmata in se, aut repræsentata per phantasmata; tenet consequẽtia, quia nihil potest in non uiso, uideri, non enim potest similitudo in speculo uideri, nisi speculum uideatur.

Secundo dicit S. Thom. oportere intellectum ad phantasma conuerti, ad hoc ut uniuersalem naturam in singularibus intueatur, sed intellectum conuerti ad phantasmata, est intellectum intelligere phantasmata aut in se, aut ut sunt mediũ cognoscendi singularia ergo &c. Nec ualet, si dicatur, quod intellectum conuerti ad phantasma secũdum S. Tho. est pati à phãtasmate & recipere speciem intelligibilem ab eo, quia S. Thom. ut luce clarius patet ex processu, loquitur de intellectu, postquam factus est in actu per speciem intelligibilem. Vbi supra.

Ad primum istorum dicitur primo, quod licet intellectui, quia est principalior potentia animæ, attribuamus operationem, quę est intelligere; ꝓprie tamen loquendo intellectus non intelligit. Vnde cum dicit S. Th. quod intellectus intelligit uniuersalia in singularibus sensus est, quod anima intellectiua per intellectum cognoscendo uniuersalia, cognoscit illa in singularibus per imaginationem cognitis.

Dicitur secundo, quod cum intelligat anima uniuersalia per imaginationem, potius dicit S. T. quod intellectus intelligit vniuersalia in singularibus, quam quod sensus intelligat uniuersalia in singularibus, quia uniuersale nullo modo potest à sensu cognosci: sed particulare potest aliquo modo cognosci ab intellectu, cuius est cognoscere uniuersale: tum etiam quia intellectus est nobilior sensu, & imaginatione, & aliquo modo habet uirtutem supra imaginationẽ singularium, ut dicetur ad secundum. Anima intelligit diuersa per diuersas potentias.

Dicitur tertio ad probationem consequentiæ, ꝙ non oportet ut per eandem potentiam uideatur quod uidetur, & id in quo uidetur, sed sufficit, ꝙ sit idem homo, aut eadem anima per unam potẽtiam cognoscens unum, & per aliam aliud, tum maxime quando cognoscere hoc, & illud sunt actus diuersarum rationum. Sic in proposito est

idem

idem homo, vel eadem anima per intellectum cognoscens vniuersalia, & per sensum particularia, in quibus vniuersalia cognoscit, & cognitione vniuersaliũ est alterius rationis à cognitione particulariũ: quia cognitio vniuersaliũ debet esse sine organo corporali, cum organum corporale non recipiat species vniuersales: cognitio autem directa particularium per organum corporale fiat. Sic ẽt dicimus, quod visus, immo verius homo videt accidentia exteriora in particulari substantia, & tamen visiua potentia substantiam non intuetur, sed intellectus.

Considera similitudinẽ de speculo.

Ad similitudinem autem de speculo dicitur, quod non est ad propositum, quia in visu similitudo speculi recipitur, p quã & speculum, & quę resultant in speculo repræsentantur. In intellectu autem vniuersalis naturæ species naturam particularem nõ repræsentat, ideo non oportet, vt naturam vninersalem intelligens in singulari ipsum singulare intueatur.

Ad secundum dicitur, quod intellectum conuerti ad phantasmata, neque est ipsam animam, aut hominem per intellectum intelligere phãtasmata, neque etiam à phantasmate immutari: Sa. Th. ait ꝙ intellectus post receptionem spẽi intelligibilis indiget phantasmate, sicut instrumento, sine fundamento suæ speciei, & quod se habet ad phantasma sicut causa efficiens, quia secundum eius imperium formatur imaginatione phantasma conueniens tali speciei, in quo resplendet species intelligibilis. Dico ergo ꝙ intellectum cõuerti ad phantasmata, est, secundum eius imperium in imaginatione causari phantasma, sicque intelligendo per quandam cõcomitatiuam imaginationi vniri, vnde intellectus non potest intelligere vniuersalia, nisi per eius imperium formetur phãtasma in phantasia in quo species intelligibilis reluceat, & anima per phantasma cognoscens singularia, per intellectum vniuersalia in particularibus cognoscat.

Lege D.Th. 2.cont.gent. cap 73.

Intellectus rem aliquã absque phãtasmate põt intelligere.

Secunda conclusio. Intellectus rem aliquam absque eius proprio phantasmate potest intelligere.

Probatur. Intellectus cognoscit substãtias separatas aliquo modo, & tamen non habet phãtasmata earum; cum phantasma sit tantum rei corporalis: ergo aliqua intelligit sine phãtasmate rei intellectæ:

Tertia conclusio. Intellectus noster pro isto statu non potest intelligere sine phantasmate, id est sine actu phantasiæ simul vtentis aliquo phantasmate: & iste est sensus Phil. & S.T.

Primo ergo probabitur conclusio. Secundo declarabitur illam esse mentem Philoso. & S. Thom.

Vbi supra.

Modus intelligendi conformatur mõ essendi.

Primo itaque arguitur sic ratione superius tacta. Cognitio intellectus vera debet esse secundũ modum essendi rei cognitæ, sed quidditas habẽs esse in singularibus materialibus est obiectum intellectus: ergo debet cognitio intellectus terminari ad vniuersalia, secundum ꝙ sunt in singularibus, sed hoc non potest esse nisi simul sit cognitio singularium cum cognitione vniuersalium: ergo oportet, quod aliqua virtute cognoscantur singularia, cum intellectus vniuersalia cognoscit, hoc autem non potest esse per intellectum, quia vt supra est ostensum, singularia ab ipso directe cognosci non possunt: ergo oportet quod sit per aliquam virtutem sensitiuam, scilicet imaginationem, quæ etiam in absentia sensibilis suum actũ habet, aut etiam per cogitatiuam virtutem.

Verum quia hæc ratio non probat, nisi quòd vniuersalia materialia sine phantasmate non cognoscimus, ideo secundo probatur, quod nec etiã substantias separatas eo modo, quo à nobis cognoscibiles sunt, sine phãtasmate non quidẽ ipsarum, sed rerum corporalium cognoscamus. Illud quod cognoscitur per comparationem ad aliud, non potest cognosci altero ignorato, quia relatio & ex fundamento, & ex termino dependet, sed substantias abstractas cognoscimus per aliquam comparationem ad corporalia, aut per remotionem ab eis: ergo non possunt cognosci non cognitis corporalibus, sed corporalia non cognoscũtur sine phantasmate. ergo &c.

Naturã cognosci p cõparationem ad aliud.

Tertio. Si intellectus non indigeret in sua operatione actu potentiæ vtentis organo corporali, & maxime imaginationis à sua operatione per læsionem organi imaginationis, aut alterius virtutis sensitiuæ non impediretur, sed videmus impediri operationem intellectus per læsionem organi phãtasiæ, & memoratiuæ vt in phreneticis, & obliuiosis: ergo & c. consequentia patet, quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Valet enim, impeditur intellectus à sua operatione per lęsionem organi phantasiæ: ergo indiget phantasia in sua operatione.

Nota hoc signum.

Quarto, apparet hoc signo. Experimur enim, quia cum nitimur ad aliquid intelligendum, formamus in nobis phantasmata, in quibus quasi in speculo, qđ volumus intelligere, inspiciamus. Similiter cum quis alium docet, exempla quibus in se ipso phantasmata formare possit ad intelligẽdum illi proponit.

Tex. 30.

Nunc secundo loco restat ostendere hanc fuisse mentem Philosoph. & S. Thom. Philosophus namque 3. de anima dicit. Intellectiuę autẽ animæ phantasmata vt sensibilia sunt, propter quod sine phantasmate nequaquam intelligit anima. Ex quibus habetur primo, quod intellectus indiget phantasmate ad intelligendum. Habetur secundo, quod non solum antequam habeat species, sed etiam semper indiget phantasmate ad intelligendum, tum quia dicit nequaquam, id est nullo tempore intelligit sine phãtasmate, tum qa talem habitudinem dicit habere phantasma ad intellectum, qualem habet sensibile ad sensum exteriorem, vt ex processu suo patet: sed sensus numquã potest sentire sine sensibili pręsente: ergo nec intellectus sine phantasmate.

Tex. 39.

Anima neque ante neque post speciẽ intelligit sine phantasmate.

Præterea loquens de aĩa dicit. Et ob hoc neq; non sentiens nihil vtique addiscet, neque intelliget simul: sed cum speculetur necesse phantasma aliquod speculari. Ex quibus verbis habetur primo, quod anima neque ante speciem neque post intelligere potest sine phantasmate, tum quia dicit quod non sentiens nihil addiscet, scilicet de nouo acquirens sciẽtiam, neque intelliget, scilicet

ſcilicet vtēdo ſcientia acquiſita:tum quia dicit ꝙ cum ſpeculetur,neceſſe eſſe ſimul phātaſmata aliqua ſpeculari, ſpeculari autem operationem dicit:ideo poſtquam habet ſpecies non poteſt anima exire in actum ſecundum,niſi etiam phantaſma aliquod ſpeculetur. Habetur ſecundo quod non oportet intellectum ſpeculari phantaſma,ſed animam aut hominem per imaginationem. Dicitur enim neque nō ſentiens,nihil intelliget,quod ſi de intellectu loqueretur,eſſet falſum,tunc enim nūquam intellectus intelligeret, quia intellectus ſemp eſt nō ſentiens,& ſic patet ꝙ ſenſus expreſſus in concluſione ſit ſenſus Phil.

In expoſitiōne 39 tex. Vide D. Th. p.p.q.84.artic.7.

Quod etiam ſit de mente San. Thom.apparet primo. Nam 3.de anima dicit.Oportet cum aliquis ſpeculatur in actu,quod ſimul informet ſibi aliquod phantaſma: formare autem phantaſma formaliter,& elicitiue,eſt phantaſiæ, licet imperatiue ſit intellectus:ergo &c.& infra.Patet autē ex hoc falſum eſſe,ꝙ Auicenna ponit,quod intellectus non indiget ſenſu,poſtquam acquiſiuit ſciētiam.

p.p.q.84.artic.7.

Secundo volens probare intellectum non poſſe intelligere ſine phantaſmate,format iſtam conſequētiam:ſi nō requireretur ad actū intellectus, actus alicuius pōię vtentis organo corporali,nullo mō impediret in ſuo actu per læſionē alicuius organi corporalis,ſed videmus hoc eſſe falſum:ergo manifeſtum eſt,ꝙ ad hoc intellectus actu intelligat,non ſolum accipiendo ſciētiam de nouo,ſed etiā vtēdo ſcientia iam acquiſita requiritur actus imaginationis & ceterarum virtutum.Iſta eſt cōcluſio quam formaliter deducit S.Tho.qua nihil ad propoſitum clarius.Patet igitur eſſe de mente Philoſophi,quod intellectus ad ſuum actum non ſolum acquirendo ſcientiam , ſed etiam utendo ſcientia iā acquiſita indiget phātaſmate, & quod non eſt ita intelligendum,ut quidam opinantur, ꝙ oporteat ipſum intueri phantaſmata,ſed ꝙ ad hoc ut intelligat,requiritur actus phātaſiæ formātis phantaſma.

Lege in 2.cōtra gent. Text.73.

Sciendum tamen,vt habet S.Tho.quod licet intellectus indigeat phantaſmate,& antequam habeat ſpeciem intelligibilem,& poſtquam p ipsā factus eſt in actu,hoc tamen non eadem ratione, ante enim indiget phantaſmate,vt ab eo accipiat ſpeciem.Vnde tunc comparatur phantaſma ad intellectum,ſicut mouens ad motum,ſed poſtquam habet ſpeciem,indiget eo vt fundamento ſuæ ſpeciei,& tunc comparatur intellectus ad phātaſma ſicut cauſa efficiens,formatur enim phantaſma, tunc in phantaſia ad imperium intellectus.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur.

Soluuntur rationes in oppoſitum.

Ad primum quidem dicitur primo,quod licet mathematicalia abſtrahant ſecundum rationem à materia ſenſibili,non tamen ſecundum eſſe,vnde ipſarum ſunt phantaſmata.

Ad ſecūdum dicitur primo, quod ly per ſe, nō excludit omne aliud ab intellectu,ſed omnem cauſam,à qua reducatur in actum. Intellectus enim in actu,ideſt anima ſecūdum intellectum exiſtēs in actu,poteſt operari per ſe cum voluerit,ideſt ad hoc vt operetur,non indiget aliquo agente reducente ipſum de potentia in actum.

Dicitur ſecundo,quod conſequentia eſt falſa non dicitur enim poſſe p ſe intelligere quaſi ſine phantaſmate intelligere poſſit,ſed quia cum indigeat phantaſmate ad intelligendum , poteſt illud ſuo imperio in imaginatione formare .

Hęc eſt melior reſponſio.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ ſi per ſentire accipiatur actus ſenſus exterioris,minor eſt falſa,non enim ſenſus exterior habet ſuam operationem niſi præſente ſenſibili.

Dicitur ſecūdo,quòd ſi per ſentire accipiatur actus imaginationis,maior eſt falſa: phātaſma.n. cōſeruatū in phātaſia,eſt ſimilitudo rei ſingularis,vnde alia ſimilitudine phantaſia ad ſuā operationē nō eget.Species aūt in intellectu eſt vniuerſalis,vnde indiget & aliqua ſimilitudine ſingulari,vt vniuerſale in ſingularibus cognoſcatur.

Dicitur tertio,quod intellectus non ita dependet à phantaſmate,à quo cauſata eſt ſpecies intelligibilis:quaſi non poſſit intelligere ſine illo: ſed ſufficit quod in phantaſia formetur aliud phantaſma ſimile illi.

Similitudo quid repræſentet.

Ad quartum dicitur,quod maior eſt falſa: quādo ſimilitudo exiſtens in potentia non repræſentat obiectum,ſed modum eſſendi quem habet extra animam:ſicut eſt ſimilitudo,quæ eſt in intellectu,illa enim repræſentat naturam vniuerſalem ſine ſingularibus,& tā natura habet eſſe in ſingularibus; vnde oportet eſſe aliquam ſimilitudinem ſingulariū,vt anima intelligens vniuerſalia in ſingularibus ſpeculetur.

ADDITIO.

NOTA quod hęc diſputatio agitur hic de anima prout eſt corporali alligata, quia quando fuerit à corpore ſeparata competit ei modus intelligendi per conuerſionem ad ea quæ ſunt intelligibilia ſimpliciter,ſicut & alijs ſubſtantijs ſeparatis, verum modus intelligendi per conuerſionem ad phantaſmata eſt animę naturalis,ſicut vniri corpori eſt præter rationem ſuæ naturæ,& ſimiliter intelligere ſine conuerſione ad phantaſmata eſt ei præter naturam , & ideo ad hoc vnitur corpori,vt ſic operetur ſecundum ſuam naturam, & ſi dicis contra,quia illud quod eſt præter naturale non naſcitur ex natura rei cui eſt præter naturale ſed intelligere ſine phantaſmate,& cum phantaſmate oritur ſucceſſiue ex natura ipſius animæ: igitur modus intelligendi ſine phantaſmate, non eſt præter naturam animæ.

Diſputatio de modo operandi qui competit animæ ſeparatæ.

Aliqui dixerunt,quod vterque modus eſſendi,& intelligendi eſt naturalis animæ ſucceſsiue nam eſſe in corpore eſt naturale ei in principio,eſſe vero extra eſt naturale ei in fine,veluti omnibus animalibus competit duplex modus viuendi,videlicet in vtero materno, & extra vterū in fine,ſeu poſt principiū Pōt quoq. & melius hæc dubitatio ſolui,& dicēdo ꝙ pter naturale non eſt idem ꝙ contra naturā:ſed eſt cōius quid,& ſuperius ad id quod conuenit alicui contra naturā,& ſupra naturā,& extra naturā: vnde in præſentiarū ſumitur pter naturale pro eo qđ eſt ſupra naturā nō miraculoſe

Reſponſio Auic. in lib. de ſufficien tia cap.6.

Reſponſio melior ad obiectionē.

culose, sed supra naturam propriam ipsius animæ: sicuti dicimus, quod ignis habet duos motus, alterum naturalem, scilicet quo mouetur sursum, & alterum præter naturalem, scilicet supra propriam naturam, quo mouetur circulariter, sequens motum diurnum, & iste præter naturalis, est perpetuus, & conuenit ei secundum ꝙ participat naturam superiorem cœlestem, quæ participatio conuenit ei, ex eo quod obtinet primatum in sphæra elemenrari, iuxta regulam D. Diony. quod supremum infimi attingit infimum supremi, & sic anima intellectiua, quia est suprema forma in materia existentiũ, secũdum sui supremũ participat aliquid de natura substantiarum separatarum, & secundum seipsam absolute aliquid aliud vẽdicat sibi propriũ, ſm enim propriam naturam vt sic, vendicat sibi esse in corpore, & intelligere cũ phantasmate, quando est essentialiter pars, prout autem participat substantias separatas, habet quod sit etiam extra corpus, vt illæ sunt, & intelligat, vt illæ intelligunt, & sic ille modus est simpliciter naturalis animæ, hic vero præternaturalis, nec inconuenit tale præter naturale oriri ex natura ipsius rei, nõ absolute, sed secundum quod participat in sui supremo naturam superiorem, vt patet in motu circulari ipsius ignis, qui innascitur ex hoc, qđ ignis est in illo loco, esse autem in illo loco conuenit ex hoc, quod est supremum inter elementa, esse autem supremum inter elementa habet annexum hoc, quod participat naturam superiorem, scilicet cælestem, sic in proposito, ex hoc, quod anima humana est immortalis, & infima inter intellectuales substãtias, habet duo, & quod exigat corpus medium inter contraria, & consequenter corruptibile, & quod possit remanere sola, sed primum ex proprijs habet ex quibus habet vt ratiocinetur, & colligat sciẽtiã ex sensibus; secundum vero ex participatione superiorum in sui supremo, ex quo etiam nunc habet, quod intelligit principia, & quod quid est.

5. cap. de diui. nominibus.

Qui modus intelligendi est præter naturalis animæ.

Et aduerte, quod anima separata licet intelligendi modum similem intelligentijs habeat, hoc tamen non est intelligendum, vt aliqui falso opinati sunt, quod intelligat per species congenitãs, & innatas, quia Arist. docet, quod est veluti tabella in quã nihil est pictum, nec etiam intelligit per species quas tunc abstrahit, quã doquidem in tali statu nõ habet organa sensus, & imaginationis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahuntur à rebus, sed intelligit partim per species conseruatas, partim per species ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps: sicut aliæ substantiæ, quamuis inferiori modo, vnde tam cito cessante conuersione ad corpus, ad superiora conuertitur: hinc animæ puerorum, quæ nullas species acquisitas ex phantasmatibus in hac vita habuerunt, ꝑ illas quas à Deo Opt. Max. tanquam ab authore naturæ recipiunt, intelligere valent, de his lege D. Thom. p.p. quæst. 85. artic. 1. & 2. & 1. sen. distin. 3. quæst. articul. 5. & 2. sent. distin. 24. quæst. 2. artic. 2 & in disputatis de ver. quæst. 10. artic. 8. & 1. cont. gent. cap. 65. lege etiam Ioannem de Ianduno 3. de anima quæst. sua 35. & Aug. Niphum in expositione huius text.

3. de anima.

Text 14.

Animæ puerorum quo modo intelligunt.

QVAESTIO XVI.

Vtrum appetitus sit potentia distincta ab aliis potentiis animæ.

Ad hunc autem & appetitiua, &c.
Tex. XLII.

QVÆRITVR Sextodecimo. Vtrum appetitus sit potentia distincta ab alijs potentijs animæ. Et videtur quod nõ. Primo. Sicut se habet appetitus grauis ad graue, ita appetitus animalis ad animal, sed appetitus grauis non est aliud à forma grauitatis: ergo & appetitus animalis non est aliquid distinctum a forma animalis. Maior patet, quia sicut appetitus grauis non est nisi quædam inclinatio animalis ad aliquid fugiẽdum, vel prosequendum. Minor vero probatur, quia remoto quocunque alio accidente à corpore graui, excepta grauitate, naturaliter lapis sursum existens descenderet, remoto impedimento: ergo haberet appetitũ ad talem motũ, & non haberet aliquod accidens distinctum à grauitate: ergo &c.

P. p. q. 80. articu. 1.

Secundo. Si appetitus esset aliqua potentia animæ ab alijs distincta, sequeretur ꝙ tot essent appetitus quot sunt potentię animæ, sed hoc est falsũ: ergo &c. Probatur consequentia: quia omnis potentia appetit suam operationem.

Respondeo. Ad euidentiam huius difficultatis.

Respõsio ad disputationẽ propositam.

Sciendum primo, ꝙ hoc nomen appetitus, prima sui impositione significat quandam inclinationem appetentis in aliquid, quę quidem inclinatio sequitur aliquam formam. Sed quia inclinatio potest duo nominare, scilicet aut relationem, & ordinem appetentis in aliquem actum elicitum, quo appetens in aliquid inclinatur; ideo secũdario hoc nomen appetitus impositum est ab aliquibus ad significandum potentiam elicitiuam talis inclinationis, quæ est actus elicitus. Non quærimus ergo hic, vtrum ipsa inclinatio sit potẽtia ab aliis distincta, quia certum est, ꝙ non est potentia inquantũ potentia, cum sit aut relatio, aut forma sub relatione actus: sed quęritur, vtrum huic inclinationi sit attribuenda specialis potentia animæ ab alijs distincta.

Sciendum secundo, quod triplex est appetitus, accipiendo appetitum pro inclinatione, scilicet naturalis, animalis, & rationalis. Omnis enim inclinatio consequitur aliquã formam. Aut ergo cõsequitur formã naturalem, sicut inclinatio lapidis deorsum consequitur grauitatem, & iste appetitus naturalis dicitur. Aut consequitur formã secũdum esse apprehensum, quod habet in sensu, sicut inclinatio ouis in virentem herbam apprehẽsam, & iste dicitur appetitus animalis; quia est inclinatio consequens formam apprehensam per sensũ, a quo animal habet, quod sit animal. Aut cõsequitur formam, secundum ꝙ est apprehensa per intellectum, sicut cum intellectus apprehendit aliquid sub ratione boni; ad hanc apprehensionem consequitur quædam inclinatio ad bonum, & iste dicitur ap-

Triplex est appetitus. Vide D. Th. in prologo 1. metaphy.

tur appetitus rationalis.

Secundo sunt tertio, quod forma naturalis potest accipi dupliciter. Vno modo pro forma substantiali contra animam distincta, quæ scilicet dat esse in aiatū, vt forma naturalis dicatur ois forma substātialis ab anima distincta. Alio modo accipitur forma naturalis, vt distinguitur contra formā intentionalem, & sic dicitur forma naturalis quæ esse suum naturale habet, & hoc modo omnia accidentia secundum esse quod habent in subiecto sibi proportionato, secundum quod sunt tales formæ, dicuntur formæ naturales, vnde & ipsæ potentiæ animæ hoc modo dicuntur formæ naturales. Cū ergo dicimus naturalē appetitum circa inclinationem consequentem formam naturalem, formā naturalem intelligimus secundo modo, non autē solum primo modo, & illum dicimus hic appetitum naturalem, qui nullo modo sequitur formā apprehensam, sed solum naturalem, idest habentē esse naturale.

Appetitus naturalis specialem potētiam à forma naturali distinctam non requirit. Istis notatis sit hæc prima cōclusio. Appetitus naturalis specialem potentiam distinctā à forma naturali, quam consequitur, non requirit.

Probatur primo. Appetitus conueniens alicui, remoto omni alio à forma quam sequitur, aliquā specialem potentiam distinctam à forma illa non requirit: sed appetitus naturalis conuenit rei, remoto quocunque alio quod non est illa forma: ergo &c. consequentia nota cum maiori, quia ex opposito prædicati infertur oppositū subiecti. Sequitur enim, illud requirit potentiam distinctā à forma: ergo non conuenit rei, remoto quocūque alio à forma. Minor vero probatur exemplariter, remoto enim à corpore graui omni alio accidente, excepta grauitate, graue haberet naturalem inclinationem ad locum deorsum, quod apparet, quia si esset sursum non impeditum descenderet. Similiter oculus, remoto quocūque alio, habet naturalem inclinationem ad videndum, præsente enim obiecto non impedito videret suum obiectum, & sic de alijs.

Quid est naturalis appetitus. Si vero quæratur quid est iste naturalis appetitus?

Dicitur primo, quod non potest esse relatio, quia appetitus naturalis videtur esse principium motus naturalis, relatio autem non potest esse principium motus neque terminus per se, vt dicitur. 5. Physi.

Tex. 10. Dicitur secundo, quod appetitus naturalis non est aliquid distinctum realiter à forma inclinante, sed est ipsa forma, non absoluta, sed cum ordine ad aliquid considerata, non quod in ipsa sit formaliter ordo, & respectus talis: est enim talis respectus sæpenumero entis ad non ens, sicut respectus potentiæ visiuæ ad suam operationem, dum non videt, & respectus grauis ad motum deorsum, dum nō mouetur, & per consequens huiusmodi ordo est ens rationis: sed, quia forma inclinans non potest concipi sub ratione appetitus nisi concipiatur in ordine ad aliud, grauitas enim est ipse appetitus grauis deorsum, sed nō concipitur sub ratione appetitus nisi concipiatur in ordine ad motū deorsum, similiter est de quolibet alio appetitu naturali.

Inclinatio animalis & rōnalis speciales potentias requirunt. Secunda cōclusio. Inclinatio animalis & rationalis speciales potentias distinctas ab alijs potentijs animæ requirunt.

Probatur primo. Si ad talem inclinationem nō requireretur specialis potentia animæ apprehensiua, sicut ad inclinationem naturalem sufficit forma naturalis, hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas cōsequentis. Vnaquæque res appetitur vt est in sua natura, nullus enim appetit cibum secūdū esse suū reale, & naturale: sed virtus apprehēsiua non inclinatur ad rem, vt est in sua natura, sed vt ipsa recipitur intentionaliter in cognoscente, quia vt sic, est sua perfectio: ergo ad inclinationē sequentem apprehēsionem sensus, vel intellectus, ipsa virtus apprehensiua non sufficit.

Secundo. Amor, odium, tristitia, & similia sunt passiones appetitus animalis, vel rationalis, & ista non sunt passiones potentiæ apprehensiuæ: ergo &c.

Quid amor, odium, tristitia, nisi passiones appetitus aialis. Tertio. Sicut se habet forma ad habentia cognitionem, ita suo modo & appetitus, appetitus. n. sequitur formam. Sed forma altiori modo habet esse in habentibus cognitionem, quam in his quæ cognitione carent, quia in non habentibus cognitionem forma determinatur ad vnum esse tātum, sed in habentibus cognitionē forma ē receptiua omnium aliarum formarum secundum esse intentionale: ergo in habentibus cognitionem est appetitus altiori modo, quam in rebus non habētibus cognitionem. Cum igitur illa habeat appetitum solummodo naturalem qui est idem cum ipsa forma, in cognoscentibus erit appetitus ab alijs potentijs distinctus.

Ad rationes in oppositum respondetur.

Ad primum quidē dicitur, quòd maior est falsa. Appetitus enim grauis est apetitus naturalis cōsequens formam naturalem, appetitus autē animalis consequitur formam apprehensam. Ad probationem negatur antecedens: quia appetitus animalis non est inclinatio solum, vt inclinatio dicit respectū: sed ē actus elicitus à potētia, quę à nomine actus etiam dicitur appetitus.

Ad secundum dicitur, quod procedit de appetitu naturali: quo appetitu vnaquęquæ potentia appetit suam operationem: non de appetitu consequente apprehensionem, qui animalis dicitur, aut rationalis. Isto enim appetitu nō appetit quælibet potentia suam operationem: sed bene animal aliarum potentiarum operationes appetit & desiderat.

ADDITIO

De numero potētiarum animæ. Quot sunt potētiæ animæ intellectiuæ. QVIA hæc quæstio parum difficultatis habet, vt patet ex duabus conclusionibus positis ab Auctore in corpore quęstionis, propterea nihil occurrit scribēdum, nisi quod desidero te esse cautum de numero potentiarum animæ, quia tres sunt potentiæ animæ intellectiuæ, videlicet intellectus agens, intellectus possibilis, & voluntas, quinque sunt potētiæ sensitiuæ exteriores, vt visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quatuor sunt potentiæ, seu facultates interiores, videlicet sensus cōmunis, imaginatiua, phātasia, & memoratiua.

tiua, appetitus sensitiuus, qui dicitur potentia imperans motum, & facultas existens in musculis, & neruis, quæ dicitur potentia exequens, seu agens motum. Potentiæ ipsius animæ vegetatiuæ sunt septem scilicet nutritiua, augmentatiua, generatiua atractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua, ex his sequitur quod omnes animę potentiæ reducuntur ad 21. & nec plures, nec paucio res sunt, de quibus omnibus lege D. Thom. in p. p. summę Theologię quęst. 88. per totam, quæ cõsistit in quatuor articulis, & in quæstionibus disputatis de ver. qu. 10. articu. 2. & in quęst. de anima articul. 13. libro 3. de partibus animalium cap. 3. & 4. cont. gent. cap. 58. & 2. senten. disti. 2. q. 2. ar. 2.

Quot sunt potẽtiæ animę sensitiuæ.

Quot sunt potẽtiæ animæ vegetatiuæ.

QVAESTIO XVII.

Vtrum appetitus, & intellectus sint principia motus animalis.

At vero neque ratiocinatiua, &c.
Tex. XLVI.

QVÆRITVR decimoseptimo. Vtrũ appetitus & intellectus sint principia motus animalis. Et videtur quod non.

2 de anima. Tex. 27.

Primo Philosophus secundo de Anima tex. 27. ponit motiuum secundum locum genus potentiarum animę distinctũ ab intellectu & appetitu: ergo intellectus & appetitus non sunt potentię motiuæ animalis.

Secundo. Si appetitus esset causa motus in animalibus, sequeretur quod animalia mouerentur semper secundum inclinationem appetitus, sed hoc videmus esse falsum in hominibus qui appetentes aliquid non operantur id quod concupiscunt: sicut sunt continentes: ergo &c.

Tertio. Si intellectus esset causa huiusmodi motus; aut esset verum de intellectu speculatiuo, aut de intellectu practico. Non de intellectu speculatiuo, quia intellectus speculatiuus non dicit aliquid prosequẽdum esse vel fugiẽdum. Nec intellectus practicus, quia intellectus practicus est vniuersalium, omnis autem motus est ad aliquid particulare; ergo &c.

Tex. 49.

Quarto. Philo op. dicit intellectus non videtur mouẽs sine appetitu: appetitus autem mouet prę ter intellectionem: ergo solus appetitus erit causa motus necessaria; non autem intellectus.

Respondetur. In ista quæstione duo sunt facienda. Primo ponenda sunt aliqua necessaria ad quæsitum. Secundo quibusdam conclusionibus respondebitur.

Tex. 48. S. Th. le. 56. Lect. 16.

Quantum ad primum. Sciendum primo, vt partim habetur à Philosoph. & à Sanct. Thom. quod phantasia quandam similitudinem cum intellectu habet, & quantum ad cognitionem & quantum ad mouendum.

Quantum ad cognitionem quidem, quia sicut aliquid apparet secundum intellectum, & intellectus suam operationem etiam in absentia intelligibilium habet: sic & secundum phantasiam aliquid apparet, vnde phantasia quædam apparitio dicitur: & habet operationem suam etiam in absentia sensibilium. Quantum vero ad mouendum quia phantasia in aliquibus rationem mouentis habet. Nam sequuntur multi phantasiani, non secundum rationem agentes, bruta quoque animalia secundum phantasiam mouentur, tãquam nõ habentia intellectum. Item ad absentiam sensibilium mouet. Similiter intellectus in hominibus ratione vtentibus principium motus est: & mouet etiam in absentia rerum, quamobrem non inconuenit nomine phantasiæ significare etiam intellectum: & nomine intellectus significare phãtasiam. Hic ergo nomine intellectus vtimur secũdum quod hoc nomen est commune potentiæ intellectiuæ & phantasiæ.

Sciendum secundo, quod appetitus est duplex, scilicet appetitus rationalis, qui dicitur voluntas, & appetitus sensitiuus, qui diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem. Potest ergo hoc nomẽ appetitus accipi dupliciter. Vno modo vt continet sub se vtrumque appetitum. Alio modo particulariter: vel pro appetitu rationali: vel pro appetitu sensitiuo. In hac quæstione nõ accipimus appetitũ particulariter sed vniuersaliter: vt ad vtrũque appetitum se extendit.

Sciendum tertio, quod de virtute motiua possumus loqui dupliciter. Vno modo de virtute efficiente seu imperante motum. Alio modo de virtute exequutiua motus, quæ est vis quædam exterior diffusa in musculis, lacertis, & neruis membrorum: quæ membra sunt habilia ad obediẽdũ virtutibus imperantibus motum: quam virtutem apparet esse in membris, eo quod quãdo à sua naturali dispositione remouentur, non obediunt ad motum efficiens. Virtus autem effectiua est illa, quæ motum elicit & producit. In hac ergo quæstione non quærimus de virtute exequutiua motus, quia de ista non facit mentionem Philosoph. in hoc loco, & est virtus, quæ magis perficit corpus ad moueri quam motum efficiat, vt inquit S. Tho. sed quærimus de virtute imperante motũ, de qua intendit Phil.

De virtute motiua dupliciter loqui possumus.

2. cont. gent. Cap. 83.

Sciendum quarto, quod est duplex intellectus, scilicet practicus & speculatiuus: speculatiuus dicitur qui est tantum consideratiuus veritatis: & veritatem cognitam non ordinat ad aliquam operationem alterius potentię ab intellectu. Intellectus autem practicus dicitur, qui veritatem cognitam ordinat ad opus. Isti autẽ duo intellectus nõ sunt duæ potentiæ realiter distinctæ, sed est eadẽ potentia quæ dicitur intellectus practicus & speculatiuus, cuius ratio est: quia quod accidentaliter se habet ad obiectum potentiæ, nõ diuersificat potentiam, accidit autem apprehensioni intellectus, quod ordinetur ad opus vel non ordinetur, penes quod differunt intellectus practicus & speculatiuus: vnde non distinguuntur realiter, sed tãtum secundum rationem per hoc quod est ordinari, vel non ordinari ad opus.

Intellectus speculatiuus non est causa efficiens motus progressiui.

Quantũ ad secũdũ ponunt̃ tres cõclusiones de mente

Tex.40. Sed ista responsio nō videtur ita esse de mente Philoso. quia dicit quod cum determinatū sit de intellectu & sensu, de mouente determinādum ē: videtur velle loqui de motiuo secundum locum, quia posuit genus potentiarum distinctum intellectu & sensu: hoc autem expressius patet in scripto S.T. super dictum tex.

Lect.141. Ad secundum dicit, quod concludit appetitum non esse per se sufficiens principium motus.

Ad tertium dicitur, quod est verum de intellectu practico. Ad improbationem dicitur, quod per intellectum practicum intelligimus etiā rationem particularem, quæ est particularium, vt dicetur inferius.

Ad quartum dicitur, quod Phil. ibi accepit appetitum particulariter. s. pro appetitu sensitiuo: & intellectum etiam particulariter, scilicet pro virtute solum intellectiua, nos autem loquimur de intellectu vniuersaliter modo dicto, similiter de appetitu: vnde appetitus sensitiuus potest moue e sine virtute intellectiua, non autem sine phantasia: sed appetitus vniuersaliter non potest mouere sine intellectu vniuersaliter accepto, secundum quod hoc nomen intellectus etiam extenditur ad phantasiam.

A D D I T I O.

Intellectus pluribus nominibus nominatur. CIRCA quartum notabile de identitate intellectus practici & speculatiui, lege D.Thom. p.p.q. 79. quasi per totam, vbi habes, quod cum intellectus pluribus nominibus nominetur, non est necessarium vt quodlibet nomen faciat distinctionem ab eo, nam dicitur intellectus speculatiuus, quia quod apprehendit non ordinat ad opus, practicus vero dicitur, quia quod apprehendit ordinat ad opus: dicitur synderesis, quando habitualiter retinet principia operabilium; dicitur ratio inferior, quando hæc inferiora contemplatur, nominatur ratio superior, quando considerat diuina, qa rōni superiori attribuitur sapientia inferiori vero scientia, vocatur mens, qn metitur, quæ conueniunt rebus, & quæ non, vocatur intelligentia, quando sistit in prima sui operatione, considerando quodquid est rerum; dicitur materialis siue possibilis, aut potentialis, quando est in primo statu, scilicet, quod nullam scientiam habet nec quo ad principia, nec quo ad conclusiones, quia quādo iam cognouit principia alicuius scientiæ, appellatur à Philosophis intellectus dispositus, quando autem est in actu primo erit in secundo statu, & sic dicitur intellectus in habitu, quando vero est in actu secundo, qui est considerare, sic dicitur intellectus in actu. Acquisitis vero omnibus scientijs diuinis, & humanis, dicitur intellectus adeptus, & tunc erit quando verificabitur de eo dictum Gregor. quid est quod non videat, qui videntem omnia videt? de his lege D.Thom. vbi supra, & 2. sentent. distinct. 3. quæstio. 4. articul. 1. & 2. distinct. 24. quæstio. 2. artic. 3. & de verit. quæst. 3. articul. 3. & 2. cont. gent. cap. 74. & li. 3. cap. 44.

Quis sit intellectus dispositus.

Quis sit intellectus adeptus. 4. dialog.

QVAESTIO XVIII.

Vtrum intellectus sit principalius mouens quam appetitus.

Videtur aūt duo hæc mouentia, &c. Tex. XLVIII.

QVÆRITVR. xviij. Vtrum intellectus sit principalius mouens quam appetitus. Et videtur quod sic.

Primo. In mouentibus essentialiter ordinatis, quod est vniuersalius est principalius. Sed intellectus, & appetitus sunt mouentia essentialiter ordinata, & intellectus non concurrit ad motum nisi per oppsitum determinetur: ergo intellectus est principalius mouens.

Secundo. Quanto duo motores concurrunt ad vnum effectum, & operatio vnius præsupponit operationem alterius: id cuius operatio præsupponitur, est principalius agēs: sed ad producendum motum concurrunt intellectus & appetitus: & operatio appetitus præsupponit actionem intellectus: est. n. operatio appetitus quædam inclinatio sequens cognitionem: ergo &c.

Respondeo. Pro declaratione huius difficultatis sciendum est primo, quod duo agentia tripliciter ad vnum effectum concurrere possunt. Primo quando vnū influit in alterum, quod agit per illud quod est sibi influxū: sicut sol illuminat lunā, & luna per lumeñ receptum a sole illuminat aerem. Secundo, quando vnum influit in alterum, sed vnū causat dispōnem, & reliquum formā principalē, sicut si vnus mollificet ceram, & alter imprimat sigillum. Tertio quando nec vnum influit in alterum, nec vnum causat dispōnem, & alterum formam: sed se habent sicut imperfecta agentia, quorum quodlibet habet de se virtutem agendi sed imperfectam, iuncta autem simul vice vnius perfecti agentis supplēt, sicut si duo traherēt nauim, quarū neuter per se sufaceret illam trahere. Tripliciter duo agentia ad vnum effectum possunt cōcurrere.

Sciendum secundo, quod actio potest esse principalius alicuius dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo virtualiter. Formaliter dicitur esse alicuius principaliter, quando ab aliquo est producta & elicita per formam in se existentem. Virtualiter autem quando alterum non elicit actionem, nisi quia ab illo habet virtutem talem actionem producēdi, tunc. n. illa actio dicitur esse principaliter illius, à quo alterum habet virtute agendi, sicut si princeps det iudici auctoritatem condēnādi aliquem ad mortē, si iudex ferat sentētiā cōdēnationis, illa cōdēnatio erit prīcipaliter formaliter iudicis, prīcipaliter aūt virtualiter principis.

Sciendum tertio, quod duplex est motus animæ nostræ. Vnus à rebus ad animam. Alius ab anima ad res. Primus est secūdū quod res extra animam mouet sensum exteriorem, & ille mouet sensus interiores, & illi mouēt intellectū, intellectus autē mouet volūtatē. Secūdus autē est secundum quod anima sic mota conuertitur ad res, puta aliquid circa res operando. Inter istos motus est differentia in cōparatione ad voluntatem. Nam cum in actione qualibet exercitium actus consideretur, & species. s. quod potentia agat, & quod totaliter agat, sicut quod voluntas eliciat actionem, & quod illa actio sit velle aut sit nolle. In primo motu intellectus nō Duplex est motus animæ nostræ.

mouet voluntatem, nisi quantum ad specificationem actus: mouet.n. voluntatem proponendo ei obiectum suum, vnde dat speciem actui voluntatis .i. determinat actum voluntatis ad hoc, vt sit prosequutio vel fuga, velle aut nolle: quantum autem ad exercitium actus .i. quantum ad hoc ꝙ est agere & elicere volitionem, voluntas supposita volũtate finis mouet seipsam ad ea quę sunt ad finem. In secundo autem motu, voluntas mouet omnes alias potentias ad exercitiũ actus, hoc est ad operandum, voluntatis enim obiectũ est bonum siue finis. Vnde sicut ars ad quã pertinet finis, mouet suo imperio artem, quæ est eorum quæ sunt ad finẽ, sicut ars gubernatoria nauis imperat naui factiuæ, ita voluntas imperat omnibus potentijs propter finem operantibus.

Sciendum quarto, ꝙ imperare est aliquem ad operandũ intimatiua motione ordinare, & hoc significatur per verbum imperatiui modi, vt cũ dicitur, fac hoc, cum.n. aliquis imperat alteri, intimat illi quid sit agẽdum, & mouet ad operandũ, & hoc est ordinare ad operãdũ intimatiua motione.

Tunc ad quęstionem dicitur primo, ꝙ intellectus & appetitus mouent sicut duo, quorum vnũ quodammodo influit in alterum, & dat virtutem illi ad mouendum. Intellectus.n. & voluntas sunt potentiæ essentialiter subordinatæ, in talibus autẽ secunda non mouet nisi in virtute primæ, vnde prima non mouente, secunda non mouet.

Intellectus est principalius mouẽs formaliter. Dicitur scd̃o ꝙ intellectus & noĩe ĩtellectus ẽt phãtasiã cõplectendo, in motu animalis est principalius mouens formaliter & essentialiter. Probatur. Intellectus & appetitus non mouent nisi per imperiũ, efficiendo motum, sed imperare formaliter & essentialiter est actus intellectus: ergo &c. Probatur minor: qa imperare est aliquid ordinare ad operandũ per modũ cuiusdã intimationis, intimare autem est virtutis cognoscitiuę & non appetitiuæ.

Aduertendũ tñ, ꝙ licet imperare proprie conueniat tantum hominibus, per quandam tamen similitudinem dicitur etiam esse in brutis, secundũ ꝙ animalia in suis motibus sequuntur iudiciũ extimatiuæ & inclinationem appetitus. Vnde extimatiua mouere partes corporeas, & virtutem executiuam motus dici potest. Nam membra animalis moueri ex apprehensione, & iudicio extimatiuæ iudicantis aliquid esse conueniens aut disconueniẽs fini cõcupito, est extimatiuã imperare motum in animalibus brutis.

Appetitus res mouẽs principalius virtualiter. Dicitur tertio ꝙ appetitus in motu animalis est principalius mouens virtualiter, hoc est ꝙ intellect⁹ nõ habet hũc actũ qui est imperare, nisi inquãtum in ipso manet virtus appetitus. Probatur. Imperare motum est mouere ad quendam actũ exercitium: sed dictum est ꝙ appetitus siue voluntas est id quod mouet omnes potentias ad exercitiũ actus: ergo &c. Est ergo talis ordo, ꝙ in anima primo est motus rerum ad animam, quo fit vt qd sit volendum aut agẽdũ, dijudicat. deinde sequitur motus qui est ab anima ad res, quo motu appetitus mouet intellectum ad imperandum, & tunc intellectus imperat motum corporeis mẽbris, illaque secundum rõnis imperium mouentur.

Ad argumenta in oppositum pro quanto sunt contra id quod tertio loco dictum est, respondet.

Ad primum quidem dicitur, ꝙ secũdum aliam & aliã considerationem intellectus est, vniuersalior appetitu, & appetitus ĩtellectu. Si.n. cõsideretur voluntas secũdũ cõem rationem sui obiecti ꝙ est bonum in vniuersali, & intellectus secundum ꝙ est quędam res & potentia particularis, sic volũtas est vniuersalior intellectu, quia intellectus est quoddam particulare bonum. Si vero consideretur intellectus secundum cõem rationem sui obiecti, quod est verum, & voluntas vt est determinata animę potentia, sic intellectus est vniuersalior voluntate, est.n. quoddam particulare verum. Idẽ dicitur ex parte obiectorum, quia si consideretur verum sub communi ratione veri, secundum ꝙ est intellectus obiectum, & bonum secundum ꝙ est quoddam verum, sic intellectus est vniuersalior uoluntate, econuerso vero est considerato obiecto voluntatis quod est bonum in communi, & vero vt est quoddam bonum.

Dicitur secundo ꝙ non est magis indeterminatus intellectus quam voluntas, est.n. indifferens ipsa voluntas quantum est ex se, sicut intellectus.

Ad secundum dicitur, ꝙ maior est vera si operatio vnius præsupponatur operationi alterius in eodem ordine, non autem si in alio ordine. Modo ad minorẽ dicitur, ꝙ operatio intellectus pręsupponitur operationi appetitus in ordine motus, qui est à rebus ad animam, de quo non est hic ad propositum: non autem pręsupponitur in ordine motus qui est ab anima ad rem, de quo motu hic intendimus, immo operando volũtas pręsupponitur operationi intellectus, sicut operando siue influxus causæ primę p̄supponitur operationi causę secundæ.

ADDITIO.

CIRCA tertium dictum huius quæsiti, nota qđ etsi appetitus in motu animalis sit principalius mouens &c. hoc intelligendum venit de mouẽte immediate, quia mouens mediatum est ipsa natura, siquidem ad causandum motum progressiuum, præcipue in anima rationali concurrit primo natura, secundo intellectus practicus, 3. appetitus, 4. res apprehensa 5. virtus motiua, quæ est distincta à virtute appetitiua vt docet Ar. 2. de anima. oportet quod inter ista principia sit ordo aliquis, quippe qui ordo reperitur etiam in intelligentijs separatis in quibus virtus motiua non distinguitur ab appetitu, & à natura secundum Aue. licet secundum B. Thom. virtus motiua distinguatur à substantia intelligentiarum, sed non ab intellectu & voluntate, tamen semper inter ista reperitur ordo, quia nulla substantia potest esse immediatum principium operationis, vt patet 7. metap. & quando in aliquo agẽte concurrunt principium substantiale, & accidentale respectu eiusdem actionis, oportet quod principium substantiale sit principale, & mediatũ, principiũ vero accidentale sit secundariũ, & proximũ, de quibus lege D.T. p.p.q. 54. ar. 5. & in disputatis in q. de malo q. 16. ar. 1. & 3. sen. d. 15. q. 2. ar. 2. & in opu. 43. c. 5. vbi inuenies virtutẽ motiuã animalis esse triplicẽ, vnã p modũ dirigentis, secundã per modum imperantis, & tertiam per modum exequentis &c.

[Marginalia: Quæ cõcurrunt ad motum animalis. — Tex. 15. — 8. Physicor. Comm. 32. — Tex. 34. — Triplex vis motiua animalis.]

QVÆ-

QVAESTIO XIX.

Vtrum intellectus practicus vniuersalis & appetitus rationalis, qui dicitur voluntas in hominibus, sufficiant ad hominis motum progressiuum.

Scientificum autem non mouet &c. Tex. LVIII.

QVÆRITVR decimonono. Vtrum intellect⁹ practicus vniuersalis, & appetitus rationalis, qui dicitur voluntas in hominibus, sufficiant ad hominis motum progressiuum. Et videtur quod sic.

Primo. Illa sunt sufficientia ad motum: quibus positis de necessitate ponit motus. Sed posito intellectu practico & appetitu de necessitate ponitur motus ergo &c. consequentia nota cũ maiori. Minor etiã per experiẽtiã patet: experimur enim cum iudicamus aliquid esse faciendum, & illud volumus facere, quod illud facimus.

Secundo. Sicut se habet phantasia & appetitus in animalibus brutis: ita intellectus practicus & voluntas in hominibus, sed bruta sufficiẽter mouẽtur à phãtasia & appetitu: ergo & homo ab intellectu practico & voluntate.

Intellectus practicus vniuersalis & voluntas nõ sũt sufficiẽs principium motus hominis. Respondeo. Quod intellectus practicus vniuersalis & voluntas non sunt sufficiens principium motus progressiui hominis. Ad cuius euidentiam.

Sciendum primo quod rerum quæ à nobis cognoscuntur; quędam sunt quæ non sunt operabilia, quædam vero à nobis operabilia sunt: prima dicũtur speculabilia, alia operabilia. Ad cognoscẽdum speculabilia sunt nobis indita quædam principia naturaliter nota, quibus intellectus deuenit in cognitionem speculabiliũ, vnde intellectus ex huiusmodi primis principijs speculabilium, deueniẽs in aliorum cognitionem modo speculatiuo, dicitur speculatiuus intellectus. Ad directionem autem operabilium sunt etiã nobis indita quædã principia, vt ꝙ bonum est faciendum, malum autem fugiendum, & similia, quibus intellectus iudicat de rebus operabilibus, & intellectus per huiusmodi principia practica iudicans de operabilibus dicitur intellectus practicus.

Sciendum secundo, quod sicut speculabilia habent dupliciter considerari. s. in vniuersali, & in particulari: ita & operabilia: & sicut est alia potẽtia cognoscitiua speculabilium vniuersalium à potentia cognoscitiua singularium, ita & in operabilibus. Vnde virtus cognoscitiua operabilium in vniuersali dicitur intellectus practicus vniuersalis, potentia autem cognoscitiua operabilium in particulari potest dici intellectus practicus particularis, & hoc est virtus cogitatiua, cuius ẽ cognoscere tam particularia speculabilia: quã etiã operabilia. Quare ad intellectum practicum vniuersalem pertinet iudicare adulteriũ esse malum, & non esse faciendum, ad cogitatiuam autem hoc esse adulterium, & hoc non esse perpetrandum. Sicut autem est intellectus practicus vniuersalis, & particularis, ita est quidã appetitus boni vniuersalis. s. voluntas, & quidã rei particularis, scilicet sensitiuus appetitus.

Sciendum tertio, vt habetur ex Philos. in proœ. Metaphy. quod omnis actio est alicuius rei singularis, idest omne quod fit per aliquam actionẽ, per se primo est singulare, nõ enim generatur homo vniuersalis per se primo, sed hic homo particularis. Similiter cum omnis actio fit propter finem, non est propter finem vniuersalem in prædicando primo & per se, sed propter hunc finem, & est eorum quæ sunt ad finem, non vniuersalium, sed particularium. Ex quibus sequitur intellectum & voluntatem comparari ad sensum, & appetitum sensitiuum: sicut causa vniuersalis cõparatur ad particularem. Lect. 1.

Tunc arguitur sic ad conclusionem. Sicut se habet causa vniuersalis creata ad effectus particulares in naturis perfectis, ita intellectus & voluntas ad operationem & motum hominis, quia motus quilibet est circa particulare, & intellectus, & voluntas est causa vniuersalis. Sed causa vniuersalis non potest producere per se effectum particularẽ in naturis perfectis: cœlum enim per se non potest producere hominem: ergo neque voluntas & intellectus possunt per se causare motum. Ratio ergo vniuersalis mouet particularem, & appetitus rationalis appetitum sensitiuum: illa autem mota mouent virtutem executiuam, & illa membra, & iste est naturalis ordo, mouent quia appetitus rationalis se habet ad appetitum sensitiuum, sicut causa prima ad secundam, & sphęra superior ad inferiorem, vt dicit Philosophus. Tex. 17. Prima autem causa naturaliter mouet secũdam, & sphæra superior trahit inferiorem: sed tamen aliquando præter naturam accidit, quod appetitus inferior trahit superiorem, scilicet cum homo mouetur secundum solam apprehensionem sensus, & inclinationem aut passionem appetitus sensitiui, quia tunc voluntas eligit particulare illud, quod secundum sensum bonum iudicatur.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum quidẽ negatur minor. Ad probationem dicitur, ꝙ cũ iudicamus aliquid esse faciẽdũ in particulari, & volumus illud, tunc operamur: sed tale iudicium nõ est actus rationis vniuersalis, sed particularis. Si autẽ iudicamus aliquid faciẽdum in vniuersali tantum, ꝙ pertinet ad rationem vniuersalem non mouemur, vt dictum est.

Ad secundum negatur similitudo, maxime in proposito, tum quia sicut in brutis est sensus & appetitus sensitiuus, ita est in hominibus, supra quæ habent homines intellectum & voluntatem, tũ quia sensus & appetitus sensitiuus sunt de particularibus, circa quæ est motus, intellectus autem & voluntas sunt circa vniuersalia, vt supra dictum est.

ADDITIO.

CIRCA rationem adductam ab Auctore ad probandam conclusionem, animaduerte ipsã

esse fundatam super exemplo Ar. quod appetitus rationalis se habet ad appetitum sensitiuum, sicut sphæra superior ad inferiorem, & quia per sphæram superiorem intelligit Philosophus sphæram Saturni, quæ tribus motibus mouetur. Primo, motu diuino ab ortu in occasum super polos mundi, & hic dicitur motus raptus. Secundo, mouetur ab occasu in ortum, quo omnes planetæ mouentur super polos Zodiaci. Tertio, mouetur motu proprio, quo à proprio deferente agitatur. Sic etiam appetitus sensitiuus tribus motibus mouetur, primo ab intellectu discurrente, secundo a voluntate sequente deliberationem intellectus, tertio motu proprio.

Sphæra Saturni mouetur tribus motibus.

Alij dicunt, quod isti tres motus, quibus voluntas mouet appetitum sensitiuum, sunt actus elicitus voluntatis, actus imperatus internus, & actus imperatus externus, & in istis motibus voluntas semper vincit appetitum sensitiuum, quandoquidem appetitus sensitiuus obedit rationi, & si quis quæreret, si appetitus sensitiuus obtemperat rationi, vnde est quod aliqui semper inclinãtur ad operandum secundum sensum, aliqui vero ad agendum secundum rationem, alij autem interdum sequuntur vnam uiam, interdum alteram.

Qui sũt motus quibus voluntas mouet appetitũ sensitiuum.

Astronomi dixerunt, quod hoc nascitur ex dominio, quod corpora cœlestia habent supra homines, quia effectus agentis ex necessitate sequitur in materia, quando virtus agentis tanta fuerit, quod possit sibi subijcere totam materiam. Sed tota materia inferiorũ corporum subijcitur virtuti cœlestium corporum tanquam excellentiori: ergo ex necessitate effectus cœlestium corporum recipitur in materia corporali, ex qua componuntur homines. Aliqui Theologi voluerunt, quod hoc prouenit ex suggestione bonorum, & malorum angelorum, quandoquidem sicuti Angeli deputantur ad custodiam hominum, ita dæmones ad impugnationem, sed omnia bona quæ faciunt homines, ex suggestione bonorum angelorum procedunt, quia diuina ad homines mediantibus angelis perferuntur: ergo & omnia mala, quæ operantur homines, ex suggestione malorum angelorum procedunt.

2. lib. fidei orthod. cap. 7.

Sed ambæ istæ opiniones sunt falsæ. prima quidem quia Damasc. ait, quod corpora cœlestia nequaquam sunt causa humanorum actuum, & ratio eorum concludit contra illos, qui dicunt intellectum non differre à sensu, hinc canebant, quod talis est voluntas in hominibus, qualem in die inducit pater virorum deorumque. Secunda quoque opinio falsa est, quia vt ait Origenes etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & huiusmodi, circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refrenetur, & maxime posita corruptione naturæ, refrenare autem & ordinare huiusmodi appetitum subiacet libero arbitrio. Ratio huius opinionis currit quantum ad hoc, quod homo potest per seipsũ ruere in peccatum, sed ad ad meritum proficere nõ potest nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur, mediante ministerio Angelorum, & ideo ad omnia bona nostra cooperantur Angeli, non tamen omnia nostra peccata procedunt ex dæmonum suggestione.

Hesiodus
Li. 3. Periar. cap. 2.

Propterea dicendum est, quod ista diuersitas operãdi prouenit ex assuetudine. Aliqui. n. assueti sunt voluptatibus. & non facile abstinẽt se ab illis, licet possint si velint abstinere. Aliqui assueti sunt sequi opera virtutum, à quibus declinare etiam possunt, quia habitus non tollit à voluntate, quod est sibi proprium, s. agere libere, & contingenter. Alij vero medio modo se habent, quia plures homines sequũtur passiones, quę sunt motus sensitiui appetitus. Pauci vero sunt sapientes, qui huiusmodi passionibus resistant, resistere tamen possent si voluissent, quandoquidem voluntas non ex necessitate sequitur inclinationem appetitus inferioris: licet. n. passiones quæ sunt in irascibili & concupiscibili habeant quandam vim ad inclinandam voluntatem, tamen in potestate voluntatis remanet sequi passiones, vel eas reijcere, de quibus omnibus videre potes D. Tho. p. p. q. 82. ar. 1. & 2. & p. secundæ qu. 10. artic. 1. & in disputatis in q. de ue. q. 22. artic. 6. & 2. sent. distinct. 7. quæst. 3. artic. 1. & secunda secundæ q. 95. articu. 5. & in quæst. de malo. quęst. 16. articu. 7. & Conflatum in 2. volum. q. 125. artic. 4. & in quolib. 12. artic. 5. & 6. Metaph. lect. 3. lege Scotum in quolib. q. 7. & Eximium Doctorem Anto. Tromb. in speciali quæst. de hac materia. vide quoque Alex. 12. Metaph. in expo. 5. contex. & Auerr. 2. cœli comm. 38. & in 3. c. de substant. orbis Vide Zima. Theor. 61. lege Caiet. in expo. 6. capit. huius lib. & Henr. quolib 13. q. 6. & Godofredum quolib. 1. q. 4. & latius agnosces actus appetitus, quomodo aliquis est immanẽs, aliquis vero transiens, & vnus est ratio alterius. lege quoque auctorẽ lib. 1. cont. gent. in expositione 44. capitu. vbi disputat cum Caietan. hic de appetibili, quomodo concurrat ad actum appetitus, & eodem lib. in exp. 74. cap. inuenies quomodo appetibile comparatur ad appetitum. lege adhuc lib. 4. cont. gent. in exp. 19. cap. vbi Auctor disputat, quomodo appetere speciali modo conuenit animalibus &c.

Diuersitas operandi in hominibus venit ex diuersa assuetudine eorũ.

Pauci homines resistunt passionibus sensuum.

Hæc sunt, quę pulcherimis his doctissimi Ferrariensis quęstionibus, tum ad octo Physicæ ascultationis, tum ad tres de Anima libros spectantibus, breuiter addere nobis visa sunt, quibus omnibus id vnũ postremo annectemus. Nos scilicet hanc prouinciam suscepisse, non vt humanam aliquam laudem siue gloriam ex his consequeremur, neque vt præclarissimas has quæstiones tanquam obscuras explicaremus, ac veluti commentaria quædam efficeremus, cum hæ quæstiones licet arduæ sint, nulla tamen expositione nullisque commentarijs, ob miram quam habent claritatem, indigeant, sed ut potius amicis, qui id nobis imposuerunt, morem gereremus, quibus obtẽperare maluimus, quam mordacem inuidorum linguam effugere. Non ignoramus enim non defuturos quam plurimos, quorum munus officiumque est potius latrare, quam aliquem laudare, ac potius canino dente homines mordere, quam ab iniurijs illos excusare, qui cum primum fortasse breues has nostras additiunculas perlegent, Horatiano illo carmine aduersus nos insurgent, s. Parturient montes nascetur ridiculus mus: expectabant siquidem a nobis celebre aliquod, ac insigne opus, quos monitos esse volumus, nos non nostrum, sed alterius opus in lucem edere statuisse. Hæ enim dignissimæ Ferrariensis quæstiones, licet multo iam tempore impressæ fuerint, nihilominus à quam plurimis viris desiderabantur, tum quia propter admirabilem quam continent doctrinam in maximo semper fuere pretio, tum quia apud perpaucos viros inueniebantur: quibus de causis familiares quamplurimi has quæstiones iterum imprimi currauerunt, quas per se sine alterius additis satis erat edere, sed vt occasione ista alijs prodesse possint, iusserunt nobis, vt aliqua ex officina nostra adderemus, quibus celeberrimi huius Auctoris doctrinam vniuersæ Thomistarum scholæ esse conformem ostenderemus, ideoque sermonem dilatare ac grauissima quæ occurrebant dubia fuse explicare ab instituto nostro valde alienum visum est, sed satis amicorum volũtati, nec nõ studẽtiũ vtilitati fecisse arbitrati sumus si loca auctoresque cuique doctrine

Excusatio Auctoris Addi.

Carmen. Horatij.

Ratio quare hæ quæst. iterum impressę sunt.


doctrinæ conformes breuiter citaremus. Hoc neque aliud fuit nostrum familiariumque institutum, ex quo quidem proposito mons aliquis, quem fortasis aliqui à nobis expectabant oriri nequaquam poterat, quod si montem aliquem, quemadmodum aliqui faciunt, scandere voluissemus, non deerant nobis pedes, quibus diuino adiuti numine ad illum licet altissimum ascenderemus, sed potius sub obedientiæ iugo colla nostra subdentes uoluimus nostrorum amicorum iussioni obtemperare humili sub valle commorantes, quam excelsos superbiæ montes ascendentes, ex illis deinde decidere, ac in uarios, vt multis contingere solet, incidere errores. Quare nihil esse iudicamus, de quo humanæ gloriæ cupidi de nobis conqueri possint, omnia enim quibus se illustres ac famosos ostendere possint, illis relinquimus, potuissemus enim & nos vt alij faciunt, vel rerum antiquitates, & siue Romanorum imperatorum vitas, seu gesta eorundem bellaque plurima historice ac graui stilo describere, extant & quam plurimi in auream D. Thom. sacræ Theologię summam, nec non in quatuor sententiarum libros in diuinam philosophiam, & in logicam facultatem nostri non aspernandi labores, nocturnæque vigiliæ, quæ si lucem videre curaremus, paucis fortasse displicerent, sed humanas has laudes alijs relinquêtes, satis visum est nobis per breues has additiones rudi quadam minimeque polita verborũ serie, nulla fere de grauissimis, quæ hic tanguntur dubijs, propter temporis angustiam facta discussione imprimere, quas vnusquisque propositi nostri institutum considerans, benignoque animo accipiat, Deoq; immortali, Beatæ Virgini, ac Diuo Thomę, a cuius angelica doctrina omnia fere hausimus, sempiternas assiduasque gratias agat.

Institutum Auc & Amicorum eius circa impressionem huius operis.

Alia opera Auctoris.

DISPVTATIO PVLCHERRIMA
REVERENDI PATRIS MAGISTRI MATTHIAE AQVARII DE IDEIS.

In qua ostenditur, Aristotelem non aduersari Diuino Platoni.



OMINVS sit illuminatio mea. In hac quęstiõe quatuor faciã. Primo declarabo titulũ. Secundo recitabo varias opiniones Philosophorum, & Theologorũ de Ideis. Tertio declarabo, quomodo Plato nõ discrepat ab Ar. in positione Idearum. Quarto adducã difficultates Ar. in diuersis Philosophiæ partibus inductas, quibus de medio Ideas tollere videtur: & ostẽdam non sententiam Platonis, sed rudem quãdam Platonicorum opinionem, qui minus eius disciplinã assequuti sunt, imaginasse. Quo ad primum. Idea græce, vt notat Diogenes Laertius, dicitur tũ idos, tũ paradigma, latine dicitur forma, vel species, siue imago: sic etiam D. Th. ait ꝙ per Ideas intelliguntur formæ aliarum rerum præter ipsas res existentes. Forma alicuius rei præter ipsam rem existens ad duo cõparari potest, vel vt sit exemplar eius, cuius dr̃ forma, vel vt sit principium cognitionis ipsius, secundũ ꝙ formæ cognoscibilium esse dicuntur in cognoscente, & de istis Ideis loquens D. August. aiebat, tanta vis in Ideis constituitur, vt nisi his intellectis sapiens esse nemo possit.

Ordo obseruandus in disp. proposita.

D Tho. p. p q. 15. art. 1.

Li. 83. q. 46.

D. Dionysi. de mystica Theologia.

Dionysius Areopagita ait Ideas esse exemplaria & rationes substantificas rerum singulariter existẽtes, quas Theologia prædefinitiones, seu prædestinationes vocat definitrices omniũ, atq; effectrices. Primo dicit ꝙ sunt exemplaria, & rationes substantificæ: quia munus Idearum est repræsentare substãtias rerum. Secundo ait singulariter existẽtes, quia sunt æternæ, & non abstractæ à rebus. Tertio dicit, ꝙ sunt prædefinitiones, seu prædestinationes. Quibus verbis voluit intelligere, Deum authorem omniũ, priusquam res produxisset, in suo esse precognouisse, ac pręscripsisse fines, & media, quę postea res erãt suo tempore consequuturæ. Vltimo dicit. Definitrices omnium atq; effectrices. Quibus verbis ostendit, ꝙ Ideis omnia cognoscit Deus, & p Ideas omnia producit, quoniam Ideæ pertinent ad scientiã & ad efficientiam ipsarum rerum.

Quidam Platonicorum ita definiunt Ideam de mente Platonis. Idea est forma quædam æterna, incorporea, à materia separata, & in Dei mente posita. Primo dicitur, ꝙ Idea est forma, scilicet non inhærens, sed exemplaris, nam forma inhęrens arguit imperfectionem, quæ omnium est à Deo releganda. Secundo dicitur, ꝙ est æterna, vt differat ab his, quæ sunt obnoxia generationi, & corruptioni, ne nos intelligeremus in Deo esse aliquid aduentitiũ. Tertio dicitur incorporea: ne aliquis putaret eam esse eductam de gremio materiæ, aut perficere materiam. Quarto dixit, à materia separata, vt daret intelligere nullum commertium habere cum materia nam licet anima rationalis sit incorporea, nõ tamẽ est aliena à materia. Vltimo dicit in mẽte Dei posita: ne qs arbitraretur Ideam esse quid fictitiũ, aut quid humanum, aut aliquid pertinens ad creaturas: hæc de Definitione.

Platonici quidam.

Notandum etiam ꝙ hac de causa Plato dictus est Diuinus, quoniam, vt recitat Eusebius Cæsariensis de pręparatione euangelica, non solum fuit studiosus mundanæ Philosophiæ: sed etiam diuinarũ scripturarũ ex libris Moysis, quos Ptolomæus Rex Aegypii verti curauit in Punicam linguam. Et etiã nonnulla loquutus est de Ideis, de verbo, & vnitate Dei, & infallibilitate, & de animi immortalitate; quæ omnia ex Moyse, & ex vaticiniis prophetarum accepit.

Quare Plato dicitur diuinus.

Notan-

Vtilitas huius disp.

Notãdum etiam, ꝙ disputatio hæc est summe necessaria Logicis, Physicis, Metaphysicis, & Theologis. Logicis primo, nam Aristot. pri. post. ait, valeãt Ideæ Platonis, monstra. n. sunt. Quomodo Logici possunt scire Ideas Platonis esse monstra: nisi sciãt in quibus discordat Plato ab Aristotele. Philosophi quoque multa interponũt de Ideis, vt patet 2. Physic. pri. cœli, & 1. Ethic. ca. 7. vbi testatur quæstionem illam, de per se bono, esse difficilẽ, sed duobus existentibus amicis, magis pium est veritatem in honore præferre. Theologi quoque primo, sentẽtiarum tractantes de scientia Dei, nullo pacto possunt eam manifestare, nisi contemplentur, quid sint Ideæ, & quorum sunt. Quid dicã de Metaphysicis qui ferè in omnibus 14. libris Metaphysices tot & tanta dicũt de Ideis, adeo ꝙ quasi magna pars Metaph. consumitur in positione Idearum, & præcipue in 7. in quo Philosophus à tex. 44. vsque ad 59. aliũ sermonem non habuit nisi de Ideis. Nã recitat Philosophus, ꝙ triplici de causa Plato posuit Ideas ꝑpter scientiam, propter generationẽ, & propter existẽtiam rerum. Occasione igitur horum dictorum, non erit inutile nobis fusius disputãtem istã ventilare secundum Logicos, Philosophos, Metaphysicos, & Theologos, & videre insuper, num Plato & Ari. cõciliari possint in positione idearum. Hæc de primo.

Tex. 26.
Tex. 92.
Pri. de anima fit sermo de Ideis pręcipue. Text. 32. vbi recitatur opin. Alcmeonis, de natura animæ.

Opin. eorũ, qui dicunt Arist. aduersari Platoni.

Quoad secundum, Philosophi, & viri grauissimi, qui de Ideis sermonem habent, in duas partes diuisi sunt. Quidam vt est Alexander Aphrodisiensis, Auerroes, Atticus Platonicus, referente Eusebio li. 9. cõtra Philosophos hos c. 3. Cicero lib. qõnũ Academicarum, & multi etiam ex latinis pro comperto habent, & tenent Ari. nedum verbis, sed re ipsa Platoni aduersari in Idearum positione, vt recitat Zimara in Tabulam Auer. verbo Idea; vbi habet inuehendo contra illos, qui contrariam partem affirmant. Per vitam meam nescio, quo modo præclara ingenia hallucinantur in re clarissima: quia processus quem Arist. habet de Ideis, est de rebus, non de vocibus, immò lucidissimus Themistius habet pri. de Anima in altissimis præsertim Philosophiæ quæstionibus, non æquum est aliud dicere, & aliud sentire, sed inter altissimas Philosophiæ quæstiones indicandum est esse hanc de Ideis: vnde Porphyrius inquit in prologo prædicabiliũ. Altissimum est huiusmodi negotium, & maioris egens inquisitionis. Et propterea sicuti inter viros, & leones non est fidum iusiurandum, nec lupi & oues vnquam vnanimes reddũtur, sic nec Plato, & Arist. vnquam possunt vnanimes reddi.

Cap 30.

Opinio illorum, qui tenent Ar. verbis tantum dissentire a Platone in hac disp.

E regione partis secundæ ponitur Ioann. Grammaticus, Eustratius, Ammonius, Simplicius & Boetius ex Latinis in secunda editione libri de interpretatione, & multi alij viri illustres, vt ait Bessarion Cardinalis: omnes isti tenent Arist. tantummodo verbis dissentire à Platone & nullo pacto re ipsa. Nihilominus adhuc inter istos discõuenientia quædam est, nam Ioannes Grammaticus arbitratur varias Ideas, & formas in hoc mũdo sublunari Platonem constituisse, & tot esse species, & formas separatas, quot sunt species sensibiles rerum generabilium, & corruptibilium. Ponit etiam, ꝙ istæ Ideę separatæ nedum ponuntur, vt habeatur scientia de rebus istis sensibilibus, & propter generationem ipsarum, & existentiam: sed etiam vt gubernent, & regant: vnde omnia bona, & mala, quæ adueniunt homini, dicebat ab Idea hominis proficisci. Excitatur que aliquando homo à sua Idea, vt prosequatur vtilia, & fugiat mala: quoniam quælibet Idea habet ꝓuidentiam de sua specie: sed non primo & per se, qa nobile nõ est gratia ignobilis, primo enim sunt gratia ipsius Dei benedicti, vt ei complaceant, & quantum possint efficiantur ei similes, cum ipse Deus sit fons & origo omnis bonitatis. Secundo sunt propter sublunaria: & istæ Ideæ sunt in singularibus ipsius speciei quibus prouident: quia cum sint in loco per operationem non immanentem, sed transeuntem, quoniã quęlibet Idea ibi est vbi operatur: sed in cunctis singularibus speciei operatur: igitur in cũctis singularibus speciei existit.

Deus est origo omnis bonitatis.

Sed hęc positio nec Theologica, neque Physica est. Non Theologica, quia Theologi tribuũt Angelum nedum speciei vnicuiq;, sed singulum singulo homini extra vterum matris existenti, iuxta illud, Angelis suis Deus mandauit de te &c. Neq; etiam est Philosophica: vt merito Ioan. Iacobus Pauesius in sua 3. disput. Met. doctissime impugnat. Quia prouident singularibus: ergo cognoscunt ipsa. Tũc sic, vel sunt intellectus, vel sensus. Non primũ, quia intellectus nõ cognoscit singularia 3. de anima. Nõ secundum, quia sensus sunt vires organicæ. Modo Ideæ sunt seiunctę ab organo: ergo istæ Ideæ non dantur. Præterea, ab immobili & æterno nõ potest fieri aliquid nouum; istæ Ideæ sunt immobiles, & æternę: ergo aliquod nouum non potest ab eis euenire: ergo nõ possunt causare bona & mala in singularibus. Tertio sic. Nulla forma libera à materia est causa mali, quoniam omnis malitia est relegata à talibus formis; sed istæ Ideæ sunt liberę à materia: ergo nõ possunt aliquod malum causare. Deinde cur videmus probos, doctos, & integerrimos egere & trucidari, ignaros autem & nequissimos affluere & viuere, si istæ Ideæ prouidentiam habent de singularibus?

Psalm. 9.
Pauesius in 3. disp. suæ.

Tex. 30.

Quidam etiam ex secta Platonicorum constituunt tres ordines Idearum, primus ordo est in mẽte diuina, secundus in mente Angelica, tertius in anima rõnali. Quia Deus est uirtus infinita, & quicquid est in Deo est ipse Deus. Vnde non solum est sua essentia, sed suũ esse: Quoniam quicquid est in aliquo, quod est præter essentiam eius, oportet esse cãtum uel à principijs essentiæ, sicut accidẽtia propria consequentia essentiam, ut risibile cõsequitur hominem, & causatur à principijs essentialibus speciei, uel ab aliquo exteriori, sicut calor in aqua causatur ab igne. Si igitur esse ipsius esset aliud à Deo, tunc esset aliquod causatum in deo, quod est falsũ, de quo uide D. Th. Et sic Ideæ, si sunt in mente diuina, non tamen realiter distinguuntur à diuina mẽte, sed tantum secundum rõnem. In secundo ordine ponit hæc opinio mentem Angelicam, in qua sunt etiam quædam rationes, siue Ideæ, quæ distinguuntur ab essentia ipsius Angeli: unde sunt quid super additum ei. Quia Deus est summa unitas; Angelica mens, quoniam deficit à Deo, deficit etiam ab unitate ipsius Dei. Ideo accedit ad multitudinem. Et quia si istæ mentes Angelicæ referantur ad inuicẽ, nõ retinent ęqualẽ gradum perfectionis, propterea non intelligunt per æqualem numerum Idearum, imo quanto hæc mens est sublimior, tanto per pauciores intelligit Ideas, hinc quãto proximior Deo existit, tanto magis recedit à multitudine, & accedit ad unitatẽ, & ponitur talis proportio inter corporalia & spiritualia. Nam corpora superiora habent suas proprietates congenitas, inferiores uero substan-

1 Opin. quorundam Philosophi Plat.

P. p. q. 3. ar. 4

S. Tho. p. p. q. 55 ar. 3. in quo quærit, si Angeli superiores intelligunt ꝑ species magis vniuersales.

substantiæ vtputa animæ rationales acquirũt ipsas in dies,& habent plurimas Ideas,quia omnium specierum. Verum quia quidam posuerunt animã mũdi,quæ anima mundi est sublimior anima rationali,propterea pauciores Ideæ sunt in anima mundi, quam in rationali anima. Et si quis quærat,quæ nã sit hæc anima mundi respondet Pauesius narrando duas opiniones Platonicorum. Quidam dixerunt, quod Anima mundi,est quædam intelligentia,quę assistit huic terreno orbi,& mundo sublunari,& habet curam de ipso,& de singulis partibus eius,& est vna numero,& per varias rationes, quas continet in se,est causa omnium sublunarium. Et quia omnia composita siue habeant vitam,siue non,dependent ab hac intelligentia, propterea iusta ratione vocatur anima: nam illa est anima, quæ constituit aliquod in esse,& ei largitur vitam:modo hęc intelligentia constituit mundum hunc sublunarem, & ei largitur vitam & vires,& gubernat ipsum ne aliquid temere in ipso eueniat,idcirco iure anima mũdi vocari debet. Alij vero dixerunt, ꝙ anima mũdi est mens non orbis sublunaris tãtum,sed totius mũdi,ac vniuersi. Et per mundum, ac vniuersum intelligunt globum cœlestem & globum elementarem. Verum quia globus cœlestis est perfectior atque diuinior,idcirco primo ipsum constituit,secundo diffundit se in alijs partibus,coniungendo deinceps cęlestem cum elementari,producendo in aere aues,in aqua pisces,in terra viuētia, vt stirpes,& animalia. Et per cœlum tanquam per medium producit quędam alia perfectiora,quædã imperfectiora: anima igitur mundi est,quæ constituit totum vniuersum, & per totum diffundit uitam. Et in hac quoq; reperiuntur variæ Ideæ & magis multiplicatæ quam in mente Angelica,minus tamẽ quam in anima rationali. Sed hæc tria stare nõ possunt, ait Pauesius primo ꝙ non sunt collocandę Ideæ in opifice primo ac in Deo benedicto,& rationes pro hac impugnatione dicit esse illas,quas adduxit contra Simplicium, aduersus quem adduxit hanc rationem. Vbicunq; est multitudo rationum,ibi nõ est summe simplicitas. Sed Deus est summe simplex, adeo quod quidquã Deo simplicius reperiri non põt:igitur in Deo optimo nulla erit rationum multitudo:ex consequenti nec idearum. Præterea Auer. testatur pr. physicorũ, ꝙ omnis multitudo aut est rerum differentium secundum quantitatem,aut secundum formam. sed multitudo idearum in Deo existens,non est secundum quantitatem,neque secundum formam:differens,igitur nulla multitudo rationum est ponenda in Deo. Tertio,quæcunq; insunt principio diuersitatis,sunt diuersa:ergo quęcũq; isunt principio vnitatis sunt vnum omnibus modis. Sed Deus est summa vnitas:igitur in Deo nulla multitudo notionũ & idearum reperitur. Quarto, Arist. testatur 12. diuinorum, ꝙ Deus solum Deum intelligit, & quæ Deus non sunt,non apprehendit. Quoniam facultas cognoscendi quæ absolute perfecta est, nullo modo imperfici potest,forma non apprehendit viliorem seipsa,propterea quòd res intellecta est perfectio potentiæ iudicantis. Diuina mens est omnino perfecta, & nullo modo potest imperfici, nullo ergo modo viles formas poterit intelligere. Secũdum quod impugnat est,quod isti dicũt Angelicas mentes obtinere rationes sensibilium,ait,quòd hoc non est peripatetice dictum, quia quemadmodum diuina mens ea quæ Deus non sunt apprehendere nequit. Ita Angelicæ mentes,quæ ipsis viliora sunt percipere non possunt,quia imperficerẽtur à cognitione vilium. Profitentur Philosophi Angelicas mentes cognoscere tantum seipsas,& etiam superiora,quoniam sunt effectus supernarum mentium,& semp superiora relucent in inferioribus,veluti causæ in effectibus,non ergo per Ideas hæc inferiora valent agnoscere. Præterea;omne ꝙ est in aliquo, secundum modum,& naturam illius est in quo reperitur,sed sensibilia sunt in angelicis mentibus:ergo sunt in ipsis secundum modum,& esse ipsarum, modus autem est vt inferiora sint in supremis eminẽter,& nõ per ideas,& notiones. Tertio, Aue. 4. li. Paraph. Metaph. inquit,cum effectus suam causam æquiuocam cognoscit, causa relucet in eo vt ab ipso distincta:sed cum causa æquiuoce cognoscit suũ effectum,notio effectus non est separata à notione causæ,quoniam effectus comprehensus in causa ęquiuoca omnibus modis efficitur idem cum sua causa. Propterea mentes angelicæ dicuntur intueri sensibilia: quoniam cognoscunt seipsas,in quibus eminenter sunt sensibilia. Tertium quod impugnat est de anima mundi,quia dicebant, ꝙ anima mũdi p rationes quas de rebus in se habet,largitur singulis partibus mundi formas,& vires,& esse. Arguit quia hoc repugnat Philosopho:quia quod est separatũ, & seiunctum à materia,non potest ea quæ materię sunt immersa apprehendere,sed anima mundi siue sit inteligentia siue sit prima mens,est seiuncta, & separata à materia:igitur non poterit hęc sensibilia per ideas apprehendere. Sed quamquam hoc tertiũ dictum de anima mundi sit falsum,& conueniat cũ ipso Pauesio,quo ad conclusionem, quia anima de mente Arist. est actus corporis &c. neque intelligẽtia,neque prima mens poterit esse actus corporis, ob id falsum absolute erit à nobis fatendum intelligentiam,seu primam mentem esse animam mundi. Nihilominus rõ quã adducit Pauesius est falsa, quia quamquam verum sit ꝙ substantia separata non cognoscat sensibilia,accipiendo scientiam à rebus:poterit tamen per congenitas species, & ideas cognoscere. vt dicit Aug. 2. super Gen. ad literam,q docet, ꝙ cætera quæ infra angelos sunt ita causantur vt prius fiant in cognitione rationalis creaturę, ac deinde in genere suo. Ratio Pauesij cõcludit, si congregarent scientiam à rebus.

Rationes quoq; quas adducit ad impugnandum primum dictum,sunt nullius momenti,& prima ratio soluitur à D. Tho. in disputatis art. 2. de ideis,ad nonum argumentum, ꝙ illa multitudo idearum in ipso Deo non facit compositionem cum ipso Deo, cum nõ sit aliud ab essentia Dei intellecta,vnde in Deo sunt essentia ipsius Dei intellecta. Ad secundũ quoque dico, ꝙ dictum Auer. tenet in his quæ realiter distinguuntur:modo ideæ non sunt distinctæ realiter neque ab ipso Deo neque inter se. Ad tertium quoq; dico, ꝙ ideæ sunt vnum re in Deo: sed distinguuntur secundum diuersos respectus ad ideata. Ad quartum dico, ꝙ illæ duæ responsiones quas adducit sunt optimę:quarum prima fuit,quod Deus cognoscit se vt primum obiectum, alia à se, vt secundarium obiectum. Secunda vero quod Deus consecutiue agnoscit alia à se, & sic etiã cognoscit mala, & non vt quidam quod Deus non cognoscit mala, docere ausi sunt,hi enim sunt in profundo peccatorũ,& ne Deus puniat ipsos,ideo docẽt, quod mala nõ cognoscit. Nec valet replica Pauesij,& aliorũ: quia tũc Deus perficeretur à malis,cũ res intellecta sit perfectio intelligentis:hæc concluderet, quando Deus

Marginalia: p p. qu. 55. ar. 5. Quæ sit anima mundi. 3. disp. — Auerr. — Tertium dictum quod impugnat. — In anima mundi sunt plures Ideæ quam in anima nostra. — Pauesius 2. de anima. Tex. 4. — Cõtra Pauesium. — Soluũtur rationes Pauesij. — Tex. 16. — Tex. 51. — Cõtra philosophastros. — Secundum dictũ quod impugnat.

do Deus caperet scientiam, à rebus.

Soluitur rationes Pauesij secundi dicti. Rationes quoq; ipsius Pauesij contra secundum dictum nullius sunt roboris: nam prima eodē fundamento refellitur, quia mentes Angelicæ non suscipiunt scientiam à rebus, propterea non imperficiuntur ab eis. Quoniam vt notat D.Th.p.p.q.57. ar. 3. vbi quærit, Num angeli cognoscāt futura, quia ea quæ præsentia sunt habent naturam, per quam assimilātur speciebus, quæ sunt in mēte Angeli. Ad secundum dicitur, qđ inferiora sunt in superiorib. eminenter per substātiam in esse intelligibili naturæ p species intelligibiles non receptas à rebus, sed congenitas: sic etiam intelligitur dictū Auer. Causa æquiuoca cognoscit effectum per species congenitas, sed nō susceptas à rebus, & propterea subdit, qđ omnibus modis efficitur vnum non in esse naturę, sed in esse intelligibili, & sic patet quomodo male impugnata sunt illa duo dicta ab ipso Pauesio. Tertium dictum est falsum, & ratio sua est nulla, vt ex dictis patet.

3. Opinio & Simplicij de ideis 2.phys. tex.com.20. Est deinde opinio Simplicij asserentis dari ideas tum de mente Platonis, tum etiam de mente Arist. & tria docet Simplicius de illis ideis. Primum quo nā modo naturalis Philosophus valet separare formas naturales à materia. Secundum quibus rationibus Plato probat suam opinionem de ideis. Tertiū docet Aristotelem non dissentire à Platone.

Quoad primū incipit à definitione ideæ, dicens, qđ idea est ratio, & exemplar formarum naturaliū existens in diuina mente, dat exemplum. Est producenda forma naturalis, puta anima bouis. Deus habet exemplar ad cuius similitudinem venit in lucem, & hoc exemplar in mente diuina existens dicitur notio, ratio, & exemplar, & idea: & hęc notio & idea non est ipsius materiæ, neq; compositi; sed tantummodo ipsius formæ, & ratio est, quia est eorū quibus res existunt: sed formis res existunt: igitur formarum solummodo sunt ideæ, & non ipsius materiæ, quia per materiam potius res non sunt quam sint: similiter neq; ipsorum compositorum potest esse idea. Quia cum in compositis non sit aliud nisi materia & forma, vnde dicuntur simul tota, ipsius materiæ non est idea, sed tantum formæ: igitur cōpositorum non dātur ideæ. Addit vlterius, qđ diuinus Plato eodem nomine vocat ideam, & id cuius est idea, & ratio est, quia effectus & causa eodē nomine nuncupantur: sed effectus ideæ est forma, & causa etiam formæ, ergo merito eodem nomine est nūcupāda idea, & id cuius est idea, forma existens in materia vocatur forma, idea etiā forma vocatur, quia forma est causa per quam res est, sed per ideā res est: ergo idea dicitur forma. Et hoc docuit Ari. qui in ante prædicamentis eodem nomine vocauit hominem verum & hominem pictum: ita etiā Plato eodē nomine vocauit ideam, & id cuius est idea. Et quemadmodum homo viuens & homo pictus dicitur æquiuoce homo, ita idea & id cuius est idea æquiuoce forma dicuntur, & ratio est quia habent varias definitiones, nam alia est definitio formę in materia existentis, & alia est diffinitio formę separatæ à materia, hinc fit vt forma illa, quæ in Deo existit, nullum interitum patiatur, forma quæ existit in materia, subijcitur ortui & interitui, & huius opinionis est Aristot. qui 12. huius ostendit ordinem vniuersi esse in Deo, & in ipsomet vniuerso: & ideo mundus dicitur ab ornatu, & vtrumque ordinem vocat eodem nomine. Ponit etiam ibi ordinem in duce, & ordinem in exercitu, & vtrum

(An idea sit formæ vel materiæ lege Caie.p p. q.15.ar.3.in resp ad 3 & D Tho. ibi & in q 3.de ver.art.5. & 1.sente.dist. 36.ar.vltim.)

(Tex.43.)

que appellat eodem nomine, non igitur alicui alienum esse videatur, si Plato eodem nomine vocat ideam & id cuius est idea. Addit etiam qđ & id cuius est idea sunt eiusdem speciei, quia vniuersæ res inferiores sunt ex materia, & ex participatione formę. Materia est per participationem formæ; sed participatio & id quod participatur, sunt eiusdem speciei, vt caliditas quæ est in aqua prouenit à caliditate quæ est in igne: formæ ergo quæ sūt in materia, cum sint participationes quædam formarum separatarum, sequitur quod formæ separatę & formę in materia erunt eiusdem speciei. Et si quis dubitaret, qđ formæ quæ sunt hic, non sunt participationes idearum quæ sunt in Deo; quoniā hic in mundo sublunari datur forma quæ est homo, & bos, & leo, & consimiles, sed in Deo non est neque homo neq; bos neq; leo, à quibus sunt hæ formæ causatę: igitur non possunt esse ideę in Deo de illis. Respondet Simplicius negando minorem, & negationis causa est, quia secundum Aris. in Deo datur viuens pulchrum, & bonum, mēs, substantia, & similia, & hæc inet collocat in Deo, vt patet in 12. Met. vbi ponit in Deo reperiri nobilissimam vitam, bonitatem, mentem, & substantiam, & in nobis est voluntas, de qua D.Th. multa docet. Et ita secundū Platonem, quæcunque sunt in hoc mundo, sunt etiam in ipso Deo, licet diuersimode: quia in hoc mundo homo includit materiā, & patitur mortem, sed homo in Deo, neque materiam habet, neque ortū, aut interitum, & ex his patet quid sit idea.

(Idea, & id cuius est idea sunt eiusdē speciei.)

(Dubiū motū a Simplicio solutur.)

(Tex.45.)

(p p q.19.articul 1.)

Quoad secundum probat Simplicius dari ideas de mente Platonis, & Arist. Si non dantur ideę, tūc erit progressus in infinitum in generatione rerum; quod abhorrent Plato & Aristot. secundo Meta. ergo necesse est ponere ideas. consequentia probatur, quia omne quod gignitur, à consimili secundū speciem fit: si homo hic gignitur: ergo ab alio homine eiusdem speciei fit: & tunc quæro de illo, aut est genitus aut nō: si genitus, iterum quæro de illo, & cum non detur progressus in infinitum: sequitur qđ hæ formæ, quæ sunt hic, sunt genitę ab his q̄ sūt in opifice. Præterea, oē qđ fit & gignitur, fit & gignit à cā habente rōnē, & similitudinem illius facti & geniti, alioquin res recta ratione non fieret. Tūc quæro: hæc ratio, & similitudo, quæ est nisi exemplar & idea existens in opifice omnium? Præterea Aristo. 8. de Physico. auditu probat, qđ ea quæ perpetuo & continuo mouentur, sunt causa immobilis illius motionis, quæ numqnam deficit, sed quæ in hoc mundo sublunari reperiuntur, perpetuo, & cōtinuo mouentur, licet non secūdum quamlibet speciem motus; ergo hæc omnia habent causam immobilem, & indefinitam, quæ causa non est nisi exemplar & ratio, & idea in primo rerum opifice existens. Præterea, in opifice rerū omniū præsunt imagines, & similitudines eorū, quæ fiūt: sed Deus est artifex omnium rerum: ergo in ipso Deo sunt imagines, ac similitudines, & ideæ omnium. Praterea Aristot. secundo Phys. æquiparat naturam ipsi arti dicens, quemadmodum ars dicitur ad id quod est ex arte, & ad id quod est artificiale, ita natura, & ad id quod est secundum naturam, & ad id quod est naturale: sed ars quæcunque operatur, per quasdam rationes, & similitudines operatur: ergo & natura quæ producit, per similitudines quasdam effingit; ergo & illa causa quæ est superior natura & arte, adhuc per similitudines operatur: hæc causa non est nisi Deus, igitur in Deo sunt similitudines omnium

(2. Metaphy. Tex.6.)

(Tex 35.)

(Tex.13.)

nium rerum. Præterea, omnis substantia determinata, & genita habet aliquod principium ingenitum, & immobile, sed tale principium in materia esse nequit. Quia quod est in materia, est participatio & affectio illius: neque potest esse in natura. Quia omne, quod est in natura, est in materia. Ita dixit Philosophus, secundo Physic. in subiecto est natura sẽper, neque est in anima, quia tale est separabile & per se mobile, & habet quandam duplicitatem, cũ moueat, & moueatur, & sic non erit magis principiũ, quã à principio; ergo oportet tale principium esse immobile, ingenitum, & solum efficiẽs omniũ, & singulorum, quæ omnia, & singula producit per proprias, discretas, & immobiles formas, quæ dicũtur ipsæ ideæ. Præterea si in Deo non essent exemplaria & rationes omnium eorũ quæ fiũt: tũc Deus non esset omnium causa, quod est falsum. consequẽtia probatur. Quia ab vno inquantum vnum varia proficisci nequeunt. Igitur si à prima omnium causa tanta diuersitas fluit, signum est, quod in ea est multitudo rationum: quæ causæ, & ideæ sunt omnium rerum.

Tex. 5.

Quoad tertium in duobus Simplicius conciliat Platonem cum Arist. primo quod quando Aristot. impugnat opinionem de ideis, non impugnat propriam sententiam de ideis; sed quandam vulgarem opinionem, quæ dicebat, quod ideæ essent in concauo orbis lunæ: vel sententiæ vulgares, & plebeæ de ideis erant, ꝙ formæ materiales non absolutę, & spoliatę à materia preexistant in mente opificis: & quemadmodum hic sunt formæ cum modo subsistentiæ, ita etiam erant formæ subsistentes, & has dicebant ideas, & non simulacra, & exemplaria eorum quæ sunt hic: & dicebant ea quæ sunt hic, & ea quæ ibi sunt, habere quandam identitatem. Quæ sentẽtia est falsissima. Sed sentẽtia Platonis est, ꝙ quẽadmodũ in ædificatore alia est ratio parietis, & alia ipsius tecti: ita in Deo alia est rõ qua producit leonem, & alia qua producit hominem, & hanc nõ impugnat Aristot. Secundo ait Simplicius, ꝙ Plato & Aristoteles possunt conciliari in hoc, qđ quando Arist. impugnat Platonem, impugnat secundum illam opinionem, quæ aiebat cõpositorũ esse ideas, & recte impugnat: quoniam formę, cum tres habeant gradus. Primus est, secundum quem vocãtur ideæ, quo pacto in nulla materia sunt comprehensæ: sed sunt formæ & puræ quidditates. Secundus gradus est, secundum quem forma vocatur natura, prout comprehenditur in materia vniuersali. Tertius, secundum quem forma comprehẽditur in particulari, & sic formæ à summis vsq; ad ima procedũt. Et quia primus gradus formæ nullam materiã cõprehẽdit, est enim sublimis, & habet esse in opifice, & nuncupatur gradus formarũ, quæ sunt ideæ & sic Arist. cõcedit etiam formas separari: quas formas ideas Plato vocat. Secundus, & tertius gradus formarum non est separatus à materia, quia secundus concernit materiam communem, tertius vero materiam particularem. Hos ergo reprehẽdit Ar. qui asserunt formas secundi & tertij gradus esse separatas, nam quæ sunt comprehensa in materia, ab ea seiungi nequeunt: sed formę secũdi, & tertij gradus sunt comprehensæ in materia, igitur ab ea separari non possunt & hę essent in opifice omnium, & hæc est opinio Simplicij 2. Phys. tex. 20. latẽt autem qui ideas faciunt &c.

Ar. non impugnat opinionẽ Platonis de ideis sed vulgarẽ quandã opinionem.

Formarum tres sũt gradus.

Ioannes Grammaticus 2. Phys. partim consentit cum Simplicio, partim dissentit, cõsentit in hoc, qđ constituit in mente diuina ideas omnium, quorum est effector & cognitor, quia omnis cognitio, & efficiẽtia est per similitudinem, sed est effector & cognitor omnium formarum, igitur omnium formarum habet ideas. Dissentit à Simplicio, quia non solum formarum sed etiam compositorum singulariũ, atq; materiæ primæ ponit ideas: & ratio sua est, quia omnium, quæ gignũtur sunt ideæ, sed singularia gignuntur: igitur singularium dantur ideæ. probatur minor, quia singularium est ortus atq; interitus. Præterea Deus habet rationes omnium eorũ, quæ cognoscit, sed Deus perfecte cognoscit singularia & materiam primam: ergo omnium istorum habet ideas penes se.

Opinio Io. Grammatici de ideis 2. Phys. Tex. 10.

Sed q̃ritur, an idea sit idẽ subiecto & rõne cũ ipso Deo, vel distinguaĩ à Deo, & respondẽt aliq, qđ ipsæ ideę spectãt ad essentiã & substãtiã ipsius Dei, sicuti animal rationale pertinet ad substantiam hominis. Quæ positio stare non potest: nam sequeretur, quod in Deo esset compositio, sicuti animal & rationale faciũt hominem compositum. Propterea alij dixerunt, quod ideæ non sunt de essentia Dei; sed sunt quędam accidentia aduentitia & superaddita ipsi Deo, & hi etiam incidunt in profundiorẽ foueam, quia sequeretur, quod Deus esset compositus ex substantia & accidẽte, quod est absurdum nedum in Philosophia, sed etiam in Theologia, vt patet per D. Thom. tum etiam quia secundum Philosophos mentes separatæ non subijciuntur accidentibus, multo minus suprema mens Alij etiam asserunt, qđ ideæ non sunt aliud nisi diuina essentia, & hæc est opinio D. Thom. qui ait, quod idea non nominat diuinam essentiam, inquantum est essentia, sed inquantum est similitudo, vel ratio huius, vel illius: vnde secundum quod sunt plures rationes intellectæ ex vna essentia, secundum hoc sunt plures ideę, vnde ideæ nõ sunt distinctæ à diuina essentia, nisi ratione rerum, quæ referuntur ad ipsam, vnde id quod est idea, est vnũ numero, & simplicissimũ, sed merito rerum, quę referuntur, & intelliguntur non est quid vnum, sed multiplex. Sed si quis dubitando diceret, Ideæ sunt rationes incommutabiles atq; æternæ, sed res quæ referuntur non sunt incõmutabiles & æternæ: ergo merito & beneficio rerũ quæ referũtur, non est multitudo idearum collocanda. Sed soluitur hæc dubitatio, quia res quatenus referuntur ad substantiam Dei, & prout intelliguntur, sunt æternæ, quia ab ęterno Deus omnia cognouit, vnde prout sunt obiectæ & intellectæ à diuina substantia, sunt ęternæ, sed res secundum esse suum non sunt æternæ, sed tẽporales. Siquis ẽt quæreret, Sint ne omnium ideæ, puta malorum & priuationum, si omniũ quæ Deus cognoscit, sunt ideę: ergo cum cognoscat mala, & priuationes, malorũ & priuationum erũt ideæ. Respondet hæc positio, qđ malum cognoscitur per ideam boni, & priuatio cognoscitur per ideam habitus, & sic per se nec malorum, nec priuationũ est idea. Si etiam quæret an accidẽtiũ sint ideæ, respondet hęc positio affirmatiue; & ratio est, qđ illorum est idea in mente opificis, quorum ipse summus opifex est cognitor, & effector: igitur omnium accidentium est cognitor, & effector: igitur omnium accidentiũ est in ipso Deo idea. vnde quatenus Deus repræsentat accidẽtia, etiam Deus ipse habet ideam ipsorũ. Aliqui vero ex Platonicis affirmant ideas non esse illorum q̃ se habent secundum prius & posterius. Et quia bonum, ens, mens, accidentia omnia, transcendentia, & multa

Dubitationũ ideæ identificetur cum ipso Deo.

p. p q. 7. per totã, & præcipue art. 6. p. p. q. art. 2. ad primũ argumentum. Id quod est idea est vnũ numero, respectu vero rerũ est, mul tiplex.

An sint ideę malorum.

An accidentiũ sint ideæ.

Num sint ideæ eorum quæ se habent secundũ prius & posterius.

& multa alia se habent secũdum prius & posterius: igitur istorum nullo pacto sunt constituendæ ideæ: & ratio istorum est, quia ideæ sunt institutæ à Platone vt existant rationes producendi: sed accidentia, & ignota producuntur ad productionem specierũ: propterea ipsorum accidentium non sunt ideę constituendæ. Sed hæc ratio de facili soluitur ab his q asserunt contrariam partem: quia ideæ nedum sunt institutæ vt sint rationes producẽdi, sed etiã vt sint rationes cognoscendi: licet accidentiũ & generum non sint ponendæ ideæ, prout habent officium producendi: sunt tamen ponendę, prout habent officiũ repræsentandi.

Quo modo generũ sunt ponendæ ideæ.

Postquam recitauimus opinionem Platonicorũ de ideis, & quomodo conciliant ipsum Platonem cum Arist. nunc videndum est quid sentiat Alexander Aphrodisiensis, Auerroes, Actonicus Platonicus, & Cicero. Hi enim asserunt, ꝙ sicut non est fidum iusiurandum inter viros, & leones, & sicuti lupi & oues nunquam sunt vnanimes, ita nec Aristo. & Plato. Hi. n. volunt ꝙ in doctrina peripatetica secundum documenta Arist. tres sint ordines rerum cognoscentium, supremus, intermedius, & infimus: in supremo est diuina mens, in ipso intermedio angelica mẽs, in infimo est humana, & ꝙ in nullo istorum graduum sunt collocandæ ideæ, non in primo, quia nulla multitudo neq; secundum rem, neq; secundum rationem est collocanda in summe simplici, sed diuina mens est summe simplex: igitur in diuina mente secundum Aristot. nulla est multitudo idearum. Tum etiam quia peripatetici docent, Deũ tantum Deũ percipere: ergo frustra ponuntur ideę vt rationes agnoscendi. Tum etiam quia diuersitas rerum non est expetenda à primo opifice, sed à causa secunda, cum primus opifex non sit causa existẽtiæ in rebus: idcirco nec sunt necessariæ ideæ vt rationes producendi, nec vt rationes intelligendi: ergo nullo pacto sunt necessarię ideæ. In gradu intermedio non sunt collocandæ ideæ, & hoc loquendo respectu inferiorum, quia si mentes Angelicæ haberent ideas, vel ipsæ essent rationes Intelligendi, vel producendi, sed neutro modo sunt ponendæ respectu inferiorum, igitur nullo pacto sunt collocandæ ideæ in mentibus Angelicis. Probatur minor, ꝙ nõ vt rationes intelligendi, quia nulla mens, quæ cum diuino animali consortium habet, sensibilia apprehendit, sed Angelicæ mentes habent consortium cum diuino animali: igitur mentes angelicæ ideas non habent, vt rationes cognoscendi. Quod etiam non debeát poni, vt rationes producẽdi, probatur, quia in causis à quibus nulla est varietas in effectis, non sunt collocandæ ideæ, vt rationes producendi, sed Angelicæ mentes sunt causę, à quibus nulla est varietas in effectis: cum omnis varietas, & diuersitas est expetenda à causa secunda & proxima, sequitur ergo ꝙ in mentibus Angelicis neq; vt rationes producendi neq, cognoscendi collocandę sint. Sed secundum Arist. habent ideas respectu superiorũ, & istæ ideæ non sunt accidentia, quia tũc essent cõpositę ex substantia & accidente: neq; etiam sunt substantiæ distinctæ, quia tunc etiam essent compositæ ex substantia aliena & propria, sed sunt ipsæmet essentiæ intelligentiarum distinctæ solummodo secundum rationem, & istę ideæ erunt tantummodo vt rationes intelligendi, non autem producẽdi, & probatur sic. Angelicæ mentes agnoscunt superiora, & illa nõ producũt: igitur habent ideas respectu superiorũ vt rationes cognoscendi, nõ autẽ producendi. Sunt. n. inferiores intelligẽtiæ effectus supernarum, & vt sic cognoscendo se, agnoscunt superiora, & sunt ideæ illarum.

Opinio Ari. de ideis secũdum Auerr. & latinos.

Tres sunt ordines rerum cognoscẽtiũ secundum Ar.

Num in intelligentijs sint ideæ respectu inferiorum.

Num diuinæ mẽtes habeant ideas respectu superiorum.

Circa tertium gradũ qui est humana mens, sunt diuisi peripatetici. Quidam ponunt ideas in mente humana, quæ ideæ dicuntur species intelligibiles, siue rationes intelligendi, & hoc non solum respectu intellectus possibilis, sed etiam respectu potestatis sẽtiẽdi, quæ est in animali caduco. Nam species istæ sunt duobus modis. Vno modo quæ repræsentant sensibilia vniuersaliter, & hæ sunt in intellectu possibili, quædam sunt quę repræsentant sensibilia vniuersaliter, & istę sunt in potestate sentiẽdi. Quidam vero negãt, quia tria tãtum sunt in anima, potentia, habitus & actus, sed species intelligibilis nullum istorum est: igitur &c. Non enim species est potentia, quia species est in actu; non habitus, quia habitus fit ex frequentatis actibus, secundo Poste. nõ actus quia species intelligitur potentia: ergo nõ potest esse actus, cum actus eliciatur à potentia perfecta per speciem, non est passio aut discursus. Quia vel corruptiua passio, & hoc non, vel perfectiua, & hoc etiam non, quia talis est intelligere & non species, & sic isti secundi negant omnino ideas in humana mente. Et si quis quęrat à ponentibus species vnde causantur, & originantur istæ species: adhuc diuisi sunt Peripathetici circa hoc. Quidam enim tenent, ꝙ causantur in facultate cognoscendi ab externis sensibilibus, & hoc modo plicitur ipsa facultas cognoscendi. Quidam autem dicunt, ꝙ sunt cõgenitæ cum ipsa anima, & quæ causantur ab externis sensibilibus potius sunt quædam passiones, quę excitant vim cognoscendi, quam species de nouo genitæ, & istæ species, congenitę ad duo deseruiũt ad cognitionem, & ad productionem ipsarum rerum. Ad cognitionem, quia omnis cognitio fit per similitudinem, quæ similitudo est species, siue idea. Ad productionẽ, nã quicquid producitur ab animali vt animal est, per cognitionem producitur, sicuti calor calorem producit, & artifex artificiata. Species quę sunt in intellectu possibili repręsentãt res vniuersaliter. Quidam asserunt ꝙ causantur à phãtasmatibus beneficio intellectus agẽtis. Quidã vero, ꝙ sunt congenitæ intellectui possibili, & solũ modo sunt distinctæ ab eo secũdum rationẽ: & ad duo sunt etiam vtiles istæ species, ad cognitionem rerum sensibiliũ, quomodo intellectus dicitur contemplatiuus & theoricus, sunt vtiles etiam ad productionem rerum, & hoc modo intellectus dicitur practicus; quia cognoscit factibilia. Et si quis quæreret, Nonne humana mens cognoscit etiam super cęlestes mentes, quia habet ideas mentium supracæ lestium? Respondent isti, ꝙ humana mens cum sit effectus cœlestium mentium, quatenus se cognoscit cognoscit illas, & hoc pacto dicitur idea illarũ: quæ idea non est distincta realiter ab ipsa humana mẽte, sed tantum secundum rationem, & ex his patet, quomodo dantur ideæ, & quomodo non in doctrina Aris. sed an hæc vera sint videbimus opinionẽ Theologorum circa hoc.

D. Tho. p. p. q. 88. art. 7.
Auicẽnas li. de anima eius meminit.
D. Thom p. p. q. 79. artic. 6.
Themistius
Theoph. lo.
Bacco. 1. sen. q. 1. prolog.
Eru. quol. 3. q. 14.

Olimpiodorus in tractatu de recta philosop. Dicearcus Græcus de modo intelligendi.

An respectu supra cœlestiũ sint ideę in nostra anima.

Theologi multa dicunt de ideis. Et primo declarant quid intelligant per ideas, vt conforment se dicto August. in lib. 83. quęstionum, qui per ideas videtur intelligere formas, sed quia forma est triplex, vna à qua formatur res, sicuti à forma agentis procedit formatio effectus, vt ab homine homo, & ab equo equus. Secundo dicitur forma, secundum q̃ aliquid formatur, & sic anima est forma hominis, & figu-

D. Tho. p. p. q. 15. & de ver. q. 3. & 1. sent. dist. 36. q. 1. art. 1.

& figura forma cupri. Tertio dicitur forma illud, ad quod aliquid formatur: & hæc dicitur forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, sicut imago Herculis est forma, ad cuius similitudinem pictor producit aliquod exemplatum: cum ergo forma dicatur à qua, & secundum quam, & ad quam, idea est forma tertio modo sumpta. Addunt etiam, quod aliquid potest imitari aliquã formam dupliciter. Primo per se, & ex intentione agentis, sicuti pictura ad hoc fit à pictore, vt imitetur aliquẽ cuius figura depingitur. Secundo, aliquid imitatur, aliquam formam per accidens, & præter intentionem agentis, & à casu, vt frequenter accidit in pictoribus facientibus imaginem alicuius, de quo non intẽdũt, propterea forma exemplaris non dicitur idea illius, quod imitatur per accidens: sed illius, quod imitatur per se, quia lv ad, importat ordinem ad finem. Addunt adhuc Theologi, quod agens dupliciter dicitur operari propter finem: vno modo determinando sibi finem, & hoc modo operatur agens à proposito: alio modo agens operari dicitur propter finem sibi institutum ab alio superiori agente, & sic seruus agit ꝓpter finẽ institutum sibi à superiori, puta domino suo: sic etiam sagita tendit ad scopum determinatũ sibi à saggitante, & etiam natura tẽdit ad finẽ institutum sibi ab agente per intellectũ. Quia opus naturæ supponit opus intellectus: hinc dicitur quod opus naturæ est opus intelligentiæ non errantis. Quando ergo fit aliquid ad imitationem alterius per agens, quod non determinat sibi finem, tunc forma imitata non habet rõnem exemplaris, & ideæ: vnde forma hominis generantis non dicitur idea hominis generati, sed solum illa forma est idea, quę est respectu agentis quod determinat sibi finem, & quia illa forma potest esse in agente, & extra agentẽ: vnde forma artis in artifice dicitur exemplar, & idea artificiati, forma etiam quæ est extra artificem, ad cuius imitationẽ artifex aliquid facit, dicitur quoq; exemplar, & idea artificiati. Ex his colligunt modo Theologi diffinitionẽ ipsius ideæ. Idea est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinatis & præstituentis sibi finem: & quia finis dei non est alius à Deo, sed ipsemet Deus, ꝓpterea ideę non sunt extra Deum, sed ipsemet Deus: & hoc pulcherimè innuit doctissimus princeps Theologorũ Dion. quando dicebat exemplaria rerum dicimus esse rationes substantificas, singulariter existẽtes, quas Theologia prædefinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates prædeterminatiuas, & effectiuas rerum existentium, secundum quas supersubstãtialis essentia omnia pdefiniuit, & produxit. Ex quibus de facili deducere possumus, qui sunt illi, qui ponunt ideas: & qui sunt illi qui eas negant. Quicunque ponunt Deum esse primam causam entium agentem per intellectum, & præstituentem sibi finem non distinctum à se: hi ponunt ideas esse in mente diuina. Et quia hoc agnouit Plato, idcircò ipse fuit primus, qui posuit ideas. Epicurei, & Democritus, qui posuerunt omnia casu euenire, negarũt ideas. Empedocles qui dixit omnia ex necessitate naturæ produci, vt habetur secũdo Phy. negauit ideas. Si ergo Arist. ponit mundum productũ fuisse à casu, quod non est dicendũ, vt patet 8. Ph. vel si ponamus de mente eius Deum agere de necessitate naturæ; quod neque fatendum est, quia Deus est nobilissimum agens, vt patet quinto Metaphysic. Ex illis principijs sumenda est opinio Arist. an neget, vel concedat ideas; si Deus agit de necessitate naturæ, non dantur ideæ in doctrina eius, si agit à ꝓposito, dantur ideæ.

Quomodo aliqua res imitatur aliam.

Quot modis agẽs operatur ꝓpter finem.

Forma artis in artifice dicitur exemplar.

5. cap. de diui. nomi.

Cur Plato posuit ideas.

Democritus negauit ideas.

Circa finem Cap de perfecto. Tex. 3.

Et ita ponitur conclusio de mente Theologorũ, quod necessarium est ponere ideas in diuina mẽte: probatur primo de mente Augustini: qui 15. de ciuitat. Dei dicit. Qui negat ideas, infidelis est, quia negat filium esse: ergo ideæ sunt necessariæ. Secundo sic: omne agens per intellectum, est non ignorãs quid agit: ergo apud ipsum rõnes rerum, quæ ideę dicuntur, sunt. Tertio habetur Phys. 2. quod hę tres causę formalis, finalis, & efficiẽs incidũt in vnam. Sed Deus est causa efficiẽs, & finalis rerum; ergo est causa formalis exemplaris, quia non potest esse forma, quæ est pars rei. Quarto effectus particularis non producitur à causa vniuersali, nisi causa illa sit ꝓpria, vel appropriata: sed omnes particulares effectus sunt à deo, q est causa omniũ: ergo oportet, quod sint à Deo, secundum quod est causa propria, vel vniuscuiusq; sed hoc esse nõ potest nisi per rõnes rerũ proprias in ipso existentes: ergo oportet rationes rerum; hoc est ideas in ipso existere. Quinto sic: duplex est modus cognoscendi res per essentiam rerum, & similitudinem, sed Deus non cognoscit res per earum essentiam, quia sic cognoscuntur solum illæ, quæ sunt in cognoscente per sui essentiam: ergo cum scientiã de rebus habeat: relinquitur, quod sciat eas per similitudinem. Sexto, Speculum non ducit in cognitionẽ aliquorum nisi eorum similitudines in eo resplendeant, sed essentia Dei est speculũ ducens in cognitionem omnium creaturarum, vt ait Gregorius: Quid est, quod non videant, qui vidẽtem omnia vident? ergo in eo sunt similitudines omnium rerum. Septimo. Diuinus Boetius ait: loquar ad Deum. Tu cuncta supremo Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse. Mũdum mente gerens. ex quib. verbis elicitur, quòd Deus habet exemplum ipsius mũdi, & omnium quæ sunt in mundo, & hoc est idea. Octauo. D. Augustinus ait, piget me dixisse duos eẽ mundos, sensibilẽ, & intelligibilem, non quia hoc verum sit, sed quia hoc dixi tanquam ex me: cum tamen à Philosophis dictum sit. Et quia modus iste loquendi non est consuetus in sacra scriptura, licet in Philosophia, in qua ponitur mundus iste elemẽtaris, de quo Arist primo Metheororum ait: Necesse est hunc mundum inferiorem lationibus superioribus contiguum esse, vt inde omnis virtus guberne tur: ponitur, & mundus cœlestis, & intellectualis, & hic dicitur idea aliorum mundorum, est ergò necesse ponere ideas in ipso Deo. Nono. D. Augustinus etiã ait, quod filius est ars patris plena omniũ rõnum viuentium: sed illæ rationes dictum est, quod non sunt aliud nisi ideæ, igitur dantur ideæ in ipso Deo. Decimo: hoc etiam corroboratur ex sacris litteris; nam scribitur Ioã. 1. Quod factum est, in ipso vita erat, quæ verba exponens Augustinus ait: omnes creaturæ sunt in mẽte diuina, sicut archa in mẽte artificis, sed archa in mente artificis est per suam similitudinem, & ideam: igitur omnium rerum ideę sunt in ipso Deo.

Conclusio Theologorum. Tex. 27.

Duplex est modus cognoscendi res.

4. Dialog.

3. de cõclu. Philos.

6. de trinitate cap. 8.

Primo cap.

Et si quis quærat à Theologis, vtrum Deus habeat ideas in mente sua tantummodo ipsarum rerũ quæ sunt, vel etiam illarum, quæ nunquam erunt; respõdet D. T. quod idea propriè dicta respicit practicam cognitionem non solum in actu, sed in habitu vnde cum Deus de his quæ facere potest, quamuis nunquam sint facta, nec futura, habeat cognitionẽ virtualiter practicam, relinquitur, quod idea possit esse eius, quod nec est, nec fuit, nec erit, non tamẽ eo mo

An Deus habeat ideas existentium tantum.

do sicut est, eorum quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt. Quia ad ea, quæ sunt, vel erunt, vel fuerũt, producẽda, terminatur ex proposito diuinę voluntatis, non autem ad ea, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt. Et sic huiusmodi habẽt quodam modo ideas inde terminatas; quia si Deus habet cognitionem etiam illorum, quæ nunquam erunt secũdum Theologos, nam vocat ea quę non sunt, tanquam ea, quæ sunt, & omnium quorum est cognitor, habet ideas: sequitur necessario, ꝙ habeat ideas non entium. Secũdo, causa non dependet ab effectu: sed idea est causa essendi rerũ: ergo non depẽdet ab esse rei aliquo mõ; potest igitur esse ẽt de his, quæ nec fuerũt, nec erũt, nec sunt. Et si quis diceret: ergo nihil habet idea, nisi ꝙ habet esse determinatum. Ad hoc dicũt Theologi, ꝙ licet ꝙ nec est, nec fuit, nec erit, non habeat esse determinatum in se, habet tamen esse determinatũ in sciẽtia Dei. Sed instaret etiam aliquis, quia illud habet esse determinatum, quod distinguitur ab alio: sed omnia prout sunt in Deo, sunt vnum, & indistincta ab inuicem: ergo nec etiam in Deo habẽt esse determinatum. Sed hic decipitur, nõ distinguendo de eo, quod reperitur in Deo, & de eo, ꝙ reperitur in cognitione Dei. Deus omnia distincte cognoscit: vnde malum, & peccata nõ sunt in deo, sed sunt in cognitione, & sciẽtia Dei: propterea aliquid est distinctum in scientia Dei, non tamen in essentia ipsius Dei. Et sic patet, quõ ponũtur ideæ ad mentem Theologorum.

Romanorũ 4. cap.

Euseb. libro de præpara ideã sic diffinit: idea est ꝑpetua substãtia, causa, & principium, vt singularia talia sint, qualis est ipsa.

De pluralitate idearum secundum Theologos dico, ꝙ ipsi tenent in Deo plures ideas reperiri, & tria docent, circa hoc. Primo, ꝙ sint plures. Secũdo, quõ sint plures. Tertio, ꝙ non repugnant diuinæ simplicitati. Quoad primum suadetur sic. Cognoscens, & ꝓducẽs ordinẽ totius alicuius habet rationes omnium partium, ex quibus constituitur totum illud. Quæ propositio declaratur in ædificatore cognoscente ordinem domus, quem oportet, vt habeat distincte rationes partium domus, puta tecti, parietis, pauimenti, & cæterarũ partium, & dux alicuius exercitus volens habere perfectam, & exactam cognitionem de ordine exercitus, necesse est, vt habeat rõnes illarum partiũ, ex quibus integratur exercitus: sed Deus Optimus Maximus habet exactam, & ꝑfectam cognitionem totius ordinis vniuersi: ergo habet rationes omnium partium, ex quibus integratur ipsum vniuersum, sed plures sunt partes vniuersi, igitur plures sunt ideæ: minor patet 12. Metaph. vbi habet Philosophus, ꝙ finis proprius intẽtus ipsius vniuersi à Deo est ordo, qui est bonum intrinsecum vniuersi. Primo etiam de generatione Arist. ait, ꝙ idem inquantum idem, & secundum idem aptum natum est semper facere idem: sed Deus facit diuersa, ergo non secundum eandem rationem, sed secũdum diuersas rationes, quibus res producuntur, & sic sequitur quòd habet diuersas ideas. Tertio. hoc etiam asserebat D. Augustin. dicẽs omnia esse condita à Deo ratione quadam; vnde non ea ratione est conditus homo, qua equus, hoc enim est absurdum existimari; sed singula proprijs rationibus sunt creata, & sic plures dantur ideæ. Quarto; quod etiam in quadam Epistola ad Nebridium aiebat Aug. quod sicut inconueniens est dicere, ꝙ eadem sit ratio anguli & quadrati, ita inconueniens est dicere ꝙ eadem sit ratio in Deo hominis, & huius hominis: ergo plures rationes ideales sunt in Deo. Quinto: hinc Boetius vocabat ideas nomine mũdi, & D. Aug. nomine artis importat quãdam pluralitatem:

Tex. 511

Tex. 51.

Lib. 83. 4 q. 46.

Aug. ad Nebridium.

Quid est ars.

est enim collectio pręceptorum tendentiũ ad vnũ finem. Similiter: mundus dicit collectionem omniũ creaturarum; ex quibus manifestum esse poterit dari plures ideas. Sexto: hinc D. Paulus dicebat. Fide credimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierẽt, vnde pluraliter dicit inuisibilia, quibus intelligit species ideales. Ex hoc excluditur opinio Auicennæ tenentis Deum vtique agere per intellectum, & non ex necessitate, propterea ponebat Deum habere ideam primi creati tantũ: quia posuit, ꝙ Deus intelligendo se produxit tãtum primam intelligentiam in qua differebat esse, & essentia, & sic de necessitate in hac secunda intelligentia erat compositio actus & potentiæ, vnde hęc prima intelligentia intelligendo primam causam producebat secundam intelligentiam. Quatenus verò intelligebat se, vt erat potentiam habẽs, producebat orbem cęlestem, quem mouebat. Inquantum intelligebat se secundũ illud, quod habebat de actu, producebat animam orbis, & sic progrediendo processit pluralitas rerum ab vno primo principio, & secũdũ hanc opinionem in Deo esset vna idea primi creati communis toti enti, sed proprie ideæ singulorũ essent in causis secundis. Hanc quoque opinionem tribuit D. Dionysius cuidam Clemẽti Philosopho, qui posuit principaliora entia esse exemplaria inferiorum, q̃ positio stare non potest, tum propter rationes superius adductas, tunc etiam, quia sequitur, ꝙ omnia alia præter primam intelligentiam essent casualia, & per accidẽs respectu Dei, quod est absurdum: probatur consequentia. Quia quando intentio alicuius agentis fertur ad vnum tantũ, quicquid sequitur præter illud, est casuale, & per accidens, vt si quis intenderet facere aliquem triangulum, si ad hunc sequitur magnitudo vel paruitas, hoc esset ꝓter intentionem agentis triangulum, & si natura intenderet generare solum animal, præter intentionẽ eius esset homo, aut equus. Ita etiam si intentio Dei est producere tantum primam intelligentiam; ergo productio aliarum creaturarum est per accidens in ordine ad primam causam, & in ordine ad secundã causam esset per se, & tamen totum oppositum videtur, quia casualia & fortuita sunt respectu secundæ causæ, non autem primæ. Hinc Auerr. quoq. 12. Metaph. inuehit contra istam opinionem, quòd in separatis non est prouentus, & consequutio, sed tantum causa, & causatum, vt intellectum est causa intelligentis: hæc de primo.

11. Cap. ad Hebr.

Reprehenditur Auicennas.

D. Dionys. qu d dicat de Clẽ. Phi.

Comm. 36

Quo ad secundum, quid est modus pluralitatis, idearum in Deo. Pro cuius notitia sciendum est, ꝙ forma intellectus est duplex. Altera, quæ est principium actus intelligendi. & hęc est similitudo rei intellectæ in ipso intelligente, vt species hominis existẽs in meo intellectu. Altera est forma intellectus, quæ dicitur terminus actus intelligendi, sicut artifex intelligendo excogitat formam domus, illa forma excogitata non est id, quo artifex intelligit, sed id, quod intelligit: si ergo intellectus artificis produceret aliquod artificiatum ad similitudinem ipsius; tãtũ ipse intellectus artificis esset idea, non vt intellectus, sed prout esset quoddam intellectum, & si illud artificiatum perfecte imitaretur illum intellectum, tunc intellectus haberet idem sui ipsius, prout esset quoddam intellectum, & imitatum ab illo artificiato; si vero illud artificiatũ nõ perfecte imitaretur illum intellectum, tunc intellectus haberet ideã suiipsius, prout esset quoddam intellectum, & imitatum ab illo artificiato: si verò illud artificiatũ

Forma intellectus duplex.

Idea est id quod intelligitur.

non

non perfectè imitaretur illum intellectum, tunc intellectus haberet ideam illius artificiati, prout defecit à principali exemplari secundum quandam proportionem determinatam. Sic etiam diuinus intellectus omnia producit ad suam similitudinem; vnde substantia Dei est idea omnium, non prout substantia, & essentia est, sed prout est similitudo, & vt est intellectus à Deo, creaturæ non perfectè imitantur diuinam essentiam. Hinc essentia non accipitur absolute ab intellectu diuino, vt idea rerum, sed cum proportione creaturæ fiendæ ad ipsã diuinam essentiam, secundum quod ipsa creatura deficit ab ea, vel imitatur eam. Et quia diuersæ res diuersimode imitantur ipsam secundum diuersos modos, & proprietates distinctas ab inuicem; ideo diuina essentia, intellectis diuersis proportionibus rerum ad eam est idea cuiuslibet rei, & quia sunt diuersæ proportionis, & respectus rerum, necesse est plures esse ideas, adeo quòd diuersitas inuenitur ex parte diuersarum proportionum creaturarum ad ipsam, & vnitas ex parte diuinæ essentiæ: ita quod illud, quod multiplicatur in Deo, est id quod, non id quo, quia non sunt multæ sapientiæ in Deo, nec multæ artes, sed sunt multæ ideæ. Quoniam cum perfectè Deus agnoscat essentiam suam, cognoscit eam omnibus modis, quib' est cognoscibilis ab ipso, & participabilis à creaturis. Quæ creaturę varijs modis ipsam diuinam essentiam imitantur: propterea variæ ideæ sunt ponẽdæ. Et licet id quod primo, & per se intelligitur à Deo, sit vnum numero, id quod secundario intelligitur à Deo, potest compati multitudinem, & potest esse distinctio rationis inter istas ideas, prout faciunt diuersa cognita, vnde punctus alio modo cognitus est, vt principium, & alio modo vt finis. Ita etiam essentia Dei, vt est participabilis ab intelligentia, est vnum cognitum, vt autem est participabilis, & imitabilis à cęlo, est aliud cognitum, & vt ẽ participabilis & imitabilis ab homine, est aliud & sic de alijs creaturis. Et sic patet modus pluralitatis idearum in ipso Deo: hęc de secundo.

Quid ẽ idea cuiuslibet rei.

Quare ideæ multiplicantur in Deo, & non artes & sapientiæ.

Quo ad tertium quod multitudo idearum non repugnet diuinæ simplicitati ostenditur, quia hoc est illud quod terret omnes Philosophos, quandoquidem quicquid ei attribuitur, debet ei nobilissimo modo attribui, sed Deus est principium rerum, ergo debet poni in eo omne illud, quod ad nobilitatem principij pertinet in summo, sed vnitas est sic: quia omnis virtus plus est vnita, quam multiplicata, vt docet Author libro de causis: sic in Deo debet esse summa vnitas, & non solum est vnus rę tantum sed etiam ratione, cum magis dicatur vnum quod est vnum re & ratione simul, quã id quod est re tãtum vnum, & non ratione. Adde etiam, quòd Arist. 5. Metap. aiebat, quod omnino est vnum, quod non potest separari neque intellectu, neque tẽpore, neque loco, neque ratione & maxime in substantia. Si ergo Deus est maxime vnus, quia est maxime ens, non potest separari ratione. Et sequeretur etiam esse in Deo quandam inæqualitatem: quia vna idea continebit esse tantum, alia esse, viuere, & sentire, alia esse, viuere, sentire, & intelligere, & quia cum ideæ sint formæ plures: ergo plures primæ formæ, & plures primi agentes contra Arist. 2. Metaphy. Sed hæc omnia sunt nullius momenti: quia diuinæ simplicitati non repugnat multiplicatio idearum, cum habeant vt obiectum, & terminus intellectionis, non autem vt principium quo Deus intelligit.

Multitudo idearum non repugnat diuinæ Simplicitati.

Propositio ne. 8.

Cap. de vno.

Tex. 8.

Quia si multiplicarẽtur rõnes, quib. Deus intelligit, vtique sequeretur compositio in Deo: quia istæ rationes secundum suas proprias rationes intelligendi essent distinctæ: sed modo non est sic, quoniã multæ ideæ sunt rationes intellectæ, vt quod, non disparatę, sed in vno numero communicantes, & hoc vnum numero est essentia: vnde ideæ non significant absolutum tantum, nec respectiuũ tantum, sed vtrumque absolutum, quod est essentia, puta esse imitabile à creatura. Sicuti omnia illa nomina, quæ significant absolutum relatiue, vt Dominus, Saluator, Gubernator, &c. Sic non quælibet distinctio repugnat simplicitati; nam distinctio rerum absolutarum repugnat Deo, non autem distinctio relatiuorum. Similiter distinctio rationis, quæ reducitur ad distinctionem rei repugnat diuinæ Smplicitati, vt distinguitur Sortes, & Sortes sedens: sed non distinctio rationis, quæ reducitur ad vnitatem rei, quæ diuersimode est intelligibilis. Ad dictum Aristotel. quinto Metaphysico. dico non esse ad propositum, quoniam ibi per rationem intelligit definitionem, sed in Deo non sunt plures rationes quasi definitiones, sed plures rationes, idest ideæ intellectæ. Nec etiam sequitur, quòd ideæ sint inæquales ex hoc, quòd vna perfectius repræsentat rem vnam, quam aliam, sed bene sequitur quòd ideæ sunt rerum inæqualium. Nec etiam sequitur nõ dari vnam primam formam, ad quam omnia reducãtur. Quia hæc prima forma est Diuina essentia secundum se considerata, ex cuius consideratione Diuinus intellectus adinuenit diuersos modos imitationis ipsius, in quibus consistit pluralitas idearum, & hæc de tertio: sequitur videre: quomodo secundum Theologos conciliatur Aristoteles cum Platone.

Ideæ nõ sunt rationes quibus Deus intelligit.

Idea quid significet an absolutum vel respectiuum.

Qũo datur inæqualitas idearum.

Posuimus diuersas opiniones de Ideis, nec non conciliationem Aristotel. cum Platone secundum Simplicium, nunc superest ostendere, quomodo potest Aristotel. conciliari cum Platone etiam secundum Theologos, & ad hoc videndum oportet statuere quædam fundamenta. Quorum primum est, quod multotiens Plato, & Aristotel. vsi sunt Rhetoricis, & Poeticis sermonibus, qui nõ sunt suscipiẽdi, vt verba sonat, sed secundum mysticam intelligentiam, & hoc non est dandum vitio, sed summe laudandum, quia res difficiles non possunt nisi isto modo declarari. Hinc reperitur aliquando Platonem statuisse ideas in mente diuina, aliquando in verbo, aliquando in concauo lunę, aliquando in cerebro Dei, vnde Aristot. 3. de Anima laudauit Platonem ponentẽ animam locum esse specierum, nõ totam sed intellectiuam, neque actu, sed potentia, quo in loco dubitat Auer. quia male videtur, quòd in diffinitione intellectus posset poni locus, idcirco hæc definitio potius dicenda est Rethorica quam Physica, cui difficultati respondet Auerr. quòd in talibus rebus cogitur homo vti similitudine quadam, & per genera rhetorica definire: eodem quoque libro assimilat intellectum tabulæ, in qua nihil depictum est. Quo dicto prius vsus fuerat Plato in Philebo de summo bono, vbi ait, quod anima hominis est similis cuidam libro: 12. Metaphysic. loquens Aristotel. de numero intelligentiarum ait, tradita sunt à senioribus, & ab antiquis in figmentis, & dimissa posterius, quòd hi sunt Dij, & continẽt diuinam naturam vniuersalem; reliqua verò fabulose sunt allata ad persuasionem vulgi. Ex his dictis patet, quod tam Aristot. quam Plato vsi sunt

Aristot. non contradicit Pla. de Ideis secundum Theologos

Tex 6.

Ar. laudat vtentem sermone Rhetorico.

Tex. 14.

Tex. 50.

Licet vti figmentis ad velanda secreta Philosophiæ.

sunt aliquando sermonibus Rhetoricis,& fig mentis poetarum ad velanda secreta Philosophiæ, & hoc acceperunt a Chaldæis,& hi acceperunt à Pythagora,qui docuit discipu los suos silere tãtum, & præceptores audire, quia non minoris virtutis est reticere quam fari. Et Pythagoras suscepit ex Phe recide præceptore suo,qui neque fuit primus inuentor,sed emersit hic modus Philosophandi ex vetustissimis Hębreis:qui secreta legis Mosaycę nõ scriptura sed ore communicabant posteris,hac ratione omnibus essent manifesta,vnde hæc notitia Cabala est appellata:quæ idem est,quòd receptio,quia ore non scripto recipitur. Hoc quoque modo Philosophandi vsus est Christus Saluator noster. Qui loquens discipulis suis aiebat:vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei,cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant,& intelligentes non intelligant:propterea subdebat. Nolite Sanctum dare canibus, Et Paulus, sapientiam loquimur inter perfectos,&c.Sicuti Hæbrei,Pythagoras,& suus Magister,& Christus Saluator noster,& omnes ferè Poeta ænigmaticè loquuti sunt,ita Ari.& Plato. Et hoc non debemus habere pro inconuenienti:quia ad occultãda secreta Philosophiæ factũ est, vnde in Thimeo aiebat Plato. Creator omnium primo creauit Angelos manu,deinde creauit alia mortalia, & ipse mansit in quiete,& sine labore. Quod dictũ est illud,quod nos habemus libro Genes. Quãdo Deus creauit hominem ad imaginem suam,& postea requieuit ab omni opere,quod patrarat,&c. Secundo est notandum,quòd ideæ habent triplex esse,scilicet virtuale,formale,& participatum. Exemplum, caliditas reperitur in cœlo virtualiter, in igne autẽ formaliter,& in aqua calefacta participatiuè, sic ideæ sunt virtualiter in ipso Deo,qui vnico intuitu se,& alia intuetur,qui quidem intuitus si non dirigitur ad opus,spectabit ad speculatiuam scientiam Dei,si verò dirigitur ad op᷒,spectabit ad practicã. Præterea Plato ad duo posuit necessarias ideas,ad speculatiuam cognitionem,& hoc est quando diuinus intuitus in nuda contemplatione Dei est:&ad generationem rerum,quando ille intuitus dirigitur ad opus, & hoc est ideas habere esse in mente diuina secundũ esse virtuale,non quòd sint impressæ sicuti sigillum in cera,vel imago in tabula, hoc quoque voluit intelligere Aristotel.primo cœli, à primo quidem ente deriuatum est esse,his clarius, his obscurius, & hoc primum ens est imitabile ab omnibus creatis. Quod Aristotel. docuit secundo de Anima,naturalissimum est omnibus viuentibus generare tale quale ipsum est:& primo Physic.ait, Existente quodam diuino optimo & appetibili,& aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus: aliud autem aptum natum est appetere,& desiderare ipsum secundum naturam. Aliud esse formale habẽt ideæ in verbo diuino,siue in partu,& filio Dei,per diuinum verbum Plato non intelligit,sicuti Christiana pietas,& religio confitetur verbum Dei non natura,sed sola proprietate personali distinctum: sed intelligit primam creaturam quam Aristot.primã intelligentiam docet,& nos primum Angelum: nam ab vno solum vnum processit. Quia si essent duo,vel essent æquè perfecta,vel differẽt numero, vel specie:non primo quia subtracta vnitate variatur species:& sic vnum est perfectius altero. Non secundo,quia tunc haberent materiam;sequitur ergo quod primo vnum tantum verbum sit productum, quòd natura,& persona est distinctum à Deo. De quo verbo loquens Diuinus Plato ait; multa esse pulchra,& bona,quæ licet inter se distincta sint, in vno tamen continentur atque vniuntur. Et hoc dicitur illud verbum,& vnica illa idea continens omnes alias,& dicitur mundus idealis,filius,partus, & proles Dei. Et in hoc verbo dicuntur reperiri ideæ secundum esse formale,vt caliditas in igne. Vnde loquẽs Plato de illo primo Deo patre omnium aiebat. O dij deorum quorum opifex idem paterque ego:&c. Aristot.12.Metaphysic.in fine sumens ab Homero dicebat. Entia nolunt malè disponi, vnus ergo princeps, à quo sunt alij principes,quos intelligentias motrices cælorũ vocat. Tertium esse, qđ habent ideę,dicitur participatum. Nam pater Deorum de mente Platonis est simplicissimus, nullam compositionem habens,à quo productum est verbũ illud,in quo oportet, vt sit aliqua cõpositio,nõ enim ea potiᵗ simplicitate,qua primus opifex gaudet. Nã si ab ideis virtualibus emerserũt ideæ formales in uerbo,& ab illis ideis,quæ sunt in diuino uerbo emerserunt aliæ ideæ in intelligentijs,in anima humana,& in materia prima licet hę non retineant neque nomen neque rationem idearum,cum nõ habeãt rationẽ formæ exẽplaris,sed potius exẽplati & producti,unde istæ ideę habent esse perfectius in uerbo,cum in eo sint formaliter, quam in intelligentis in quibus habẽt esse participatum: ut caliditas perfectior est in igne,quã in ferro ignito, & in intelligentijs habẽt perfectius esse,quã in anima humana,imperfectissimum esse quod habẽt,est in materia prima,in qua sunt in potẽtia;quam materiam magnum,& paruum uocauit Plato,magnũ scilicet in potentia,& paruum in actu:quia habet actum entitatiuum,vt aliqui imaginati sunt,in materia particulari habent esse contractũ ad hic,& nũc, & solo sensu & non mente percipiũtur:vnde Plato aiebat. In ideis illis supremis est uera scientia,in nobis ex his quæ in materia existunt rudis quędã opinio generatur. Tertio notandum,quod ideę ad duo sunt necessariæ,ad scientiam,& ad causalitatem rerum producendarum. Ad scientiam primo, quia in Deo idem est intelligens,intellectio,& intellectũ, & cuncta in se distinctè cognoscit,& omne intelligens,vt aliàs dictum est,continet idolum rei faciendæ:si ergo cuncta intelligere debet,oportet ut omnium similitudinem apud se habeat,quæ dicuntur ideæ uirtualiter,de quibus aiebat Plato in Thimeo duos esse mundos,alterum intelligibilem, alterum sensibilem,& sensibilem esse exemplatum ab intelligibili, & ideali:& per mundum idealẽ cognoscit Deus mundum sensibilem. Ecce quomodo ideæ faciunt ad scientiam dei. Faciunt etiam ad efficientiã rerum:quia omnes ferè Philosophi tenent Deum non ociari,sed semper intelligere:quia nobilissimo agenti est attribuenda nobilissima operatio:sed intelligere est nobilissima operatio,idcirco nobilissimo modo est Deo attribuenda:uerum,quia intelligendo Deus producit res ad extra,necesse est ut intelligat se imitabilem à rebus istis productis:nam,si secus,imperfectè seipsum intueretur,& agnosceret Et sic pertinent ideæ ad scientiam practicam,& ẽt ad speculatiuam. Propterea Philosophus 3.de anima dicebat,quod intellectus practicus fine differt à speculatiuo,& 2.Meta.postea aiebat,quod finis speculatiui ẽ ueritas,finis practici est operatio. Aliqua uerò cognitio practica dr̃ ex ordine ad opus, qđ contingit dupliciter, qñque in actu, qñ.s.ad aliquod opus actu ordinat̃,sicut artifex percepta for

ma

Marginal notes (left column): Quid ẽ sciẽtia Cabala. — Matth.7. — 1.cor.cap.2. — Plato ĩ Thimeo. — Cap.1. — Idea habet triplex esse. — Tex.100 — Tex 14. — Tex.81. — Lege D Th. p p.q.32. art...

Marginal notes (right column): Lib.de republica. — In Thimeo vide D. Th. p.p q 30.ar. 5.ad secundum. — Quid sit materia secundum Platonem. — In Thimeo — Duplex mũdus intelligibilis, & sẽsibilis. — Tex.40. — Tex.3.

ma proponit illam inducere in materiam, & tunc est actu practica cognitio, & forma cognitionis. Quandoque vero est ordinabilis cognitio ad actū non tamen actu ordinatur, sicut cum artifex excogitat formam artificij, & fit per modum operandi non tamen operari intendit, tūc illa est practica habitu, vel virtute, non tamen actu. Quando vero cognitio nullo modo est ordinabilis ad actum, tunc sē per est speculatiua. His omnibus modis reperitur cognitio in Deo, & sic etiam reperiūtur ideæ: quia Deus perfectius cognoscit creaturas, quam artifex artificiata, sed artifex creatus per formas quib. operatur habet speculatiuā cognitionem de operibus ergo multo fortius Deus. Præterea, cognitio speculatiua est quæ considerat principia, causas, & passiones rerum: sed Deus cognoscit omnia, q̄ cognosci possūt de rebus ipsis: ergo ideę in ipso Deo spectāt non solum ad speculatiuam, sed etiam ad practicā cognitionem. Vlterius: cognitio practica non se extendit nisi ad facienda: sed Deus per ideas non solū scit facienda, sed præsentia futura, & præterita: ergo ideæ in Deo pertinent ad practicam, & speculatiuam cognitionem. Hinc conciliantur dicta Platonis. Quando dicit, ideæ sunt in mente diuina, p hoc voluit intelligere ideas pertinere ad speculatiuam cognitionem: Quando dicit, quòd sunt in concauo lunæ, voluit intelligere, prout spectabant ad practicam cognitionem actu. Quando dicit, quòd sunt in cerebro Dei, intellexit cognitionem practicam in habitu. Vel conciliatur sic, quòd vnum dictum est clarum, & perspicuum, aliud vero ænigmaticum & obscurum. Sequitur videre opinionem Aristotelis declaratam secundum Theologos.

Quotuplex cognitio in Deo reperitur.

Conciliātur diuersa dicta Platonis.

Hic videndū est, quid sentiat Aris. de ipsis ideis, & pro intellectu suæ opinionis est notādum, quod Pythagoras cum esset interrogatus, an esset sapiēs, respondit se non esse sapientem, sed Philosophū. Quod quidem dictum pulcherrime habetur apud Platonem in libro de pulchro, vbi Socrates interrogat Phædrum: sapientem quidē, o Phædre, magnū esse mihi videtur: quia hoc soli Deo conuenit: at Philosophum dicere concinnius fuerit: vnde patet non dari sciētiam simpliciter apud nos, sed hoc conuenit soli Deo secundum Platonem, & hoc etiā dico secundum Aristotel. Nam primo Poste. diffiniens ipsum scire dixit, Scire autem opinamur, vnū quodque simpliciter, sed nō sophistico modo: quod est secundum accidens, cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est, quoniam illius est causa, & non contingit aliter se habere. Quam diffinitionem si diligenter consideremus, patebit secundum Aristot. non dari scientiam simpliciter. Nam primo dicit, quòd scire est cū causam cognoscimus & non vna tantum causa cognoscenda est; quia tūc non esset scientia simpliciter, sed tātum in genere, ergo oportet vt causæ multæ cognoscantur. Quia semper oportet conclusiones resoluere in principia proxima, & illa proxima principia in prima principia illius sciētiæ; nec etiam sufficit cognoscere cōclusiones per principia vnius scientiæ, quia nec hoc esset scire simpliciter, sed in genere tātum; oportet ergo, vt deueniamus ad principia metaphysicalia, & resoluere ipsa in primum principiū, quod est prima causa efficiens, & finalis omnium rerum, in qua relucent ideę secundum esse virtuale, vt dictum est. Idcirco exactissima cognitio, quæ de rebus haberi potest, est, quando cognoscimus conclusiones per causas proximas, & altissimas primas, si verum est,

Opinio Ar. de ideis secū dum Theologos.

Esse sapiētē conuenit soli Deo.

Tex. 5.

Scientia simpliciter est per oēs causas.

quod dixit Philosophus 2. Metaphysic. res sicuti se habet ad esse, ita & ad cognosci, & omnia entia habent esse per primam causam; ergo nisi ipsa sciatur, nihil perfectè sciri potest. Modo prima causa non potest à nobis quidditatiue intelligi, vt alias ostēdimus. Secunda conditio est ipsius scire, quoniā illius est causa: debet ergo causa simpliciter non naturalis aut Mathematica, siue Metaphysica; sed debet esse causa, quæ producit rem quantum ad totum suum esse. Modo causæ naturales cum agant per motum, in agendo semper præsupponunt aliquid, & non producunt totam rem, sed tantum educunt formam de materia: ergo hæc causa est Deus, quæ tota rem producit. Tertia conditio, scire est quod non contingit aliter se habere, debet enim esse immutabilis omnino illa causa, omnes aliæ causę ab ea sunt mutabiles, & habent esse vertibile, sola prima causa est immutabilis. Stabilisque manens dat cuncta moueri. Sed diceret quis; ergo tu negas sciētiam simpliciter ad mentem Arist.

Tex. 2.

2. Metaph. Disput. 3.

Sola prima causa est immutabilis.

Respondeo, quod cōcedo dari scientiam simpliciter alicuius cōclusionis, quę scitur per causas proprias, & principia propria in aliqua facultate. Quia datur demōstratio simpliciter Physica, simpliciter Mathematica, & simpliciter Metaphysica in generibus istis, vt dixit Auerr. 2. Metaphysic. demōstrationes Mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis, sed hæc scientia, q̄ habetur per istas demonstrationes non est absolutè, & simpliciter libera. Quia hæc est diuina possessio, & non humana, & solus Deus habet hūc honorem vt dixit Simonides: quia habet vsum idearum, nos vero sumus veluti noctuæ non valentes intueri lumen solis, propterea absolutè & simpliciter scientia non datur. Secundo est notandum, vt ait Eusebius Cæsariensis libro de præparatione Euāgelica, quod post mortem Platonis plures successerunt: qui nouis opinionibus suam repleuerunt accademiam. Nam ipse diuinus Plato verissimam, & sanctissimam Philosophiā edocuit in vita. Post mortē surrexerunt quidam eius discipuli, inter quos fuit Speusippus eius nepos natus ex sorore sua. & Xenocrates, & multi alij qui susceperūt vices docendi, & isti multa dixerunt, quæ Plato nec imaginatus est: vnde Simplicius secundo Physic. ait Aristotelem impugnasse vulgares, & plebeas opiniones putantes in mente opificis esse formas cum materia, sicuti sunt hic, hoc autem imponere Platoni est irrationabile satis. Tertio est notandum, quòd vniuersale multipliciter accipi potest. Vno modo pro vniuersali in essendo; & hoc duplex, vel vt causa effectiua, vel vt causa formalis, non inhærens, sed exemplaris, vt Deus. Vniuersale in prædicando est illud, quod existit in multis, & dicitur de multis, vt animal. Vniuersalia in causando, scilicet effectiuè sunt, vt intelligentiæ, de quibus Aristote. in Prologo Metaphysico. vbi ait ferè difficillima sunt vniuersalia ad cognoscendum. Potest etiam distingui de vniuersali, vt ait Ammonius in præfatione prædicabilium, & Eustratius secundo Ethico. & D. Thom. in tractatu de Angelis, & Alexander in septimo Metaphysicor. quod vniuersale quoddam dicitur ante multa, ut ideæ, & intelligentiæ, aliud est post multa, vt illud, quod est separatū, & abstractum ab anima, de quo Aristotel. primo de anima aiebat, animal vniuersale aut nihil est, aut posterius est: Aliud vniuersale dicitur in multis, vt natura ipsa in qua conueniunt singularia, puta animal, homo, & ideo Simplicius quoque secundo de

Comm. 16.

Dictum Simonidis.

Quomodo datur scientia secundū Aristot.

Speusippus nepos Pla.

Text. 19.

Opinio Plato. Generālis fuit plebea.

Vniuersale multiplex.

Lege D. Tho. P. p. q. 55. articu. 3.

Tex. 8.

Tex. 60.

Anima declarans dictum Ari. sensus est singulariũ,
& sciētia ē vniuersaliũ distinguēs de vniuersali ait,
Tex 6. quod aliud est vniuersale, quod residet in anima, de
quo scientia est, & hoc vniuersale sunt ideæ, quę
à supremis illis ideis originantur, de quo Ar. t. pos.
aiebat, Principia cognoscimus, in quantũ terminos
cognoscimus, per terminos si Arist. per Arist. inter
Tex.19. cap de enunciatione. pretari velimus, debemus itelligere ideas, & quiddi
tates, vt docuit ipse 2. phys. patet hoc aũt si quis tē
Tex.7. tauerit dicere terminos, definitiones, seu quiddita-
Tex.18. tes, & ideas. Aliud est vniuersale, quod dr̄ de multis
sicuti animal, & homo &c. de quo Philosophus pri
mo Perihe. & 7. Metaph. & hoc residet in rebus.
Patet igitur quomodo dantur ideæ de mente Aris.
& dissidium inter ipsum, & Platonem prius est in
verbis quam in sensu, nam secundo Physicor. vbi lo
quens de quatuor causis, & potissime de formali, in
quit, alio modo species, & exemplum, hæc autem
ratio est ipsius quod quid erat esse &c. Si data est
Te.78.& 79. mihi authoritas interpretandi Aris. dico, quod hac
ratione dixit Philosophus formam, speciē, & exē-
plar: q̄a aliquæ sunt formæ inhærentes & cōstituē-
tes rē in esse, aliq̄ sunt formę exēplares. quæ in su-
premo illo artifice relucent. Præterea 8. Phys. non-
ne Ar. declarauit primum motorem esse æternũ, &
absolutũ ab omni materia? declarauit etiā, ꝙ hoc
principium non solum est primus motor, sed est tā
quam forma, & finis, quod Auer. etiam idē fatetur
in Commen. quod Deus non solum est agens, sed
etiam forma, certum est, quod non loquitur de for-
ma inhęrēte: quia satis imperfecta est, cum sit pars:
ergo loquitur de forma exemplari. Quid autē aliud
est forma exemplaris nisi idea de mente Aristotel.
Tex.15. Præterea eodem lib. 8. Physico. ait, nihil inordina-
tum est eorum, quæ à natura, & secundum naturam
sunt, natura est causa ordinationis. Quæritur modo
quid intelligimus per naturam, aut formam, non
materiam, quia est inordinatissima, & indetermina
ta: ergo formam, & tũc quæro, aut formam, quę est
pars rei, aut formam exemplarem. Non primā, quia
Deus est forma exemplaris. ipsa est imperfecta, cum sit pars; igitur forma exem
plaris est Deus optimus, qui est forma absolutissi-
ma & simplicissima: hæc forma exēplaris est idea
oīum: q̄ est vna ex parte sui, sed ē multiplex ex par
Tex.24. te rerũ. Præterea hoc idē aiebat Phil. 3. cœli vbi hēt
causa ordinis in sensibilibus est natura. Itē secundo
Tex.50. de generatione, vbi quærit Philosophus quomodo
nutriantur arbores, & plantæ, habet hæc verba, for
ma & species in terminis eorum: & licet per termi-
nos intelligant Latini corpora cęlestia: quę suo mo
tu & lumine sunt causa generationis, & corruptio-
nis: tamen Arist. per terminos intelligit quidditatē
Tex.19. definitionem, & ideas, vt patet 2. Physi. vbi impu-
gnās vulgarē ac plebeam sniam de ideis, ait: sequere
tur, definitiones naturales abstractiores esse Mathe
maticis: & probans consequentiam hanc ait, patet
autem hoc, si quis vtriusque tentauerit dicere termi
nos, idest definitiones, seu ideas. Præterea. 12. Meta
Tex.14. physic. volens agere de forma per comparationem
ad substantiā, posita illa diuisione de substātia, quæ
est in materiam, formā, & compositum, inquit repe
riri quasdam formas, quæ inueniri non possunt sine
materia, vt domus, & formæ artificiales omnes, quę
cum accidentia sint, nequeũt existere sine subiecto.
Sic dicendum est de forma domus, nisi velimus lo-
qui de domo, quæ est in anima artificis, nā illa sine
materia est, non tamen sine subiecto: vnde subdit, si
quę formæ sunt præter substantiam compositam,

hoc verum erit in substantijs naturalibus.
Hinc laudauit Platonem. Quapropter non male Argu. laudat Platonem.
Plato ait, quia species sunt quæcunque natura. Si
quidem sunt species, & sunt aliæ horum, vt ignis, ca
ro, caput &c. Præterea scribit etiam Phyloso. 12. li.
Metaph. de duplici bono vniuersi, & etiam ipsius
exercitus, bonũ exercitus est ordo vniuersi, qui re-
peritur in rectore vniuersi, hic autem ordo existens
in rectore, quid est aliud nisi mundus idealis, quem
ponit Plato? Non igitur discrepat Aristotel. à Pla- Tex.36.
tone nisi in verbis in positione idearum. Item eo-
dem libro nonne ait Philosophus Deum mouere,
& non moueri & in mouendo mouet, sicut appeti
bile & intelligibile? hæc enim sola mouent non mo
ta: vnde Aristotel. loquens de orbibus, probat or-
bes dupliciter moueri ab intelligentijs, scilicet, vt
agens, & vt finis: vnde forma balnei, si non esset in
materia, tunc moueretur, vt agens, & vt finis, & sic
motores orbium sunt agentes, & vt fines. Auerroes comm.5.
etiam tertio de Anima ait hæc verba formalia: vni
uersalia sunt neque generabilia neque corruptibi-
lia, & sunt existentia extra mentem, & est sermo ve
rus; sed quæ sunt ista vniuersalia existentia extra
mentem nisi ideæ quas Plato ponit in mente diui-
na, quas Aristotel. non negat sed amplectitur & do
cet: non ergo aduersatur Aristote. Platoni in hac di
sputatione.
Vt igitur absoluatur quæsitum hoc iuxta ri-
tum ac ordinem, quo fuerat propositum, descendē-
dum est ad id, quod quarto loco promisimus, solue
re nempe argumenta omnia, quæ in diuersis parti-
bus Philosophiæ sunt adducta ab Aristotele aduer
sus Platonem. Et primo adduco argumentum illud
quod fecerat Philosophus. 7. Metap. vbi quærit Solutio Argumento rũ de ideis.
Num quidditas sit idem cũ eo cuius est quidditas:
& dissoluit hanc dubitationem dicens, in entibus
per se sunt idem, non autem in aggregatis per acci Tex.10.
dens: vnde in homine idem est quidditas, & id cu
ius est, cum sit quoddam ens per se, sed in homine
albo differt, hoc stāte arguit Ar. quod si homo, qui
est quoddam ens per se, haberet ideam separatam
& quidditatem, sequeretur quòd neque in ente per
se quidditas esset idē cum eo cuius est. Præterea: il-
la idea separata ratione etiam est quoddam ens ꝑ
se; ergo habebit aliam ideam, & illa aliam, & sic da
bitur progressus in infinitum, quod est absurdũ, vt
patet 2. Metaph. Hoc argumentum soluitur ex fun Tex.6.
damento Simplicij tenentis Arist. impugnasse opi Solutio Simplicij.
nionem vulgarem Platonicorum tenentium ideas
esse eiusdem rationis cum ideatis, & non opinionē
Platonis tenentis in Thimeo ideas differre ab idea
tis, vt perpetuum à corruptibili, quod etiam Arist.
docuit 10. Metaphysico. corruptibile, & incorrupti
bile differre plusquam genere. Secundo. Arist. facit Tex. 16.
aliud argumētum in eodem textu, si quod quid est Secundum Argumentũ.
hominis esset separatum ab homine, & ipsius boni
à bono, & entis ab ente, tunc homo non esset ho-
mo nec bonum esset bonum, nec ens esset ens, neq;
& haberetur scientia de istis: deducitur consequen-
tia, quia vnumquodque scitur, & est ens ꝑ suā quid
ditatem: modo quidditas hominis est separata ab
homine secundum Platonem, quidditas boni à bo-
no &c. sequitur oppositum eius quod Plato dixit,
ideas facere ad scientiā, & ad productionem rerũ. Solutio Ar. prępo.
Pro solutione huius argumenti, noto primo quo-
modo ideę faciant ad esse rerum, & dico quod hoc
modo faciunt ad esse rerum, quatenus sunt causæ
formales, non quidem inhærentes, sed exemplares,
& istæ

& istæ formæ non debent existere in rē, sed in men
Tex.30. te opificis. hoc idem dicit Arist. 7. Metap. quod om
nia fiunt quodammodo ex vniuoco, vt homo ex ho
mine, & domus ex domo. Quia cum sit duplex agēs
propinquum, siue vt quod, & vniuocum, vt homo,
alterum remotum, & æquiuocum, vt sol, de quibus
Tex.26. agentibus 2. Physicorum aiebat Philosophus, sol &
homo generant hominem. Ideæ faciunt ad genera
tionem, vt agentia remota, & æquiuoca, faciunt etiā
ad scientiam hoc modo, quia formæ quatenus sunt
in materia, habent esse, & mouent sensum, & ex illis
sensationibus causantur phantasmata, & illa causāt
intellectionem mouendo ideas existentes in anima
& si ista cognitio fuerit causata à solis principiis na
turalibus, erit scientia naturalis in genere: si perfe-
ctè debet sciri illa res, oportet, vt resoluantur prin-
cipia naturalia in alia communiora, quousque deuē
niamus in notitiam Idearum, quæ sunt in mente di
uina, & sic habebitur absolutissima & pfectissima
cognitio de illa re. Hoc stante dico, ꝙ argumentum
Ari. concludit contra illos Platonicos, qui dicebant
nō esse alias formas rerū præter eas, quæ sunt in mē
te Dei, adeò ꝙ res existerent tātummodo per illas:
quod est falsum; modo dictum est de mente Plato
nis, ab ideis, quæ habent esse virtuale fluere ideas
habētes esse formale in verbo, & ab illis fluunt ideę
in mentibus Angelicis, & in anima nostra, & in ma
teria prima, & in materia particulari, licet in his ma
terijs ideæ non habeant nomen & rationem ideæ,
sed potius ideati. Tertio arguitur, quia Arist. 7. Me
Tertium ar. tap. ait, ꝙ si darentur ideæ, vel facerent ad esse rerū
Tex.21. vel ad scientiam, sed neutro modo; igitur non dan
tur ideæ. probatur minor, & primo, ꝙ non faciant
ad esse, quia illud facit ad esse alicuius, quod existit
in eo, sed ideæ non existunt in rebus ideatis, igitur
nihil faciunt ad esse ipsarum. Quòd non ad scien-
tiam probatur quoque, quia id quod scitur, scitur
per quidditatem, quæ est in re scita, & non per quid
ditatem separatam ab eo, sed ideæ sunt vniuersalia
separata ab ideatis; igitur sciri nō possunt per ideas
& sic nec ad scientiam conducunt. Hoc argumen
Solutio arg. tum soluitur per illam diffinitionem de vniuersali
tate rerum, in re, & post rem. Nam intentio Arist.
est impugnare opinionem illorum, qui nullū aliud
vniuersale ponebant, nisi illud quod est ante rem.
Modo Plato non est istius opinionis, vt diximus, cū
ponat triplex vniuersale, & illud, quod est ante rem
facit ad esse, non vt forma inhęrēs, sed vt formę exē
plaris: facit etiam ad scientiam perfectam; quia non
potest perfecta scientia haberi de rebus nisi resol-
Quartum argumen. uatur ad rationes exēplares. Quarto arguitur, quia
eod. lib. 7. Philosophus ait, qđ si darentur ideæ, tūc
ens per se non differet ab ente per accidens, quod
est falsum: consequentia deducitur, quia ens per ac-
cidēs est verbi gratia vt homo albus, in quo differt
quidditas, & id cuius est quidditas, homo est ens p
se, in quo etiam differret. Nam quidditas hominis
est idea eius, quę est separata ab homine, & sic ens
Solutio arg. per se, & per accidens non differret. Respondetur,
argumentum hoc concludere contra illos, qui po-
nebant tantummodo formas separatas, non autē in
hærentes in materia: Nam in ente per accidens dif-
fert quidditas, & id cuius est, ꝓpter multiplex signi
ficare, & quia non est diffinibile. In ente per se est
idem diffinitiue. Quia definitio & definitum sunt
Quintū Ar. idem. Quinto arguitur, quia Philosophus. 7. Meta-
Tex.22. phy. agens de generatione rerū ait, omne quod fit,
à suo simili fit, sed naturalia fiunt; ergo ab vniuoco;

ergo non ab ideis, quæ non possunt vniuocari cum
istis ideatis, quia sunt incorruptibiles. Ad hoc dici- Solutio arg.
tur quod Ari. impugnat positionem illorū, qui po
nebant tantum causas vniuersales actiuas, nō au-
tem causas particulares, sed hoc non posuit Plato,
qui posuit etiam ipse omnia fieri ab vniuoco cōcur
rentibus tribus conditionibus, quod agēs sit princi
pale, propinquum, & essentiale, vt recitat Aue. 12.
Metaph. Sexto arguitur quia Arist. 2. de generatio- Comm. 14. Sextum Ar.
ne agens de causa formali, materiali, & efficiente
reprehendit Platonem ponētē ideā esse causam effi
cientem dicens. Idea est æterna, & materia est æter
na: ergo semper erit generatio, quia forma semper
est, & recipiens semper est, & tamē falsum est, quia Solutio arg
aliquādo est generatio, aliquādo est corruptio. Re Tex 60.
spondeo, ꝙ ibi Philosophus impugnat illos, qui nō
ponebant causas particulares, quod non est dicēdū
de Platone, qui in sexto dialogo de legibus ponit
vniuersales, & particulares causas, vt patet vbi loqui
tur, de sponso, & sponsa. Septimo arguitur, quia 7. Septimū ar.
Diuinorum ait Arist. ꝙ sicuti se habet sphæra ad
æs, ita omnes res naturales ad materiam, sed sphera
non potest esse sine ære; ergo nec res naturales
sine materia, subdit reprehendendo Platonē. Qua-
propter parabola de animali, quam iunior Socrates
dicere consueuit, non rectè se habet profectò, à veri
tate abducit, facitque existimare hominem esse sine
partibus, sicuti circulus sine ære. Ad hoc dicitur, ꝙ
intentio Ari. loco illo est reprehendere eos, qui exi
stimabāt omnium rerum vnam tantum esse defini
tionem; sed non ita est apud Platonem ponentē ho
minem definiri per materiam in ordine ad motum,
& sic spectat ad Physicum: ponit etiam hominem
definiri vt substantia quædam est, & sic spectat ad
Metaphysicū, & per Iuniorem Socratem, Aristot. Tex.38.
non intelligit Platonem, nec illum Socratem, qui Solutio arg.
fuit præceptor Platonis, vt placet Alexādro, sed So Quem Platonis, quem
cratem Gęnerensem; qui fuit post Platonem per Socratē im-
multum tempus, & docuit Athenis. Octauo: Aristo pugnat Ar.
tel. secundo Physicor. ponit entia Mathematica es Octauū arg.
se abstractiora naturalibus, reprehendit Platonem Solutio arg.
postmodum, & dicit. Latet autem hoc facientes Tex.18.
ideas: quia si ponerentur ideæ, tunc res naturales es
sent abstractiores Mathematicis, quod est absur-
dum. Ad hoc argumentum respondet Simplicius
eodem loco. Nam ibi Philosophus reprehendit ple
beas sententias ponentium ideas esse in mente di
uina, sicuti sunt formæ quæ sunt hic, sed Plato po-
suit alias ideas in diuina mēte, & in intelligentijs, &
in anima nostra, & in materia, in qua formæ existē
tes non retinent rationem & nomen idearum. No- Nonū argu.
no arguitur. Quia Philosoph. primo Metaphysic. Tex.24.
impugnat Platonem volentem declarare res sensi-
sibiles per numeros distinctos à rebus sensibilibus,
puta si quis voluisset declarare decem equos, opor-
tuisset ipsum declarare per decē homines, & sic de
rebus Mathematicis, & Metaphysicalibus. Tūc ar-
guit Philosophus, qđ sicuti se habet notitia nume-
rorum ad suas causas, sic notitia rerum naturalium
Mathematicarum, & Metaphysicalium ad suas
causas: sed notitia numerorum; non pendet ex addi
tionē aliorum numerorum: ergo nec notitia natu-
ralium Mathematicarum, & Metaphysicalium,
reprehendit igitur Aristotel. Platonem in positio-
ne numerorum, & non possunt conciliari adin-
uicem. Ad hoc dicitur, quod hoc argumētum est Solutio huius arg.
contra illos, qui putant nō posse vllo pacto sciri en
tia, nisi per ideas, quod nūmquam existimauit Pla-

to sed tamen non posse perfecte sciri sine rationib. idealibus, in genere tamen sciuntur, vt dictum est

Decimum argum. e 17.

in responsione ad secundum. Decimo arguitur eodem libro argumentum Platonis non concludere: rerum transmutabilium non est scientia, ergo dantur ideę ęternæ, de quibus est scientia: nam si concluderet hoc argumentum, tunc sequeretur ꝙ eẽnt

Solutio arg.

ponendæ ideæ negationum, quod est contra Platonem. Ad hoc dr̃, ꝙ argumentum hoc est contra illos qui ponunt negationes cognosci per se, quod nunquã somniauit Plato, qui videns aliqua esse entia positiua, aliqua priuatiua & negatiua, posuit qđ priuatiua & negatiua cognoscunt per accidens, & eorum non esse ideas; entia positiua cognoscuntur per se, & ipsorum sunt ideæ, nec dicit Plato trãsmutabile non posse perfectè sciri sine rõnibus idealib. sed non propterea negat ipsa sciri per suas quidditates in genere, vt ait Auer. 1. Meta. sensibilia habere duos modos comprehensionis; hinc nec Theologi ponunt ideas malorum. Vndecimo arguitur, qa Ari. 1. Met. ait, ꝙ si darentur idæ omnium scibiliũ sequeretur etiam ipsorum relatiuorum dari ideas, sed hoc est contra Platonem: igitur falsum est dari ideas. Ad quod respondeo, præsuppono relatiua dupliciter considerari posse, vel rõne fundamẽti, vel rõne suæ quidditatis. Primo mõ sunt in genere, in quo est fundamentum, nam si fundamentum est in genere substantiæ, ita erit illa relatio quemadmodũ est relatio identitatis, nam vnum in substantia facit idem, vnũ in quantitate facit ęquale, vnum in qualitate facit simile, & ita patet in omnibus generib. ꝙ ibi est relatio vbi est suum fundamentum: ppterea dixit Au. 12. Met. Relationem esse debilissimũ, ens, adeo ꝙ recentiores putauerunt ipsam esse de secundis intellectis. Secundo est notandum, ꝙ idea est duplex, altera cognitionis tantum, & non imitationis, nec effectu, nec factione, nec existentia, & sic mala cognoscuntur à Deo, non tamen eum imitantur, aut sequuntur, sed potius ab eo discedunt. Altera dr̃ idea nedum cognitionis, sed etiam imitationis, & hoc mõ materia prima & vniuersalia habent ideam, tum quia cognoscuntur, tum quia ipsa imitantur, & appetunt Deum authorem suum. Accidẽtia propria habent ideas in Deo, non solum cognitionis, sed etiam imitationis, & etiam effectu: quia Deus producit ipsa in proprio subiecto. Accidẽtia separabilia habent ideam cognitionis, imitationis opere, seu factione, quia nõ statim Socrates est musicus aut citharedus, sed successu temporis potest fieri musicus, aut citharedus. Indiuidua vero de genere substantiæ habent ideam cognitionis, imitationis, actu, factione, & existentia. Tertio est notandum aliquos Platonicos fuisse, qui tribuebant Platoni relatiua, mala, materiam primam, non habere ideas, & hoc iõ quia nesciebãt distinguere ĩter ideã cognitionis & imitationis. His sic iactis nunc soluitur argumentum, ꝙ concludit contra hos non contra Platonis sentẽtiam. Duodecimo arguitur ex eodem libr. & ex 7. vbi Philosophus probat non dari ideas, quia tũc sequeretur dari tertium hominem: quod est absurdum magnum, consequentia deducitur, quia datur homo sensibilis, & homo idealis, & ab istis abstrahitur alius homo communis vtrique, quod probatur, quoniam ab illis quæ cõicãt nomine & rõne, abstrahitur quidam tertius conceptus, sed homo sensibilis & homo idealis conueniũt nomine & rõne: ergo ab istis est abstrahibilis tertius homo. Dico ꝙ hoc argumentum concludit contra

Commẽ. 17.
Lege D. Th in disp. q de ideis ar. 4
Vndecimũ arg.
Tex. 18.
Comme. 19.
Quorũ sunt ideæ.
opinio Speusippi Platonici.
Solutio arg.
Duodecimũ arg.
Soluitur ar.

illos, qui statuebant hominem idealem & sensibilẽ esse eiusdem rõnis, sed hęc Plato nõ ponit, cum dicat in Thimeo, ꝙ idea comprehenditur animo & mẽte; ideatus homo sensu opinione cognoscitur, vnde plusquam genere differunt, vt dixit Arist. Tertio decimo si darentur ideæ perirẽt nõnullæ rõnes, & ppositiones, quibus motus Plato statuit ideas, inter alias vtebatur ista: de quibuscunque aliquid cõmune dr̃, eorum ponenda est idea, sed de reb. sensibilibus puta de particularibus hominibus, equis, leonibus, dr̃ aliquid commune: ergo omnium istorum ponendæ sunt ideæ: hoc stante subdit Philosophus aliam propositionem, sed de dualitate indefinita, quæ attribuitur materiæ, prædicatur alia dualitas, quæ est prior ipsa materia, & sic sequitur materiam nõ esse primum principium rerum, sed potius illa dualitas, quæ prædicatur de dualitate materiæ primæ erit primum rerum principium. Ad hoc dicitur secundum Platonem, ꝙ triplex est numerus. Primus dr̃ numerus numerans, & hic est anima mouens seipsam. Alius est numerus quo numeramus, vt vnum duo, tria, & sic in infinitum, hic est numerus, quo numeramus res materiales, puta homines, leones &c. Tertius dr̃ numerus numeratus, & sunt ipsæmet res numeratæ. Quando Plato tribuit materiæ dualitatem indefinitam, loquutus est de numero numerato, quo non est aliquid prius in rõne essẽdi, licet in rõne prædicandi. Sed dices, saltem habeo quod idea ipsius materiæ erit primum principium, non autem materia ipsa. Respondeo concedendo, sed non in eodem genere causę, nam idea est cã exẽplaris, materia prima est cã materialis. Quartodecimo arguitur. Si darentur ideæ tunc relatiuum esset prius, absoluto, contra Arist. in enumeratione prędicamentorum, consequẽtia probatur: quia multa entia absoluta habẽt ideas, quod ideæ sunt relatiua, & priora suis ideatis, sequitur ergo de facto relatiua priora esse absolutis. Respondetur, quod idea dupliciter considerari põt, vel pro intentione, vel p re substrata intentioni. primo modo est relatiuũ quoddam, cum idea dicatur ideati idea: sed secundo mõ dicatur quoddam absolutum: exemplum, homo si contempletur prout ex sua substãtia filium genuit, pater dr̃, & in pdicamẽto relationis reponẽdus est. sed si considerẽ materialiter, sic erit in genere substantiæ, & quid absolutum. Quod idem dicimus de causa & causato, de principio & prĩcipiato &c. Quintodecimo, præterea Ar. 1. Met. ait, quod probabant Platonici non dari ideas, quia quorum notio & scĩa est vna, eorũ necessario est ponere ideas, sed substantiarum omnium est vna notio & sciẽtia; ergo vnica est idea omnium substantiarum. Si hæc rõ esset vera, sequeretur etiam omnium accidentiũ vnam esse ideam, quod est contra dogma Platonicum. probatur consequentia; quia oĩum accidentiũ est una notio & scientia. Respondetur, qđ hæc rõ concludit contra illos, qui ponebant accidentia nõ habere ideas, quia non habebant ideam existentię, idcirco tollebãt ab eis omnem rõnem ideę, sed dictum est accidentia habere ideam cognitionis in ipso Deo, & habere ideam imitationis & operis ac factionis; non tñ existentię, quia quod propriè existit, est substantia. Sextodecimo: probatur adhuc ꝙ accidentia non possunt habere ideas: quia habere ideas in ipso Deo est ipsas participare, sed accidentia non possunt participare aliquid, quod est in ipso Deo, nam in Deo nullum est accidens, ergo nihil quod est in ipso Deo, participare possunt. Tum

8. Metaphy. Tex. 16.
Tertium decimum arg.
Solutio arg.
Quartumdecimũ arg.
Decimum quintum Tex. 19.
Respõdetur ad argum.
Sextumdecimum arg.

quia

quia sensibilia corruptibilia vt sunt accidentia,quō possunt participare æternum,quod est idea in ipso Deo? Ad hoc negāda est minor,qa diuersitas idearum in Deo nihil aliud est,q̄ diuina essentia diuersimode à rebus imitabilis , & participare ideas in

Tex.100.

Deo est habere esse ab eis,quod fatetur Ar. 1.cœli. à primo quidē ente deriuātū est esse & viuere &c.

Decimū septimū arg.

Decimo septimo:quæro an idea & ideatum conueniant in nomine & in definitione,aut tātum in nomine,& discrepant in definitione.si dicis primum: ergo homo sensibilis est intelligibilis;& consequētia probaē,quia idea est homo intelligibilis,& ideatus est homo sensibilis.si dicis s̄m:ergo non potest assignari causa,cur Deus per ideam hominis magis producat hominem quam equum,vel hominē verum quam hominem pictum,quia homo verus & pictus conueniunt tantum in nomine & sic non dātur ideæ. Ad hoc dicitur,ꝙ idea & ideatum dupliciter considerantur,vel in rōne essendi, vel in rōne repræsentandi;primo modo differunt nedū rōne,sed plusquam cœlum,& terra:idea secūdū esse

Soluitur argumen.prępos.

est ipsemet Deus,ideatum est res caduca & mortalis:sicuti si species hominis intellectu consideretur secundum esse,est accidens,si vero in rōne repræsentandi,erit substantia:ita etiā in rōne repræsentandi nedum conueniunt idea & ideatum in nomine,sed ēt in rōne,& sic patet quomodo potest assignari cā,quare Deus per ideam hominis magis ꝓducit hominem,quam equum,vel hominem pictū, &c. Decimooctauo:si darentur ideæ,quæro aut sūt

Decimum octauum arg.

necessariæ ꝑ res æternas,aut propter res caducas, sed neutro modo;igitur ideæ non sunt ponēdæ:ꝓbatur minor. Primo ꝙ nō ꝓpter res æternas, quia tunc maxime essent necessario propter motum cælorum,sed hoc non est dicēdum:quoniam cū ideæ sint rōnes æternæ,potius sunt causæ quietis quam motus:nec ēt propter res caducas,quia non sunt in ipsis rebus caducis,nec etiam propter scientiam : quoniam omnis scientia oritur ab eo cuius est sciē-

Vide solutionem arg.

tia. Ad hoc respondendo dicimus ideas esse necessarias ꝑ vtrasque res,& ad id quod dr̄,ꝙ ideę sunt ęternæ, ergo nō cā motus corporū æternorū;negāda est consequentia,quia Deus est immobilis & æternus,& tamen est causa motus,vt scribitur 8. Ph.

Tex 49.

nec etiam valet id quod tactum est,ideas non conducere ad esse rerū,quia non sunt in rebus : quoniā hæc ratio est contra illos,qui tenent ideas esse formas informantes,& nō contra nos tenētes esse formas exemplares , similiter conducunt ad sciam,tū

Decimū nonum arg.

in genere,tū simpliciter:vt tactū est supra. Decimo nono:præterea si darētur ideæ:ergo participarētur ab ideatis,& tunc quæro de modo participationis, aut participantur veluti miscibilia à mixto, & hoc nō,quia missibilia corrūpūtur;corrupto mixto,qđ non est dicendum de ideis,cū sint æternę.nec ēt sicut vnū miscibiliū participatur ab alio:veluti aqua à vino,& hoc non,quia vnum imbibitur in altero, ꝙ nō est ita de ideis;vel sicuti substantia participatur ab accidentibus,& hoc non,quia tūc ideæ essēt materia & non forma ideatorū:cum ergo nullo pacto sint participabiles,sequiē ꝙ non dantur. Dico

Vide contra quos concludit hoc arg.

ad hoc ꝙ concludit contra ponentes ideas nō esse formas exemplares,sed potius inhærentes, ꝙ nos negamus. Hęc idearum participatio fit hoc mō, qa ideæ idētice sunt idem ꝙ diuina essentia,à qua omnia dependent in genere causæ efficientis,finalis,&

Vigesimum Argu.

exemplaris: Vigesimo;arguitur adhuc, quia Ari. 1. Met. ait,ꝙ ponere exēplaria est sermo vaniloquus, metaphoricus,poeticus,& fabulosus;igitur nō sunt ponendę ideæ,vt formę exemplares. Et ait Auer. in

Tex. 31.

comm. impossibilis esset generatio,si ponitur exemplar,quia asinus non poterit aspicere exemplar, vt producat asinum sibi similem,& tunc etiam sequeretur, ꝙ Socrates generatus habebit Socratē æternum.quæ oīa sunt impossibilia. Respondeo ꝙ hoc argumentum concludit aduersus illos Platonicos qui ponebant ideas esse exēplaria exiltētia per se, & nō in mente diuina,& in verbo Dei,& in intelligētijs,vt nos declarauimus,ita dicere esset superuacaneum & otiosum;quia si sine istis exemplarib. ꝑ se existentib. pōt esse generatio rerū,ad quid ponere hęc talia exemplaria? concludit igitur argumētū contra plebeas & vulgares opiniones Platonicorum,non autem contra nos sentientes veritatē Pla-

Concludit argu. contra vulgares opinio.

tonicam, Peripateticam,& Theologicam. Vigesimoprimo. Arg. quia si darentur ideæ,sequeretur ꝙ vnius ideati essent multæ ideę,puta Socratis prima idea esset hō:quia de ipso Socrate prædicaē, ipsius

Vigesimum Primū Arg. Diminuitur hoc Arg.

Socratis esset alia idea, puta animal,bipes,capax disciplinę,& alia prædicata. Modo si vnius rei vnica est forma,& ideæ sunt formę,quomodo poterit eē vt vnius ideati plures sint ideæ? Respōdetur,qđ nō habemus pro inconueniēti ponere plures ideas di uersimode consideratas respectu vnius. Nam cum Socrates sit substantia subsistēs,ipsius erit vna idea per quam cognoscitur substantia. In Socrate sunt accidentia,erit alia idea ipsorum , in Socrate sunt vniuersalia,ideo in eo erit idea etiam eorum: sunt ēt in Socrate aliqua mala,siue priuationes,& negationes,in eo erūt ideæ omnium ipsorum:& sic nullum est inconueniens plures ideas vnius rei ponere Vigesimosecūdo;ꝑterea ex 1. Met. potest sumi hęc

Vigesimum secūdū Arg

rō;si dantur ideæ rerum sensibilium:ergo ipsarum idearum etiam aliæ ideæ dantur,& sic erit processus in infinitum quod est absurdum,probatur consequentia. Quia homo sensibilis & hō idealis sunt eiusdem rationis;si ergo datur idea vnius;ergo & alterius. Hoc argumētum dupliciter solui potest,primo quia est contra Eudoxum,qui Platonem in Aegypto audiuit,& hic tenuit hoīem idealē & sensibilem esse eiusdē rationis,sed germana doctrina Platonis tenet differre sicut cęlum à terra. Secundo ēt

Contra quē currit hoc Argum.

responderi potest,ꝙ sunt eiusdem rationis in ratione repræsentandi,non autem essendi. Vigesimotertio;probatur non omnium esse ideas,quia sicuti se habent res arte factæ ad suas causas artificiales,ita res naturales ad suas causas naturales:sed multa fiūt

Vigesimum tertiū Arg. soluitur hic.

arte quorum non sunt ideę:ergo multa sunt entia à natura quorum non sunt statuendæ ideæ. Hæc ratio sumitur ex primo. Meta.quæ soluitur ab ipso

Tex. 34.

met Arist.qui 7. Met. domum ad extra fieri ex domo existente in mente artificis,& sanitatem in ægroto fieri ex sanitate existente in mente medici ,

Tex. 32.

aiebat. Vigesimoquarto:præterea 1. Meta. arguitur contra Platonem ponentem ideas esse numeros ,

Vigesimum quartū Arg.

quia ideata habent similitudinem cum suis ideis , cum ad earum similitudinem efficiantur; sed ideata non sunt secundum Platonem : ergo nec ideæ sunt numeri. probatur minor;quia ideata sunt potius proportiones numerorum,proportio non est numerus,sed quædam consonantia consurgens ex concursu numerorum. Ad qđ dico. Plato in plurib.

Vide respō. huius Arg.

suis libris vsus est doctrina Pythagoricum,q quidem per maximē erāt intenti rēbus Mathematicis, quæ partim sunt abstractæ à materia,partim cōiūctæ,quo docendi genere vsus est Arist. 2. de anima, vbi

vbi loquens de sensu communi, quō pōt esse ꝙ sit vnus, & moueatur contrarijs motibus, declarauit ipsum exēplo puncti; qui est vnus in se cōsideratus, & multa in comparatione ad lineas, sic sensus communis est vnus in se, & multiplex in comparatione ad sensus exteriores. ita etiam dixit Auer. quod hęc potētia est vna subiecto & multiplex virtute, ita ēt oēs ideæ sunt quid vnum. Quia essentia diuina quę est summe vna, & est multiplex respectu rerū, prout est similitudo omnium, idcirco ideæ dicuntur numeri quia sunt multa ideata; dicuntur proportiones numerorum. quatenus ad factiones ipsorū concurrunt agentia remota & proxima secundum quādam proportionem, vt scribitur Sapientiæ c.8. omnia in numero pondere, & mensura fecisti, &c.

Vigesimum quintū Ar.

Vigesimoquinto: præterea fit aliud argumentum probans ideas non esse numeros: quia ex multis numeris fit vnus numerus: si ergo ideæ sunt numeri; ergo ex multis ideis fieret vna idea, quod est absurdū.

Tex 17. Primi Met. Solutio multiplex huius Arg.

Quod argumentum pōt multipliciter solui. Primo, ꝙ idea v.g. quæ est in verbo Platonico, dr̄ cōponi ex numeris, quia illa idea quæ hēt esse formale in verbo Platonico, est producta ab idea quæ hēt esse virtuale in mente diuina. Secūdo posset dici, qđ ideæ quæ sunt in alijs intelligētijs, sunt cōpositę nō ex numero qui est in prædicamento quantitatis, sed ex numero transcēdenti, prout ēt in diuinis personis reperitur hic numerus. Tertio dr̄, ꝙ numerus non est compositus ex numeris, sed ex vnitatib. Sed melior responsio est, qđ hic est sermo Metaphysicus dicēs, qđ ideæ sunt numeri, sicut est de sensu cōmuni & de pūcto.

Vigesimum sextum Arg diruitur hic.

Vigesimosexto; præterea arguit, qđ si ideę sunt numeri tria essent genera numerorū .s. idearū, Mathematicorum, & sensibilium, sed hoc est absurdum: igitur absurdum est ponere ideas esse numeros: consequentia probatur, quia quādo principiata differunt, necesse est principia quoque esse diuersa: sed Metaphysicalia, Mathematica, & naturalia differūt: ergo ideę istorū omniū differūt. Hoc soluitur ex distinctione, numerorum, cum dictū sit, qđ triplex est numerus. s. numerās, quo numeram⁹ & numerus numeratus, dico qđ non inconuenit ponere plura genera numeri numerati, qa in Deo sūt plures vnitates, nempe sapientia, bonitas, potentia &c. sed istæ vnitates sola ratione distinctæ sunt in deo: Mathematica, naturalia, Metaphysicalia verò constāt ex vnitatib. realiter distinctis.

Vigesimum septimum.

Vigesimoseptimo; præterea 1. Met. potest sumi hoc argumētū, si in rebus sensibilibus, & Mathematicis sunt numeri, qui constāt ex vnitatibus; igitur sicuti numeri existentes in Mathematicis sūt causati à numeris idealibus: ita & vnitates numerorum Mathematicaliū sunt causatæ à numeris illis idealibus, & sic numerus erit ante vnitatem, quod est magnum absurdum.

Solutio Ar.

Ad hoc dicimus, verum esse numerum non præcedere vnitatem, sicuti principium non præcedit suum principiatum, quādo principium, & principiatum sunt eiusdem generis: sed quando sunt in diuersis generibus, non inconuenit numerū diuersi generis præcedere vnitatem diuersi generis, cū hic loquamur de numero numerato, qui alius est in p̄dicamento substantiæ ab eo, qui est in prædicamēto quantitatis, & sic de alijs generibus.

Vigesimum octauum.

Vigesimo octauo: p̄terea si idea erit numerus, Quæro quō erit vnus, aut per comprehensionem, aut clauo, vel glutino, aut quia vna idea est potētia, altera in actu: sed nullo horum modorum dici potest: non primo; qa tunc ideæ non essent æternæ, nec secundo aut tertio, quia hoc cōuenit rebus naturalibus: non quarto quia ideæ in Deo sunt eiusdem rationis.

Soluitur Argument. Propositum.

Respondetur, qđ cum Deus sit maxime vnus, & quia multipliciter concipitur, vt est bonus, sapiens, imitabilis à boue à leone: & istæ multæ conceptiones faciunt numerum vel attributorum, vel idearum: & hic numerus factus est ab intellectu: quia attributa Dei non distinguuntur ex natura rei, vt ait Scotus, sed tantū per intellectum ratiocinantem: & sic patet qua' vnitate numerus idearum est vnus.

Vigesimum nonum Arg.

Vigesimonono prȩterea si ideę non essent numeri, tunc sequeretur, qđ vnitas nō esset principium & substantia omnium rerum, quod est contra ipsum Platonem hoc asserētem; consequentia probatur: quia ab vno quo constituuntur ideæ. & ab vno quo constituuntur res Physicæ, & Mathematicæ, non potest abstrahi cōmunis conceptus, cui correspōdeat natura cōmunis, vt hæc communis natura sit principium & substantia omnium.

Soluitur.

Ad hoc de facili respondetur, qđ quando Plato asserit omnia cōstare ex vno, quod etiam Parmenides & Melissus dixerunt omnia esse vnum & immobile, voluerunt intelligere, vt intellexit Homerus, sicut Aristoteles met fatetur 12. Metaph. Entia nolūt male disponi: vnus ergo princeps, & ab ipsa vnitate tanquam à materia dependent omnes numeri ideales, Mathematici, & Physici, & hic est intellectus & sensus omniū verorum Philosoph. & Theolog.

Cap 6. Trigesimum Argumen.

Trigesimo: ex primo Ethicorū sumitur vna ratio, qđ non datur idea boni, nam ita arguit Aris. cōtra Platonem: vbi licet accipere prius, & posterius, ibi communis idea boni nō reperitur. Maior est Platonis, qui in his non posuit ideam, & ob hāc causā neque in numeris. Minor probatur, quia in omnib. prædicamentis datur prius & posterius: ergo non datur communis idea nec boni, nec substantiæ, neque etiam aliorum entium. Respondetur huic argumento dicendo, qđ concludit contra vulgarem quādam opinionem idearum, sicut fuit opinio Speusippi, qui nedum negabat ideam boni, sed etiam accidētium, materię primæ, & multorum aliorū entiū, sed Plato posuit ideas omnium exēplatorū à Deo, & cum bonum sit exemplatum à Deo, sequitur qđ sit idea boni.

Tex. 51.

Quod etiam Aristotel. concedit, vt sæpius dictum est ex 12. Met. vbi ponit duplex bonum, ducis nempe, & exercitus, & bonū ordinis i. exercitu est exemplatum à bono ducis, & est idea illius: vnde eo modo quo entia sunt exemplata, & p̄ducta à Deo, eo modo sunt ideę in ipso Deo, siue æqualiter, siue secundum prius & posterius.

Trigesimum primū Arg.

Trigesimo primo eorum quæ sunt in diuersis prædicamētis non est aliquod vniuersale commune, nec etiam idea vna communis, sed bonum reperitur in diuersis prędicamētis: ergo ipsius nō est aliqua cōmunis, idea: minor patet, quia bonum conuertitur cum ente: Maior quoque, quia entia decem generum non habent aliquod commune genus, nam si haberent potissimum, esset ens: sed hoc esse non potest, vt p̄bat Arist. 3. Met. quia proprium generis est descēdere in sua genera subalterna per differentias formales, sed ens descendit ad prædicamenta per differentias modales: ergo ens non est genus, sic etiam dicēdum est de bono, quia quot modis dicitur ens, dicitur etiam & bonum.

Tex. 10.

Responsio ad Argum.

Respondetur qđ duplex est idea, altera imitationis, cognitionis, & factionis, altera existentiæ ipsius boni, quod cōuertitur cū ente, qđ dicitur bonum transcendens, non datur idea existētiæ, sed bene daī idea cognitionis, imitationis, & factionis:

Trigesimum secundum Argum.

factionis. Trigesimo secũdo: probatur adhuc, quod bonorum non est vna idea: quia quorum non est vna scientia, nõ est vna idea, sed omnium bonorũ non est vna scientia: ergo omnium bonorũ nõ est vna idea. Maior patet, quia ideæ sunt propter scientiam. minor quoque; quia diuersa sunt bona, quę cõsiderant diuersæ scientiæ, nam aliud bonũ est illud, de quo tractat ars & scientia militaris, quia habet considerare tempus bellandi, & aliud bonum est illud, quod considerat ars medendi, quia cõtemplat, puta tempus status augmenti, cibi & pharmaci. Aliud etiam bonum est, quod considerat ars gymnastica; & sic patet non esse vnam ideam omnium bonorum.

Resoluitur Arg. præpositum. 19 ca. p.p.quæst. 1.

Ad quod dico, ꝙ cũ duplex sit bonum, aliud ꝑ essentiã, quod est Deus, de quo scribitur Mathæi... Nemo bonus nisi Deus, & aliud per participationẽ de quo Boetius libro de Hebdomadibus; Sola Trinitas est summum bonum, quod purgatissimis mẽtibus cernitur, alia omnia ab ipso sunt bona per participationem. Tunc dico, ꝙ ipsius summi boni non est idea, sed est idea omnium, nec est inconueniẽs plurium bonorum plures esse ideas sola ratione distinctas.

Trigesimum tertiũ Arg. Cap: 35.

Trigesimotertio; pręterea Ar. primo post. habet contra Platonem ponens differentiam inter predicata substantialia & accidentalia, dicens, valeant ideæ Platonis, mõstra enim sunt si sunt: & est argumẽtum quo vtitur Zimmara verbo idea in tabula, ad probandum non posse Platonem cum Ar. cõciliari.

Diriminitur hoc Arg.

Ad quod dico, ꝙ hæc verba sunt contra Platonicos illos, qui non ponebant formas inhærẽtes, sed solas exemplares, & non contra germanam doctrinam Platonis ponentis formas exemplares, & inhærentes.

Trigesimum quartũ Arg. Tex. 8.

Trigesimoquarto: Præterea primo de anima ait Aristo. non dari vniuersale animal cõtra Platonem: & Aue. quoque tertio de anima habet, quod vniuersalia nullũ esse habẽt extra animã, quia si haberẽt esse, tũc nõ esset necessarius intellectus agẽs, quia si ponerẽtur ideæ, darẽtur vniuersalia habentia esse extra animam, quod Aristoteles nõ cõcedit: igitur dissentit à Platone in positione idearum.

Comm. 18. Solutio Argumen.

Dico, ꝙ hoc argumentum est cõtra illos Platonicos, qui posuerunt ideas esse formas vniuersales habentes esse existẽtiæ, vt ait Simplicius. nõ cõtra germanam opinionem Platonis ponentis in diuina mente, & sic ideæ dicũtur vniuersalia ante res. Dantur vniuersalia in rebus & post res, vt ait Eustratius & Ammonius, & hæc concedit etiam Aris. & Au. quoniã ad hæc agenda necessario requiritur itellectus agẽs.

Lib. Eth. cap. 10.

Trigesimum quintum Argumen.

Trigesimoquinto: præterea Idea, & ideata aut cõmunicãt in natura, aut differunt, puta homo idealis & sensibilis: sed neutrum est dãdum: igitur non dantur ideę: probatur minor: quia si cõmunicãt in materia, cum homo sensibilis sit corruptibilis: ergo & ille idealis, si vero dicis differre, cõtra, quia Plato ponit, ꝙ conueniunt in vna & eadẽ ratione: igitur conueniunt in eadem natura.

Responsio ad Argum.

Respõdetur, ꝙ homo idealis & sensibilis differunt. Primo ex natura intrinseca, quia sensibilis constat ex materia, idealis non. Secundo, quia sensibilis est corruptibilis, idealis æternus: nam si quis diffiniret, quid est homo sensibilis, diceret, ꝙ est animal rationale: idealis autẽ est imago animalis rõnalis.

Trigesimum sextum. Cap. de vno.

Trigesimo sexto, præterea Arist. 5. Met. ait, ꝙ vnũ in substãtia facit idem, vnum in quantitate facit æquale, & vnũ in qualitate facit simile, sed propter distãtiam, quæ est inter Deum, & creaturam, nulla potest esse idẽtitas; ergo neque æqualitas, ergo neq; similitudo, ergo in Deo secundum Arist. nulla est idea, quoniam idea requirit similitudinem rerum.

Solutio Argumen.

Ad ꝙ dr̃, quòd licet concedatur inter creaturam, & Deum nullam esse identitatem & æqualitatem, non tamen est concedendum, ꝙ nulla sit similitudo, & ratio est, quia æqualitas & identitas requirũt perfectam naturam reperiri inter eadem & ęqualia, quod non requirit similitudo. *P.p.q.4.*

Trigesimum septimum Argument. Tex. 51.

Trigemoseptimo: arguitur secundum Arist. 12. Met. eodem pacto Deus cognoscit se, sicut & alia: sed seipsum non cognoscit per ideas: igitur neque alia à se ꝑ ideas cognoscit.

Soluitur Argumen.

Ad quod dicitur, ꝙ Ar. concedit ꝙ ex parte cognoscẽtis Deus eodem modo cognoscit se, & alia, sed nõ concedit hoc ex parte rei cognitæ. Nam creaturæ cognitæ à Deo non sunt idem secundum rem cum ipso Deo quia tunc esset multiplicitas compositionũ in Deo, quod non conceditur.

Trigesimum octauũ Arg. Tex. 4.

Trigesimooctauo: Præterea Aristo. 3. de Anima habet, ꝙ res materiales nõ possunt intelligi sine phantasia, & 2. Meth. res sicut se habent ad cognosci: cum ergo res omnes sint cum materia; igitur sine materia intelligi non possunt. cum ergo Deus intelligat sine phantasia, etiam sine materia: sequitur ꝙ hæc talia non intelligat: ex consequenti non habeat ideas istorum. Quod etiam cõfirmari potest per illud 12. Meta. ꝙ Deus viles formas non percipit, quia tunc eius intellectus perficeretur à vilibus.

Auerr. commen 51. Solutio Argum.

Ad hoc dicitur ꝙ intentio Arist. est in omnibus his locis, Deum hęc talia non percipere, sumendo scientiam à rebus, & intellectus qui ita intelligit, phantasia indiget; non Diuinus quia omnia vnico intuitu ꝓspicit in sua essentia.

Trigesimum nonum.

Trigesimo nono. Plato cogitur ponere ideas omnium singularium, & accidentium; sed Arist. istorum non ponit ideas, igitur nulla est conciliatio posita inter Arist. & Plat. probatur minor, quia singularia sunt infinita, & Ari. negat dari infinitum. *3. Phys. tex. 40.*

Solutio Ar: Vltimum argumẽ. quod est quadragesimum.

Ad quod dicitur, ꝙ multiplicatio idearum est secundum diuersos respectus ad res extrinsecas, sed non inconuenit secũdũ Arist. relationes rationis multiplicari in infinitum, vt ait Auicẽnas in sua Metaphysica: propterea optime conciliatur Ar. cum Platone etiã in hoc. Quadragesimo & vltimo. Plato ponit per se ens, per se vnum, per se bonum: sed Arist. impugnat dari per se ens, per se vnum, & per se bonum, quia multa sũt ꝑ se entia, per se vna, & per se bona. Nã multæ sunt sciẽtiæ per se appetibiles, vt puta naturalis Philosophia, Mathematica, Metaphysica &c. Igitur nulla potest esse conciliatio inter Platonem & Ari. circa positionem idearum. *p p.quæs. 6. art: 4.*

Solutio Caietan. Primo Ethic cap. 6: Lege Scotũ pri. sen. dist. 35.

Adde ꝙ S. Th. vocat positionẽ Platonis de ideis esse irrationabilem, & propterea Ari. multipliciter improbat eam. Ad hoc respõdet Caietanus ibidẽ, ꝙ differentia Arist. & Pla. nõ est nisi verbalis. Quoniã vt placet Eustratio & D. Th. Aristoteles inuehit contra Platonem non dari ꝑ se ens, per se vnũ, per se bonũ per modum speciei separatæ, sicuti datur homo per essentiam, leo per essentiã, vt tenebant quidam Platonici puta Speusippus, & si ita intellexisset Plato, irrõnabilis esset sua opinio, sed lõge ab hoc sensu fuit germana Platonis opinio, vt dictum est supra. Quoniam per se ens, & per se bonum, & vnũ Plato intellexit Deũ, quomodo etiam Ari. intellexit 12. Met. Propterea D. Th. quærẽs an omnia sint bona bonitate diuina ait, ꝙ huic sententiæ Platonicæ Arist. etiam cõcordat, ꝙ à primo ente, & bono per essentiam vnumquodque dicitur ens, & bonum. Ex his ergo omnibus patet Arist. non dissentire à Platone in positione idearum. Et hæc dicta sint de hac disputatione, *Tex. 52. p.p.q.6.*

in qua

in qua meam opinionem ita prolatam esse volo, vt vbi veritati consentanea inuenta non fuerit, ingenio venia detur, vbi autem veritatis tramitẽ sequuta videbitur, gratiarum debitæ actiones Deo Optim. Max. habeantur in secula Amen. Romæ: Ex hospitio Sanctæ Mariæ supra Mineruam Anno Iubilei Domini. 1575.

Aduerte hanc Additionem esse decimam in ordine, & sub quæstione de immortalitate animæ legi debere.

Doctores asserentes animam rationalem esse æternam, & immortalẽ.

QVIA de animorum immortalitate multa; & præclara ingenia scripserũt, rẽque ipsam prolixe, & satis subtiliter tractarũt, non oportet aliud addere, nã vbi Plato, Socrates, Pithagoras, Theophrastus, Themistius, Seneca, Cicero, Simplicius, Philoponus loquuti sunt, & īter latinos eorum Princeps D. Tho. Romanus Egidius, Suessanus, & quam plures alij omnes vna voce asserunt animas esse immortales, nihil est quod ego huic disputationi addere possim, eo magis, quod 12. Meta phy. tex 17. negotium hoc accurate egi. Auerr. quoque inter Arabes non potuit sibi persuadere animã esse mortalem: & licet discrepauerint hi grauissimi Philosophi in aliquibus, dum

Quidam horum cum immortalitate ponebant quoque vnitatem, pluralitatem autem non nulli, & immortalitatem simul, vnde de loco etiã post corporis desitionem dubitare cæperunt: quare Pythagoras incidit in illam insaniam, ꝙ transmigrabant animæ de corpore in corpus.

Quidam autem, ꝙ proficiscebãtur ad stellas, quę eis dominabantur prius.

Pythag. Plato in Gorgia Luc. Heb.

Alij autem voluerunt eas conuenire in campis elysijs, vt refert Plutarchus, nihilominus conclusio eorum erat animam nostram esse immortalem, medium quo vtebantur ad hanc astruendam conclusionem, varium quoque erat.

Lib 4. De Placitis Philosoph. cap. 7. In Phędro, qui inscribitur de pulchro.

Dum quidam viam motus acceperunt dicentes, quod semper mouetur, immortale est, quia quod aliud mouet & ab alio mouetur, cum habeat terminum motus, habebit & terminum vitæ: igitur quod seipsum mouet, quia nunquam se deserit, nunquam cessat moueri: propterea erit immortale, sed anima seipsam semper mouet, quandoquidẽ ipsa est fons, & principium motus: igitur anima ipsa immortalis erit; hac via vsus est D. Plato, vsus est etiam & Cato introductus à Cicerone in lib. de senectute.

Archelaus. Orpheus.

Quidam vsi sunt via beatitudinis, quia anima nostra est capax beatitudinis, quæ consistit in cognitione abstractorum.

Quiddam via virtutis, quia si anima esset mortalis, tũc nulla prorsus esset virtus, nullaque fortitudo, & ꝙ in nullo casu quantumcumque vrgentissimo mors subeunda esset.

Pseusippus.

Quidam via remunerationis, quandoquidẽ nullum bonum irremuneratum relinquitur, neque malum aliquod impunitum.

Apuleus.

Aliqui via vindictæ, quoniam naturale est hominibus appetere vindictam tyrãnorum, & male operantium, & naturalis appetitus frustrari nõ potest, oportet vt debeantur eis pœnæ secundum sensum, quę multoties in vita ista non videntur.

Solon.

Quidam via legum, siquidem posita mortalitate animorum, omnes leges essent falsæ, quæ statuũt ipsos esse immortales, nõ loquor modo de lege Moysi, quam Iudæi sequuntur, & de lege nostra, quę euidentissime asserunt animam nostram esse immortalem, sed de legibus gentilium vt puta Aegyptiorũ, & Romanorũ quæ hoc etiã publice edocebãt.

Quidam via apparentiæ, apparent. n. multotiens animæ defunctorum nobis qui viuimus, non tantũ in cœmeterijs, in quibus sepulta sunt earum corpora, sed etiam in proprijs domibus, quæ vtique non apparerent, si destruerentur destructo corpore.

Porphyr. in lib de Philosophia respõsorum. Calcidius in com. thimei.

Quidam via libertatis, qua homo semper vtitur in suis operibus. quia Deus cum sit prima causa mouens & naturales causas, & voluntarias, sicut naturalibus causis mouendo, non aufert, quin opera earum sint naturalia, sic mouendo causas voluntarias non aufert quin opera eorum sint voluntaria, & ex hoc nascitur, ꝙ anima sit immortalis, quia vtitur libertate.

Iamblicus, Ar. 1. de ai. Tex. 12. 2. cont. gent. cap 51. p. p. q. 75 ar 6. & in qu. de anima q 14. Doctores asserentes animam mortalem.

Quidam via simplicitatis, quia corruptio fit per hoc, ꝙ forma separatur à materia: anima rationalis cum sit substantia simplicissima, per se subsistẽs, nõ composita ex materia, & forma, & per se, ei competit esse, non potest ab ea ipsum separari, sequitur eã esse æternam.

Aliqui via operationis, s. intellectionis, & potentię nempe intellectus qui est immaterialis, & immistus, & hęc est via rectissima, qua vsus est Arist. & S. T. pluribus in locis suæ doctrinæ.

Tex. 12. Tex. 11.

Qui vero existimauerunt animam esse mortalẽ. Multi quoque fuerunt, quorum princeps fuit Alex. qui in doctrina Peripateticorũ adeo magnus erat, vt nullus Peripateticus esset nisi Alexandreus diceretur; hunc sequuti sunt nonnulli ex latinis, vt est Petrus Pomponatius Mantuanus in quodam peculiari tractatu suo.

Caiet. ex ordine nostro, qui exponẽs tertium de anima in expositione 2. cap. putauit se ad mentẽ Arist. loqui, vtendo fundamento posito ab eo, in proœmio primi libri de anima: si anima habet operationẽ propriã est separabilis, si non, non: ex quo deducit ipsam esse mortalem ad mentem Arist.

Portius 3. de anima. Tex. 10.

Portius quoque Neapolitanus in quodam libello de mente humana, substinuit eandem opinionẽ, confirmando idem fundamentum, quia cum anima sine phantasmate intelligere non possit, sequitur ipsam interire ad corporis desitionem, & hoc voluit Ar. quoque 1. Ph. vbi dicit se tractare velle de formis naturalibus, ait, de formis, & corruptibilib. speciebus in posterius demonstrãdis dicemus, & inter istas formas corruptibiles ponit animam rationalẽ. & 2. Ph. quoque declarans, quomodo natura dicitur de forma, & de materia, & ꝙ forma non separatur à materia nisi ratione, anima, cum sit forma humani corporis, & est natura: sequitur quod nõ separatur à materia secundum rem, & sic perit perẽpto corpore. 4. Physic. quoque probans Arist. quòd forma non sit locus, vtitur hoc medio; locus separatur ab eo cuius est locus; sed forma non separatur: igitur &c. Cum ergo anima sit forma: sequitur ipsam esse inseparabilem 8. Physic. volens declarare quomodo motores cœlorum sunt immobiles assumit istam proprositionem; principia quæ mouentur ꝑ accidens, sunt corruptibilia: sed anima mouetur per accidens ad motum corporis, sequitur igitur eam non esse æternam ad mentem Arist. Vtitur quoq; argumento communi assumpto ex primo de cœlo, quod generatur est corruptibile, anima generatur, quia iam incipit, cum non sit æterna à parte antea: ergo nec erit ęterna à parte post. Est quoque principium

Tex. vltimo. Tex. 11. Tex. 17. Tex. 56. Tex. 1[illegible]

cipium in Philosophia Ari.quòd infinitum in actu nõ dat,nec in superiorib.nec in inferiorib.quia in superiorib.est ordo,& vbi est ordo,ibi est prius,& posterius,& pfectũ,& vbi sũt hęc,nõ est infinitũ,in inferioribus quoque nõ datur infinitum,quia 3.Phys. probat Philo,neque in quantitate continua neque in discreta dari infinitum:si animę nostrę essēt ęternæ,essent multiplicatę ĩ numero,& sic infinitæ actu quod est falsum,quia 3.cæli dicitur,ꝙ formis inquãtum formis repugnat infinitas:ex Metaph.habetur locus circa finem 7.ꝙ destructo toto non remanēt nisi partes materiales,& elemētares,& in 12.Metaphy.habetur ille locus,ꝙ felicitas inest Deo perpetuo,nobis autem pauco tempore.& infra probans vnitatem cæli,& Dei,ait ꝙ si essent plures cæli,vt homines,tunc cælũ haberet materiã,sed animæ sũt plures:ergo habent materiam,igitur non æternæ: addit quoque ꝙ si Ar.agnouisset eternitatē animorum,per aliquod medium cognouisset, sed non reperitur hoc medium,quia non ex operatione quæ ē vegetare,sentire,& intelligere,q̃ omnia sunt corruptibilia,& præcipue intelligere,de quo Ar.ait primo de anima,corrumpitur quodam interius corrupto,& si dicis ꝙ corrumpitur pro hoc statu,& non pro alio,contra,quia Ar.non cognouit alium statũ præter illum,quo est in corpore,non cognouit etiã æternitatem animæ per mobile, quia mobile eius corrũpitur,quod est corpus:si cognouit aliquo alio medio,vel illud est sensibile,vel intelligibile;nõ 2. quia Ar.procedit ex sensatis,& animã esse immortalem contradicit sensibus.Addit adhuc,ꝙ forma æterna semper producit suum opus æqualiter:si ergo anima esset æterna,semper æqualiter intelligeremus in pueritia,in iuuentute,& senectute:. quod tamen constat esse falsum.aduersari dicit istam cõclusionem de immortalitate animæ,multis principijs Philosophiæ,quorum primum est,quod æternum nõ potest vniri immediate rei corruptibili,igitur æterna esse non potest:secundum est,quia omne quod fit mediante motu producitur,sed quæ motu fiunt,tempore marcescunt:ergo anima non potest esse ęterna.Tertium principium est,ꝙ æternũ, non potest pfici à re corruptibili,sed anima perficitur à rebus corruptibilibus,cum perficiatur ab intelligibilibus materialibus 3.de anima. Quartum principium,quod immortale non potest esse principium nutritionis,augmenti,& sensationis,sed anima humana cum sit eadem nutritiua,sensitiua,& intellectiua,est principium formale nutritionis: igitur non est vere immortalis.Quintum principium, ꝙ definitio non potest separari à definito: sed esse actũ corporis &c.est definitio animę vt animæ: igitur dempto corpore,nõ erit amplius anima.Sextũ principium est,quòd nihil est ociosum in natura, si anima esset immortalis,tunc esset ociosa: quia non habet corpus,quod moueat,& phantasmata, quibus intelligat.Septimum,ꝙ habetur primo de generat.contra illos,qui dicebant animam generari ex atomis,dicebat Ar.contra,quoniam isti negant omnes sensus,& sic concludebat animam non generari ex atomis,nec aliquo alio modo fieri ex nihilo , quia ex nihilo nihil fit ex communi consensu Philosophorũ:igitur qui ponit animam ęternã,vel fieri ex nihilo, vel eam intelligere sine phantasmate negat omnes sensus:propterea cõcludũt multi, Philosophastri discipuli huius prænominati animã esse immortalem sola reuelatione sciri,& fide teneri,& nõ in via naturali,& Philosophorum.

Tractatu de infinito.S.T. p.p.q.7.art. 3.
Tex.69.
Tex.39.
Tex.65.
Sermo vetus est vt sit cõformis sēsatis 8.Physi.
Tex.15.
Ab æterno nihil noui prouenit. 8. Phys.
Tex.18.
Tex.7.
Tex.58.
Primo Phy.
Tex.47.
Opinio Philosophastrorum.

Sed horum opinionem arbitror falsam, & contra veritatem,cum dicat D.Tho.super Boetium de trinitate,quod si quid in dictis Philosophorum inueniatur contrarium fidei,hoc nõ est philosophiæ, sed magis Philosophiæ abusus ex defectu rõnis:vnde cõcludit,ꝙ ea q̃ sunt fidei,nõ sunt contra rõnē naturalē,& cõtra sensus,sed supra rõnē naturalē, & supra sensus,qũquidē ea q̃ naturaliter rationi sunt insita,verissima esse cõstat in tantum,vt nec ea esse falsa sit possibile cogitare,nec id quod fide tenetur cum tam euidenter diuinitus confirmatum sit, fas est credere esse falsum,quia igitur solum falsum vero contrarium est,vt ex eorum definitionibus inspectis manifeste apparet,impossibile est illis pricipijs quæ ratio naturaliter cognoscit,veritatem fidei aduersari,ex quo colligit omnia argumēta,quæ aduersantur his quæ sunt fidei non procedere ex principijs,quę sunt naturaliter nota,& ob hoc nõ habēt vim demõstrationis, sed sunt rõnes probabiles,vel sophistici,hinc de facili solui possunt.

Q 1.ar.3.
Quod anima sit immortalis,nõ contrariatur sensibus, licet sit supra sensus.

Vnde in concilio Lateranēsi habetur: Cumque verum vero minime cõtradicat, omnem assertionē veritati illuminatæ fidei cõtrariam omnino falsam esse definimus,& vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus,omnesque huiusmodi erroneis assertionibus inhęrentes, tanquam hæreticos vitandos,& puniendos fore decernimus.

Sess.8. sub Leone 10.

Illud autem quod subdit hæc opinio,animam esse immortalem sola fide:& reuelatione teneri , quod etiam quidam alius doctor non est veritus asserere,dicens se nescire animam esse immortalem, sicut nescit mysterium trinitatis, & verbum caro factum est, vnde hæc omnia fatetur se credere, sicut credit reliqua mysteria fidei,& mysteriũ prædestinationis,& reprobationis:hoc.n.dictũ periculosum,& temerarium arbitror etiam esse,quandoquidem multa reperiuntur argumēta ex principijs Philosophiæ,quæ vere demonstrant animæ immortalitatem apud intellectum recte dispositum,& nõ ꝓterue obstinatum,vt est argumētum quod sumitur ex operatione propria,quæ est intelligere,quod nõ recipitur in corpore,nec expletur per corpus, & etiã illud,quod sumitur ex appetitu solido & constanti, qua naturalitate appetit semper esse vt excellentissimum bonum:& illud quoque sumptum ex intellectu,qui est pars potestatiua ipsius animę,vnde & veritate coactus oppositum scripsit soluens argumenta Scoti,scimus.n.ꝙ Ar.docet acribologiam mathematicam non in omnibus esse expetendam,siquidē de rebus arduis,& diuinis satis aliquando est probabiliter dicere:vnde Augustinus asserit Philosophos quosdam naturali ratione animæ immortalitatem inuenisse,licet pauci sint;& Chrysostomus clamat, qui Philosophi de animæ immortalitate dubitent, eos dubitare arbitramur,an in meridie sit dies;& li. confess.scribit idem Augu.nisi credidissem restare post mortem animæ vitam,& actus meritorum,ꝙ Epicurus credere noluit,Epicurus palmã in animo meo accepisset.sunt igitur argumenta in se euidentia,& certa,quæ demonstrant animæ immortalitatē,& nõ sola fide,& reuelatione illam tenemus, vt asserit hæc opinio.

In Ep.ad rõ. cap.9.
Animi immortalitas non sola fide tenetur.
In p p.q.75. in exp.ar. 6.
1.Metaphy. Tex.13.
13.de trinit. cap 9
Et Homi 4. de proui. libro 6.

Posuit tertium dictum in sua assertione,in Philosophia naturali non habemus animę immortalitatem:hoc etiam dictum præsumptuosum,& sine rõne emissum iudico,quando quidem per uiam naturalem non intelligenda venit ea tantum via, quam Ar.nobis scriptam reliquit,sed ea,quę procedit ex

Eliditur tertium dictum opinionis aduersæ.

principijs

principijs notis lumine intellectus agentis:& iā sci mus,ꝙ naturale dicitur aliquādo obiectiue,qa est de obiecto naturali, ut est physica,quæ est de obie cto naturali,& mobili,aliquando effectiue,& sic in telligitur omnis scientia,& cognitio quæ oritur in nobis ex causa efficiente naturali,puta ex lumine in tellectus agentis,& sic metaphysica,& mathemati ca scientiæ naturales dicuntur,& secundum hāc co gnitionem & viam naturalem effectiue dicendum est multos Philosophos inuestigasse , & inuenisse immortalitatem animæ,quod confirmat Conciliū Lateranens.supra citatum dicens,hæreticum esse as serere ex principijs Philosophiæ animam esse mor talem;his verbis cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rōnalis,ꝙ mortalis sit, aut vnica in cūctis hominibus,& aliqui temere phi losophantes secūdum falsam Philosophiam, verū esse asseuerant,sacro approbante Concilio damna mus,& reprobamus omnes asserentes animam in tellectiuam mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus.

Multi Philosophi naturaliter, cognouerunt aīæ immortalitatē

Vltimum dictū,quod asserebat opinio predicta, quod anima non est immortalis in uia Philosopho rum,hoc.n.magis temerarium,& presumptuosum mihi vř,cum in principio huius ADD.tot illustres Philosophos narrauerim, asserentes animā esse im mortalem,quō ergo in via Philosophorum non est immortalis,nonne Plato fuit Philosophus? nonne Themistius,& Theophrastus,& cæteri,quam plu res philosophice loquentes affirmarunt,ꝙ qui ani mam mortalem existimat, is statim negat Deū hu manarum rerum esse & prouisorem, & Iudicem,vt Cicero probat,quia nulla natio tam fera est, quin Deum habendum sciat, ita apud omnes gentes cōi consensu firmatum est animos defunctorum interi tu esse liberos, quam omnino rem funeris cærimo nijs testatam esse voluerunt;nec.n. corporibus im partirent,nisi animos sacros esse,ac diuinos in ani mum induxissent,diceret forsan,ꝙ per viam Philo sophorum intelligit viam Ar. quod falsum tamen est,vt supra ostendimus.

Impugnatur vltimum dictum aduersæ opin.

Lib de senectute & in Tuscula.

Amplius:Th.noster Aquinas doctissimus Phi losophus ex Ar.principijs deducit ipsam animā es se immortalem,& multis argumentis,& authorita tib.ipsius Ar.corroborat,& in vtrāq.partē magna argumentorum copia vtitur,adeo vt in qq. disputa tis viginti,& vnum argumenta soluat,&in p.p.tria, & in alijs locis suæ doctrinæ multo plura,& Augu stinus Niphus Suessan. vir ingenio,& doctrina sua tempestate clarissimus,omnia argumenta Petri Pō ponatij soluit in tractatu quem edidit cōtra ipsum, & multi alij sapientissimi interpretes Ar. sustinent ipsum pro comperto habuisse animam esse immor talem.

p.d.7.ar.9. 2.cont gent ca 55 & 79 in q de oiaq. 18 & in multis alijs locis.

Quamuis Scotus Doctor subtilis,& Henricus an te ipsum scripserit, ꝙ dubium est,quid Ar.circa ani morum immmortalitatē senserit,quia varie loquit in diuersis locis,& habuit diuersa principia,ex quo rum aliquibus vř sequi vnum oppositū,& ex alijs aliud,vnde probabile est,ꝙ in illa conclusione sem per fuerit dubius,& nunc magis accedit ad vnā par tem,nunc vero ad aliam,fm ꝙ magis tractabat ma teriam conformem vni parti magis,quam alteri:ne que omnia dicta assertiue ab Ar.fuerunt probata ꝑ necessariam rōnem naturalem,sed frequenter non habebat,nisi quasdā probabiles ꝑsuasiones,vel vul garem opinionem precedentium Philosophorum.

4.sent disti. 63.q.3.

Iacobus Na Et quamuis argumentū illud de infinitudine ani marum videatur magni ualoris,& laboret Auctor in solutione ipsius,vt patet in respōsione ad octauū argumentum,nec responsio appareat quietare in tellectum,ꝑꝑ ꝙ fuerunt aliqui dicentes,ꝙ si Ar.ue lit substinere omnia quæ scripsit in doctrina sua,ne cessarium est fateri incompatibilia,& contradicto ria,qa hæc duo simul stare non possunt:Aīa est im mortalis,& mundus est æternus,vel errauit de per petuitate mundi, sicuti errauit in veritate.

de immortalitate animæ

Vnde mirantur ēt nonnulli,& dicunt se nescire, qūo in doctrina S.Tho.sustineri pōt,mundū posse esse ab æterno,& animos esse immortales,& nume rata sine circulo,& impossibilitatē infinitatis in a ctu simul,& per accidēs,nisi concedendo,ꝙ mūdus potuit esse ab æterno,solum quoad substantiam cō stantē ex quinque corporib.simplicibus, & quo ad motū cœli,& generationes oēs,preter humanā,ali ter euitari nō pōt,quin aut sit infinitum in actu,aut recurrere ad miracula ponendo unum hoīem infi nito tpe uixisse,& à certo tpe generasse, & sic etiā non,saluaretur generatio humana eterna,sed solum humana species in illo homine. q.46.art.2. p.p.

His addunt aliud argumētum, quod illis fortissi mum,& achilles uidetur,quo & ego aliquādo usus sum in publicis disputationibus argumentandi gra tia,siquidem 3 de anima Ar.probat intellectū nō esse actum corporis seu organi corporei,quia tūc es set calidus,& frigidus,quo stāte sequitur ipsum esse generationi,& corruptioni obnoxiū,hic est ꝓces sus eius:huic annectunt aliā minorem ipsius etiam Ar.2.de anima,ꝙ rōnalis anima est actus corporis physici organici &c.igitur id ꝙ sequitur.Nec ua let,dicunt,ꝙ propositio intelligitur de actu educto de sinu,& gremio materiæ,modo aīa nō educit de potentia materiæ,quia sic ēt posset obijci Ar.ꝙ tūc intellectus esset calidus,aut frigidus,& generabilis, & corruptibilis si esset actus corporis eductus de potentia materiæ,modo aūt intellectus deforis ue nit,ꝑpea nihil concludit in illa probatione:hoc ar gumentum licet aliquam difficultatem secum gere re uideat in doctrina Ar.scio tamen hoc,& infinita alia,si infinita fieri possent,nullius esse momēti,atq; ualoris,& à doctis uiris de facili solui,tum ex natu rali philosophia,tum fm Ar.principia,eo magis cū hoc affirmet sacra synodus Lateranensis districte, ꝑcipiēs omnibus, & singulis Philosophis in uniuer sitatibus studiorum generaliū,& alibi publice legē tib.qa cū Philosophorū principia, aut cōclusiones in quibus à recta fide deuiare noscūtur,auditoribus suis legerint, quare hoc de immortalitate animæ aut unitate,& mundi æternitate,& alia huiusmodi teneantur,eisdem ueritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere,& persuadēdo ꝑ posse docere,ac omni studio huiusmodi Philoso phorum argumēta,cum omnia solubilia existāt,ꝑ uiribus excludere,atq; resoluere:quæ & ego hic sol uerē,ne rei de qua queritur magnitudo peculiare , & grande satis exigeret uolumen,ut multi fecerūt, quod à me has breues additiones annectēte,nō sine legentium molestia fieri posset,quas quidem addi tiones nō nostro arbitrio,sed aliorum precibus pre clarissimo huic operi cōiūgere cōstituimus,ob idq; ꝑter nrm morē nullo rerū facto examine, quasi ab ortiuo partu in lucē edidimus,tū qa hęc oīa,& mul ta aliā his difficiliora,in qōne habita à nobis sup de cimū septimū cōtextū 12. diuinorū quā cū alijs di uino fauente numine quā primū typis mandare co nabimur,fusius soluimus.

Tex.6.

Tex.4.

2 de generat. animalium. cap.3.

Sub Leone 10.sessione 8. celebrata 19.Decemb. 1513.

Quæst. 10.

F I N I S.

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]